MVNDVS TRANSIT
M.D.15

Regiſtrum

Reuerendiſſimi in Chriſto patris
et D̃ni dñi Matthei parker in Ar=
chiep̃um Cantuarieñ per Decanũ
et Capitlm Ecclie cath et metropolitice
xp̃i Cantuarieñ p̃dict vigore et aucte
licentie Regie eis in hac pte fact
primo die mensis Auguſti Anno Dñi

Millesimo quingentesimo quinquage-
simo nono electi Ac per Reverendos patres
Dominos Willelmum Barlowe nuper Bathon et
Wellen Episcopum, nunc electum Cicestren, Johannem
Scory dudum Cicestren Episcopum, nunc electum
Herefordensem, Milonem Coverdale quondam
Exon Episcopum et Johannem Hodgeskyn
Episcopum Suffraganeum Bedforden, vigore
literarum Commissionalium Regiarum paten-
tium eis directarum Nono die mensis Decem-
bris tunc proxime sequentem confirmati.
Necnon per ipsos Reverendos patres auctoritate
predicta, Decimo septimo die eiusdem men-
sis Decembris consecrati Anthonio Huse
Armigero tunc Registrario primario
Dicti Reverendissimi patris.

Primo die mensis Junii Anno domini 1560. prefatus Anthonius Huse mortem obiit cui successit
Johannes Incent in officio Registratus predicti.

Dictus Reverendissimus Mattheus Archiepiscopus Cantuarien xvii die mensis
Maii Anno domini 1575. in aurora, apud Lamhith mortem obiit et diem suum
clausit extremum.

Acta habita et facta in Negocio Confirmacionis

Cantuar.

electionis venerabilis et eximij viri magistri Matthei Parker Sacre Theologie professoris in Archiepiscopum Cantuariensem electi, nono die mensis Decembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo nono, et Regni felicissimi illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabeth, dei gratia Anglie, Francie et hibernie Regine fidei defensoris etc. Anno secundo, in ecclesia parochiali Beate Marie de Arcubus London, ecclesie Metropolitice Christi Cantuar Jurisdictionis immediate, coram Reverendis in Christo patribus, dominis Willelmo quondam Bathon et Wellen episcopo, nunc electo Cicestren, Johanne Scory, quondam Cicestren episcopo, nunc Herforden electo, Milone Coverdale quondam Exon episcopo, et Johanne Bedforden episcopo Suffraganeo, mediantibus literis Commissionalibus patentibus dicte illustrissime domine nostre Regine in hac parte Commissarijs inter alios, cum hac clausula, Quatenus vos aut ad minus quatuor vestrum etc. Necnon cum hac additione Supplentes nihilominus etc. rite fulcitis, in presentia mei Francisci Clerke notarij publici in Actorum Scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonij huse Registrarij etc. assumpti prout sequitur viz

Die et loco predictis inter horas octavam et Nonam ante meridiem coram Commissarijs supranominatis, comparuit personaliter Johannes Incent notarius publicus ac presentavit eisdem reverendis dominis Commissarijs literas Commissionales patentes Regias, eis in hac parte directas, humiliter supplicando Quatenus onus executionis literarum Commissionalium patentium huiusmodi in se assumere, ac iuxta earum continentiam procedendum fore in dicto Confirmationis negocio decernere dignarentur. Quibus quidem literis Commissionalibus de Mandato dictorum Commissariorum per eundem Johannem Incent publice perlectis, iidem Commissarij ob reverentiam et honorem dicte serenissime domine nostre Regine, acceptarunt in se onus literarum Commissionalium patentium Regiarum huiusmodi, et decreverunt procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem, Deinde dictus Johannes Incent exhibuit procuratorium suum pro decano et Capitulo ecclesie Metropolitice Christi Cantuariensis et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli presentavit eisdem Commissarijs, venerabilem virum magistrum Nicholaum Bullingham legum doctorem, ac e regione dictorum Commissariorum sistebat, Qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili et eximio viro magistro Mattheo Parker Cantuar electo, et fecit se partem pro eodem, Et tunc dictus Johannes Incent exhibuit Mandatum Citatorium originale unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos citatos publice preconizari, Ac consequenter facta trina publica preconizatione omnium et singulorum Oppositorum ad foras ecclesie parochialis de Arcubus predict et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte opponendo, obijciendo vel excipiendo, dictus Johannes Incent accusavit eorum Contumacias, et petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces, ac in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius in hac parte opponendi contra dictam electionem, formamve eiusdem, eis et eorum cuilibet precludi. Ad cuius petitionem dicti domini Commissarij pronunciarunt eos Contumaces ac in penam etc. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet precluserunt, Necnon ad petitionem dicti Johannis Incent ad ulteriora in huiusmodi Confirmationis negocio procedendum fore decreverunt, prout in Schedula per prefatum dominum Willelmum Barlow electum Cicestren de consensu Collegarum suorum lecta, plenius continetur. Quaquidem Schedula sic lecta prefatus Johannes Incent in presentia prefati magistri Nicholai Bullingham procuratoris dicti electi Cant antedicti dedit summariam petitionem in scriptis, quam petiit admitti, ad cuius petitionem dicti Commissarij admiserunt dictam summariam petitionem et assignarunt dicto Incent ad probandum contenta in eadem ad statim, Deinde Incent in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione, exhibuit processum electionis de persona dicti venerabilis viri magistri Matthei Parker per decanum et Capitulum ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cant predict fact et celebrat, Quo per dictos Commissarios viso inspecto, et perspecto, iidem domini Commissarij ad petitionem prefati Johannis Incent huiusmodi processum pro lecto habendum fore et censeri voluerunt et decreverunt. Et tunc dictus Incent super huiusmodi summaria petitione produxit Johannem Baker generosum et Willelmum Colyn Artium magistrum in testes. Quos dicti Commissarij ad dicendum testimonium Iuramento onerarunt, de dicendo veritatem quam noverint in hac parte, Quibus per me prefatum Franciscum

Acta confirmationis electionis Dni Matthei Parker Archiepi Cant

Clarke servientem et Edwardum Orminstall, eorumque dictis et attestationibus ad petitionem dicti Yale fuerunt per dictos Commissarios publicatis, et per ipsos visis et inspectis, ipsi domini Commissarii ad petitionem dicti Yale assignarunt sibi ad proponendum omnia ad statim. Deinde fuerunt exhibita omnia et singula per eum in dicto negotio exhibita et proposita quatenus sibi conducerent, et non aliter nec alio modo, Et tunc dicti ad petitionem Yale assignarunt sibi ad concludendum ad statim. dicto Yale concludente cum eisdem dominis Commissariis secum etiam concludentibus, Qua conclusione sic facta dicti domini Commissarii ad petitionem Yale assignarunt ad audiendum finale decretum sive sententiam diffinitivam ad statim. Consequenter vero facta alia trina preconizatione Oppositorum sic ut premittitur citatorum, et non comparentium nec quicquam in hac parte opponentium, dicti Commissarii ad petitionem Yale pronunciarunt eos et eorum quemlibet contumaces, ac in pena contumaciarum suarum huiusmodi decreverunt procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per memoratum dominum Willelmum Cicestren. electum de consensu collegarum suorum lecta dilucidius continetur. Hiis itaque in ordine gestis, ac prestito per magistrum Richardum Bullinghm nomine procuratorio prefati domini electi Cantuarien. ac in animam ipsius domini electi Iuramento corporali iuxta formam descriptam in Statuto parliamenti Anno primo Regni domine nostre Regine Elizabeth edit. prefati domini Commissarii ad petitionem dicti Yale tulerunt et promulgarunt sententiam diffinitivam in scriptis per prefatum dominum Willelmum electum Cicestren. de consensu collegarum suorum lectam, pronunciando, decernendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur, Super quibus tam prefatus magister Nicholaus Bullinghm quam dicti testes fuerunt, me eundem Franciscum Clerke sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac Testes inferius nominatos Testimonium inde perhibere requisiverunt. Postremo autem dicti domini Commissarii ad petitionem tam procuratoris prefati domini electi et confirmati quam procuratoris Decani et Capituli dicte Metropolitice ecclesie Cantuar. predict. decreverunt ipsum Reverendissimum dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore, Curamque, Regimen et Administrationem Spiritualium et Temporalium dicti Archiepiscopatus Cantuar. eidem domino electo et confirmato commiserunt, ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Archiepiscopatus, Iuriumque, Dignitatum, Honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore etiam decreverunt, per Decanum et Capitulum dicte ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar. predict. aut alium quemcumque ad quem de iure et consuetudine id munus dinoscitur pertinere, iuxta eiusdem ecclesie Christi Cantuar. morem laudabilem, Legibus et Statutis modernis huius inclyti Regni Anglie non reclamantem aut adversantem.

Lre patentes de assensu regio electioni adhibit

Elizabeth Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendis in Christo patribus Anthonio Landaven. Episcopo, Willelmo Barlo quondam Bathon. Episcopo nunc Cicestren. electo, Johanni Scory quondam Cicestren. Episcopo, nunc electo Herefordien., Miloni Coverdale quondam Exon. Episcopo, Richardo Bedforden., Johanni Thetforden. Episcopis Suffraganeis, Johanni Bale Osseren. Episcopo, Salutem. Cum vacante nuper sede Archiepiscopali Cantuar. per mortem naturalem domini Reginaldi Pole Cardinalis ultimi et immediati Archiepiscopi et pastoris eiusdem, ad humilem petitionem Decani et Capituli ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuarien. eisdem per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Archiepiscopum et pastorem sedis predicte, Ac iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte dilectum nobis in Christo magistrum Mattheum Parker Sacre Theologie Professorem sibi et ecclesie predicte elegerunt in Archiepiscopum et pastorem, prout per literas suas patentes Sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes, eidem electioni Regium nostrum Assensum adhibuimus pariter et favorem, Et hoc vobis Tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, Quatenus vos aut ad minus Quatuor vestrum eundem magistrum Mattheum Parker in Archiepiscopum et pastorem dicte ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar. predicte sic ut prefertur electum, electionemque predictam confirmare, et eundem magistrum Mattheum Parker in Archiepiscopum et pastorem ecclesie predicte consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali, iuxta formam Statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum effectu. Supplentes nihilominus suprema auctoritate nostra Regia ex mero motu ac certa scientia nostris Si quid aut in hiis que iuxta Mandatum nostrum predictum per vos fient, aut in vobis aut vestrum aliquo, Conditione, Statu, facultate vestris ad premissa perficienda desit aut deerit eorum que per Statuta huius Regni nostri, aut per Leges ecclesiasticas in hac parte requiruntur, aut necessaria sunt, Temporis Ratione et rerum necessitate id postulante. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. T. meipsa apud Westm. sexto die Decembris Anno Regni nostri Secundo. Ha Cordell.

Wee whose names be here subscribed thinke in our iudgementes that by this Commission in this forme penned aswell the Quenes maiestie may lawfully auctorize the persons within named to thexecute as the said persons maye exercise the acte of confirminge and consecratinge in the same to them committed.

William Maye
Robert Weston
Edward Leedes

Henry Harvey
Thomas Yale
Nicholas Bullingham

Procuratorium Decani et Capli Cantuar

Pateat universis per presentes, Quod nos Decanus et Capitulum ecclie cath. et Metropolitice Xpi Cantuarien' in Domo nostra Capitulari, capitulariter congregati de unanimi Assensu et Consensu nostris Dilectos nobis in Xpo magistrum Willelmum Darrell clericum in Artibus magistrum ecclie cath. et Metropolitice Xpi Cant. predict. Canonicum et prebendarium, Anthonium Huse armigerum, Johannem Clarke et Johannem Incent Notarios publicos com et divisim nostros veros, certos, legitimos ac indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumque nostrorum gestores, et nuncios speciales ad infrascripta, nominamus, ordinamus facimus et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris com et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et insolid. potestatem generalem, et Mandatum speciale pro nobis et nominibus nostris, Venerabilem et eximium virum magistrum Mattheum Parker sacre Theologie professorem in Archiepiscopum et pastorem dicte ecclie cath. et Metropolitice Xpi Cant. per nos electum, seu eius procuratorem legitimum, Temporibus et loco congruis et oportunis adeundi, Ipsumque ex parte nostra, ad consentiendum electioni de persona sua facte et celebrate debita cum Instantia petend. et requirend. Necnon electionem huiusmodi per nos de persona prefati magistri Matthei Parker (ut prefertur) factam et celebratam, excellentissime in Xpo principi et dne nostre, dne Elizabethe dei gra Anglie, Francie et Hibernie Regine fidei defensoris &c. dicte ecclie fundatrici et patrone intimandi et notificandi, ac eius Consensum et Assensum Regios in ea parte humiliter implorand., Ac decretum electionis predicte et personam per nos (ut premittitur) electam, coram quibuscumque personis Regia auctoritate in hac parte legitime fulcitis presentandi et exhibendi, Dictumque decretum sive processum electionis predicte et personam sic (ut premittitur) electam, in debita iuris forma confirmari et approbari, Defectusque (siqui forsan in hac parte intervenerint) debite suppleri petend., requirend. et impetrand., agendique et defendend. ac litem seu lites contestand., et contestari videnda, Articulum sive Articulos, Libellum sive libellos, seu quascumque summarias petitiones dand. et proponend., Testes legitimos et Instrumenta ac alia quecumque probationum genera producend. et exhibend., Testesque huiusmodi iurari videnda et audiend., In causa seu causis concludend. et concludi videnda, Omniaque Confirmationis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequend., Necnon Administrationem omnium et singulorum spiritualium et Temporalium dicti Archiepatus Cantuar. eidem electo committi, Ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem Archiepatus, Iuriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum induci et intronizari fore decerni petend., requirend. et obtinend. Et generaliter omnia et singula alia faciend., exercend. et expediend., Que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittimusque nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros Totum et Quicquid dicti procuratores nostri, seu eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum, et in ea parte Cautionem exponimus per presentes In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum (Quo in presenti vacatione Sedis Archiepalis Cantuarien' predict.) utimur presentibus apponi fecimus. Dat. in Domo nostra Capitulari Tertio die mensis Augusti, Anno dni Millimo Quingen°, Quinquagesimo, Nono.

Procuratorium dicti Dni electi

Pateat universis per presentes, Quod ego Mattheus Parker, Sacre Theologie professor in Archiepiscopum ecclie cathis et Metropolitice Xpi Cantuar. per venerabiles et egregios viros decanum et Capitulum ecclie predicte rite et legitime electus, Dilectos mihi in Xpo magistros Willelmum Mey, decanum ecclie cathis Sancti Pauli London., et Nicholaum Bullingham legum doctorem, com et divisim meos veros certos, legitimos ac indubitatos procuratores, actores, factores, Negociorumque meorum gestores, et nuncios speciales ad infrascripta nomino ordino, facio, et constituo per presentes, Doque et concedo eisdem procuratoribus meis com et eorum utrique (ut prefertur) per se divisim et insolid. potestatem generalem et mandatum speciale pro me ac vice, loco, et nomine meis coram Reverendis in Xpo patribus et dnis dnis Willelmo quondam Bathon et Wellen epo, nunc Cicestren electo Johanne Scory, quondam Cicestren epo, nunc electo Herforden, Milone Coverdale quondam Exon epo et Johe Bedforden epo Suffraganeo, Serenissime in Xpo principis et dne nostre, dne Elizabethe dei gra Anglie Francie, et Hibernie Regine fidei defensoris &c. ad infrascripta Commissariis cum hac clausula viz vnacum dno Johanne Thetforden Suffraganeo, et Johe Bale Osserien Epo, et etiam hac clausula, Quatenus vos, aut ad minus Quatuor vrm, etc. necnon et hac adiectione, Supplentes nihilominus etc. specialem et legitimum deputatum comparendi, meque a psonali Comparicione excusandi, et causam et causas absencie mee huiusmodi allegandi, et proponendi, ac (si opus fuerit) fidem desuper faciendi et iurandi, Electionemque de me et psona mea ad dictum Archiepatum Cantuarien per prefatos decanum et capitulum ecclesie cathis et Metropolitice Xpi Cantuar. factam et celebratam per eosdem Commissarios regios approbari et confirmari, meque in Archiepresulem Cantuariensem predict. recipi et admitti, Atque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Archiepatus Cantuariensis Juriumque et pertinenciarum suorum vniversorum induci, et intronizari petendi, requirendi et impetrandi, decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et interponi petendi et obtinendi, Juramentum insuper tam de fidelitate, Subiectione et obedientia dicte Serenissime Dne nre Regine Elizabethe, heredibusque et Successoribus suis prestandi et exhibendi, necnon de renunciando, recusando, et refutando omnem et quamcumque auctoritatem, potestatem, Jurisdictionem, et Superioritatem forincecas et extraneas, secundum vim, formam, et effectum Statutorum huius incliti Regni Anglie in hac parte editorum et provisorum, Quam etiam aliud quodcumque Sacramentum licitum et honestum, ac de Jure, legibus, et Statutis huius Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisit. in animam meam et pro me prestandi, subeundi et iurandi. Et generaliter omnia et singula alia faciendi, exercendi, exequendi et expediendi que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi Mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum, promittoque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti procuratores mei seu eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo eorundem, sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum meorum tam presentium quam futurorum. et in ea parte Cautionem expono per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilium virorum Dnorum decani et Capituli ecclesie Metropolitice Xpi Cantuar. presentibus affigi procuravi. Et nos decanus et Capitulum antedict. ad Rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Dat. Septimo die mensis Decembris Anno Dni Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo Nono, Regnique felicissimi dicte Serenissime Dne nre Regine Elizabethe Anno Secundo.

Citatio contra oppositores etc.

Willimus quondam Bathon et Wellen Epus, nunc Cicestren electus, Johes Scory, quondam Cicestren Epus, nunc electus Herforden, Milo Coverdale quondam Exon Epus et Johannes Bedforden Epus, mediantibus literis Commissionalibus patentibus illustrissime in Xpo principis et dne nre dne Elizabethe dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defensoris etc. vnacum hac Clausula viz vnacum dno Johanne Thetforden Suffraganeo, et Johe Bale Osserien Epo et etiam hac clausula, Quatenus vos, aut ad minus quatuor vrm etc. necnon et hac adiectione, Supplentes nihilominus etc. nobis directis legitime fulciti, vniversis et singulis dicte dne nre Regine Subditis per vniversum Anglie Regnum vbilibet constitutis Salutem. Cum vacante nuper Sede Archiepali Cantuariensi per mortem naturalem dni Reginaldi Pole Cardinalis vltimi et immediati Archiepi eiusdem, decanus et Capitulum ecclesie cathis et Metropolitice Xpi Cantuar predict. pro electione novi et futuri Archiepi et pastoris eiusdem ecclesie (Licencia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda, certum Terminum prefixerint, et assignaverint, Atque in huiusmodi electionis negocio, Termino ad id Statuto et assignato rite procedentes, venerabilem virum, magistrum Mattheum Parker Sacre Theologie professorem in eorum et dicte ecclesie cathis et Metropolitice Xpi Cant Archiepresulem elegerint, Cumque dicta Serenissima Dna nra Regina ad humilem peticionem dictorum decani et capituli eiusdem electioni de psona prefati electi (vt premittitur) facte et celebrate, et psone electe, Regium suum adhibuerit assensum, pariter et favorem, prout per easdem literas suas patentes, magno Sigillo suo Anglie sigillat. nobis significaverit, Mandando, Quatenus psonam electam, et electionem huiusmodi confirmare, et eundem Mattheum in Archiepum Cantuar consecrare, iuxta formam Statuti in ea parte edit. et provisi velimus cum omni Celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem Serenissime dne nre Regine mandatis pro officij nri debito parere, ac in eiusmodi Confirmationis negocio iuxta Juris et Statutorum huius inclit Regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos (si qui essent) Qui contra dictam electionem seu formam eiusdem, personamve electam, dicere, vel opponere, voluerint, ad diem, locum, et effect subscriptos evocand et citand fore decrevimus, iustitia id poscente, Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie, publice alta et intelligibili voce, infra ecclesiam parochialem beate Marie de Archubus London, dicte ecclesie Cantuar Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco conveniente infra ecclesiam parochialem predictam, vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos Oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, Qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam dicere obijcere, excipere, vel opponere voluerint, Quod compareant coram nobis in eadem ecclesia de Archubus, die Sabboti prox futur viz nono die huius mensis decembris inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei, cum Continuatione et prorogatione dierum extunc sequen et locorum si oporteat, contra electionem huiusmodi, formam eiusdem, et personam in ea parte electam (si sua putaverint interesse) dictur exceptur et propositur, facturique ulterius et recepturi quod iusticia in hac parte suadebit, et dicti negocij Qualitas et natura de se exigunt et requirunt, Intimantes insuper modo et forma precedentibus omnibus et singulis Oppositor (si qui sint) in specie alioquin in genere Quibus nos etiam harum serie sic intimamus Quod siue ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem personamve in hac parte electam, obijcere excipere vel opponere curaverint siue non. Nos nihilominus in dicto negocio, iuxta Juris et Statutorum in ea parte editorum exigentiam procedemus, et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue contumacia in aliquo non obstan. Et quid in premissis feceritis Nos dictis die hora et loco debite certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus prout decet. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilium virorum dnorum decani et Capli dicte eccl et Metropolitice xpi Cantuar quo in presenti vacatione utimur, presentibus affigi rogavimus. Dat London sexto die mensis decembris Anno dni Millimo, Quingen lix°

Nono die mensis decembris Anno dni Millimo, Quingen° Quinquagesimo, Nono in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London, dicte ecclesie Cant Jurisdictionis immediat coram commissarijs regijs antenominatis, comparuit personaliter Thomas Willet notarius publicus mandatarius in hac parte legitime deputatus, et certificavit se septimo die mensis decembris iam currente executum fuisse premandatum in ecclesia parochiali de Archubus predict iuxta formam inferius descript Super quibus fecit fidem

In dei nomine amen Nos Willmus quondam Bathon et Wellen epus, nunc electus Cicestren Johes Scory quondam Cicestren epus, nunc Herefordien electus, Milo Coverdale quondam Exon epus, et Johannes Bedforden epus. Serenissime in xpo principis et dne nre dne Elizabethe dei gra Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc mediantibus litteris suis Regijs Commissionalibus patentibus ad Infrascripta Commissarij cum hac clausula viz vnacum dnis Johe Thetforden Suffraganeo et Johe Bale Ossoren epo, et etiam hac clausula, Quatenus vos aut ad minus quatuor vestrum etc. Necnon et hac adiectione Supplentes nihilominus etc specialiter et legitime deputati In negocio Confirmationis electionis de persona venerabilis et eximij viri magri Matthei Parker sacre Theologie professoris in Archiepum Cantuar electi, facte et celebrate rite et legitime procedentes, Omnes et singulos Oppositores, Qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam in debita Juris forma dictur exceptur et propositur legitime et peremptorie citatos saepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullomodo comparentes, ad peticionem procuratoris dictorum Decani et Capli Cant pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam sic electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negocio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum Contumacia in aliquo non obstante

Prima Schedula
lecta contra oppo
sitores

Summaria petitio

In dei noie amen coram vobis Reverendis in xpo patribus et dnis, Dno Willmo nuper Bathon et Wellen epo, nunc electo Cicestren, Johe Scory quondam Cicestren epo, nunc electo Herefordien, Milone Coverdale quondam Exon epo. et Johe Bedforden epo, Serenissime in xpo principis et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie Ffrancie, et hibernie Regine, fidei defensr etc. mediantibus lris suis regijs Commissionalibus patentibus ad infrascripta Commissarijs, cum hac clausula, viz vnacum dnis Johe Thetforden Suffraganeo, et Johe Bale Osseren epo, et etiam hac clausula, Quatenus vos aut ad minus Quatuor vestrum etc. necnon et hac adictione Supplentes nihilominus etc. Specialr et ltime deputatis, pars venerabilium virorum decani et Capli dicte cathis et Metropolitice eccle Cantuar dicit, allegat, et in hijs Scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem, per viam Summarie petitionis in iure proponit, articulatim prout sequitur.

Inprimis viz qd Sedes Archiepalis dicte cathis et Metropolitice eccle Cantuar predicte, per obitum bone memorie dni Reginaldi Cardinalis Poli nuncupati vltimi Archiepi Cantuarien nuper vacare cepit, et aliquandiu vacavit, pastorisque solatio caruit, Hocque fuit et est verum, pubcum notorium, manifestum, pariter et famosum, et ponit conim divim ac de quolibet.

Item qd dicta Sede Archiepali Cantuarien (vt premittitur) dudum vacan, ac corpore dci dni Reginaldi Pole ecclastice tradito sepulture Decanus et capitulum dicte cathis et metropolitice eccle capitulariter congregati et Capitulum facientes, (Lra Regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem, ac domum suam Capitularem Cantuarien, ad electionem futuri Archiepi Cantuarien celebrand vnanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singlos eiusdem dicte Canonicos et prebendarios Jus vocis aut interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes, ad diem et locum predict in huiusmodi electionis negocio processur et procedi visur ltime et peremptorie citari fecerunt. Hocque fuit et est verum, pubcum etc. et ponit vt supra.

Item qd prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis viz primo die mensis Augusti vltimo preterit capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes, Servatis primitus per eos de iure, et dce eccle consuetudine servandis, vnanimiter et concorditer nullo eorum contradicente, ad electionem futuri Archiepi eccle memorate per viam seu formam Compromissi procedend fore decreverunt, illamque viam seu formam vnanimiter assumpserunt et elegerunt necnon in venerabilem virum magrum Nicholaum Wotton vtriusque Juris Doctorem dce eccle cathis et Metropolitice xpi Cant decanum, sub certis in processu eiusdem electionis expressatis legibus et Condicionibus compromiserunt, promittend se illum acceptatur in eorum et dce eccle Archiepum Quem dcus Compromissarius sub legibus et Conditionibus predcis, duxerit eligend et providend. Et ponit vt supra.

Item qd dictus Compromissarius onus Compromissi huiusmodi in se acceptans, matura deliberatione apud se habita, votum suum in venerabilem et egregium virum magrum Mattheum Parker sacre Theologie Professorem direxit, ipsumque in Archiepum et pastorem dicte cathis et Metropolitice eccle Cant predict iuxta et secundum ptatem sibi in ea parte concessam et Compromissionem predcam elegit, et dicte memorate de eodem providebat. Et ponit vt supra.

Item qd omnes et singuli dci dicte Canonici et prebendarij in domo Capitulari predict tunc ptes plenum Capitulum constituentes, electionem per eundem magrum Nicholaum Wotton, Compromissarium antedcum (vt premittitur) factam acceptarunt et approbarunt, ac rat et grat habuerunt pariter et accept. Et ponit vt supra.

Item qd electio huiusmodi et persona electa die prenotat in dicta Metropolitica eccla Cantuar predict coram Clero et populo tunc in Multitudine copiosa ibm congregat debite publicat et declarat fuerunt. Et ponit vt supra.

Item quod dictus Reverendissimus dominus electus, quod electioni de se et persona sua (ut premittitur) facte et celebrate ad humilem instantiam eorundem decani et Capituli consensit, debitis loco et tempore requisitus, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

Item quod prefatus magister Mattheus Parker fuit et est vir providus et discretus, literarum Scientia, eminente Scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et in ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et ecclesie memorate admodum necessarius, ac dicte domine nostre Regine, Regnoque suo et Reipublice fidelis et utilis. Et ponit ut supra.

Item quod prefati Decanus et Capitulum, quod electionem et personam electam prefate Serenissime domine nostre Regine per literas suas patentes Sigillo eorum communi et Capitulari roboratas pro officii sui debito, juxta Statutum huius Regni Anglie, significarunt, et intimarunt. Et ponit ut supra.

Item quod petitis pro parte decani et Capituli antedicti eidem Regie Sublimitati processu, electionis quod, eadem Benignissima domina nostra Regina, pro sua Clementia Regia, quod electioni de persona prefati venerabilis viri magistri Matthei Parker (ut premittitur) facte et celebrate, Consensum et Assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque gratam habet, hocque fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item quod dicta Serenissima domina nostra Regina vobis Reverendis patribus antedictis de assensu et Consensu suis Regiis, quod electioni (ut premittitur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verumetiam earundem literarum suarum patentium tenore vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et eundem electum confirmare, ipsumque episcopalibus insigniis insignire, et decorare, Ceteraque peragere que vobis in hac parte incumbunt officiis pastoralibus juxta formam Statuti in ea parte editi et provisi et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore. Et ponit ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama. Unde facta fide de Jure in hac parte requisita ad quam faciendam offert se pars dictorum Decani et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni, et cum effectu confirmari, juxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon et literarum Regiarum Commissionalium patentium predictarum vobis in hac parte directarum tenorem, Curamque, Regimen, et Administrationem Archiepiscopatus Cantuariensis eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Archiepiscopatus Cantuariensis Juriumque, honorum, dignitatum, preeminentiarum et pertinentiarum suarum universorum inducendum et intronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod Juris fuerit et Rationis, Supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes juxta facultatem vobis concessam. Quam proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis, eatenus obtineat in petitis, Juris beneficio et dicte domine nostre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis. Vestrum officium domini Judices antedicti humiliter implorando.

Processus electionis

Excellentissime Serenissime, et Invictissime in Christo Principi, et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defensori etc. vestri humiles et devoti subditi, Nicholaus Wotton, utriusque Juris Doctor, decanus ecclesie sancte et Metropolitice Christi Cantuariensis, et eiusdem ecclesie Capitulum, omnimodas obedientiam, fidem, et Subiectionem, gratiam perpetuam et felicitatem in eo per quem Reges regnant et principes dominantur. Ad vestre Serenissime Regie Maiestatis Notitiam deducimus et deduci volumus per presentes. Quod vacante nuper Sede Archiepiscopali Cantuariensi predicta per obitum bone memorie Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Reginaldi Pole Cardinalis, ultimi et immediati Archipresulis et pastoris eiusdem, Nos decanus et Capitulum antedicti habita prius licentia vestre excellentissime Maiestatis, ne eadem ecclesia cathedralis et Metropolitica per suam diutinam vacationem gravia pateretur incommoda, ad electionem futuri Archiepiscopi et pastoris eiusdem procedere volentes, vicesimo secundo die mensis Julii ultimi preteriti in domo nostra Capitulari ecclesie memorate capitulariter congregati, et Capitulum ibidem faci-

facientes diem Martis viz primum diem proxime mensis Augusti, ac horam nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei, ac domum Capitularem predictam cum Continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium et locorum (si oporteat) in ea parte fienda, Nobismetipsis tunc ibidem presentibus, et aliis eiusdem ecclesie Canonicis et prebendariis absentibus, ius, vocem aut interesse in electione futuri Archiepiscopi ecclesie memorate habentibus seu habere pretendentibus ad electionem futuri Archiepiscopi et pastoris prefate ecclesie (diuina fauente Clementia) celebrandam pro Termino et loco competentibus prefiximus et assignauimus, Ad quos quidem diem horam et domum Capitularem antedictam omnes et singulos Canonicos predicte ecclesie ius, vocem, aut interesse in huiusmodi electione et electionis negocio habentes in specie, ceterosque omnes alios et singulos (si qui essent) qui de iure seu Consuetudine in hac parte ius et interesse habere pretenderent in genere, ad procedendum et procedi videndum nobiscum in eodem electionis negocio ac in omnibus et singulis actis vsque ad finalem expeditionem eiusdem, iuxta morem antiquum et laudabilem Consuetudinem ecclesie predicte in hac parte ab antiquo vsitatam et inconcusse obseruatam tunc et peremptorie, citandos, vocandos, et monendos fore decreuimus, et in ea parte literas Citatorias fieri in forma efficaci valida et assueta, fecimus, Necnon potestatem et Mandatum dilecto nobis in Christo Nicholao Simpson etiam in ea parte commisimus, Cum intimatione, Quod siue ipsi sic citati in huiusmodi electionis negocio die hora et loco predictis comparuerint siue non, Nos nihilominus in eodem negocio procederemus et procedere intenderemus, ipsorum citatorum absentia siue Contumacia in aliquo non obstante. Quo quidem die Martis viz primo die mensis Augusti adueniente, inter horas prius assignatas, Nos decanus et Capitulum antedicti (Campana ad Capitulum celebrandum primitus pulsata) domum Capitularem ecclesie Cathedralis predicte ingressi et Capitulum ibidem celebrantes, in Dilecti nobis in Christo Johannis Incent Notarij publici ac Testium infrascriptorum nominatorum presentijs. Licentiam de Serenissime Regie Maiestatis supradicte necnon literas Citatorias de quibus supra fit Mentio, vna cum Certificatorio super executione earundem per Nicholaum Simpson Mandatarium nostrum antedictum, coram nobis tunc et ibidem introductas et exhibitas publice perlegi fecimus, Quarum quidem Licentie, literarum Citatoriarum, et Certificatorij tenores de verbo ad verbum sequuntur et sunt tales. **Elizabeth** Dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regina, fidei defensor etc. Dilectis nobis in Christo Decano et Capitulo ecclesie Metropolitice Cantuar. Salutem. Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum. Vt cum ecclesia predicta, per mortem naturalem Reuerendissimi in Christo patris et domini, domini Reginaldi Pole, Cardinalis vltimi Archiepiscopi eiusdem iam vacat et pastoris sit solatio destituta, alium vobis eligendi in Archiepiscopum et pastorem, Licentiam nostram fundatoriam, vobis concedere dignaremur, Nos precibus vestris in hac parte fauorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis duximus concedendam, Rogantes, ac talem vobis eligatis in Archiepiscopum et pastorem qui deo deuotus, Nobisque et Regno nostro vtilis et fidelis existat. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipsa apud Westmonasterium decimo octauo die Julij Anno Regni nostri primo. **Nicholaus Wotton** Legum Doctor, decanus ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant. et eiusdem ecclesie Capitulum, Dilecto nobis in Christo Nicholao Simpson clerico Salutem. Cum sedes Archiepiscopalis Cantuar. predicta per obitum Reuerendissimi in Christo patris et domini, domini Reginaldi Pole Cardinalis vltimi Archiepiscopi eiusdem iam vacat, et Archipresulis siue Pastoris Solatio destituta existit, Nos decanus et Capitulum predicti in Domo Capitulari ecclesie antedicte die subscripto atque ad effectum infrascriptum (Licentia Regia primitus habita et obtenta) Capitulariter congregati et Capitulum facientes, ac Archiepiscopatus predicti sue Vacationis diutius deplorantes incommoda, Nobismetipsis pro tunc presentibus, ac omnibus aliis Canonicis eiusdem ecclesie tunc absentibus, ius et vocem in electione futuri Archiepiscopi eiusdem ecclesie habentibus diem Martis viz primum diem proxime sequentem mensis Augusti ac horam nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei, et domum Capitularem predictam cum Continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium (si oporteat) in ea parte fienda, ad electionem futuri Archiepiscopi prefate ecclesie (deo fauente) celebrandam pro Termino et loco competentibus prefiximus et assignauimus, Necnon ad diem, horam et locum predictos omnes et singulos ipsius ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar. Canonicos et prebendarios tam presentes quam absentes ius et vocem in huiusmodi electione et electionis negocio habentes, ad faciendum recipiendum et expediendum omnia et singula que circa electionem huiusmodi in ea parte necessaria fuerint seu de iure aut Consuetudine ecclesie predicte vel huius incliti Regni Anglie Statutis quomodolibet requisita, vsque ad finalem eiusdem negocij expeditionem inclusiue per Citationem literas siue Schedulas in Stallis prebendariorum suorum iuxta morem preteriti Temporis ac Statuta et laudabiles Consuetudines ecclesie predicte hactenus ab antiquo in ea parte vsitatas et obseruatas affigendas, et ibidem dimittendas, peremptorie citandos et monendos fore decreuimus Iusticia mediante, Tibi igitur committimus et mandamus Tenore presentium, Quatenus cites seu citari facias peremptorie omnes et singulos prefate ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant. Canonicos prebendarios in Stallis eorum in Choro eiusdem ecclesie (Cita-

tiois lris et Schedulis in ipsis Stallis pntium affixis et ibm dimissis) Quos nos etiam tenore pntium sic –
citamus, Quod compareant et eorum Quilibet compareat, coram nobis predco primo die mensis Augusti,
in Domo Capitulari predca, et inter horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei, cum Continuatione
et Prorogatione dierum et horarum extunc sequentium (Si oporteat) in ea parte fiend, in prefato –
electionis negotio, et in singulis Actis eiusdem, vsque ad finalem dci Negotij expeditionem inclusive fiend, –
tunc processur et procedi visur Ceteraque omnia et singula alia factur subitur et auditur que huiusmodi
electionis negotij Natura et qualitas de se exigunt et requirunt, Intimando nihilominus citatis pre-
dcis omnibus et singulis harum serie, Quod siue ipsi iuxta effectum Citationis huiusmodi die, hora et
loco predcis nobiscum comparuerint siue non Nos tamen eisdem die hora et loco in dict electionis nego-
tio, vsque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive procedemus, prout de Iure et Consuetudine fuerit
procedendum, eorum sic citatorum absentijs siue Contumacijs in aliquo non obstan Et quid in premissis
feceritis, Nos dictis die hora et loco debite certificare curetis vna cum pntibus Dat. in Domo nra Capitula-
ri vicesimo secundo die mensis Julij Anno dni Millimo Quingen^o Quinquagesimo Nono. –

Venerabilibus et egregijs viris magistro Nicholao Wotton vtriusque Iuris Doctori, decano ecclie cath
et Metropolitice xpi Cantuarien et eiusdem ecclie Capitlo Vester humilis et deuotus Nicholaus
Simpson clicus, vester ad infrascripta Mandatarius rite et litime deputatus, omnimodas Reuerend et obiam
cum obsequij exhibitione tantis viris debit. Mandatum vrum Reuerendum pntibus annex xxij^o die
mensis Julij vltimi preterit humiliter recepi exequend, Cuius auctoritate et vigore, dco xxij^o die Julij per
affixionem dci vri Mandati in Stallo vri prefati dni decani infra Chorum eiusdem ecclie cathis et
Metropolitice xpi, ac per affixionem Citationum Schedularum in singulis Stallis Canonicorum et pre-
bendariorum dce ecclie iuxta vim, formam et effectum Mandati vri Citatorij huiusmodi pntium affixarum,
et ibm dimissarum omnes et singulos Canonicos prebendas in dca ecclia obtinentes, in electione futu-
ri Archiepi eiusdem ecclie, Ius, vocem, et Interesse habentes, aut habere pretendentes peremptorie citari
feci, Quod compareant et eorum Quilibet compareret coram vobis, die, hora et loco in Mandato vro
Reuerendo predco specificatis vnacum Continuatione et prorogatione dierum et horarum (Si oporte-
at) extunc sequend, vobiscum tunc et ibm in huiusmodi electione et electionis negotio iuxta Iuris exigentiam
et dce ecclie cathis Consuetudines processur et procedi visur. vsque ad finalem expeditionem eiusdem
inclusiue vlteriusque factur in ea parte quod tenor et effectus dci vri Mandati de se exigunt et
requirunt, Intimando insuper, et intimari feci, eisdem sic citatis. Quod siue ipsi dictis die hora et loco.
vobiscum comparuerint siue non. vos nihilominus eisdem die, hora et loco cum Continuatione, et –
prorogatione dierum et horarum huiusmodi extunc sequend, iuxta Iuris Exigentiam et preteriti –
temporis Observantiam in huiusmodi electionis negotio procedere intendite, ipsorum Citatorum –
Contumacia absentia siue Negligentia in aliquo non obstan. Et sic Mandatum vrum predictum
in forma mihi demandata, debite exequi feci et execui. Nomina vero et Cognomina predictorum Canoni-
corum (vt premittitur) citatorum inferius describuntur, In cuius Rei Testimonium Sigillum venerabilis
viri Officialis dni Archiepi Cant. pntibus apponi procuraui. Et nos Officialis antedictus –
ad specialem Rogatum dci Certificantis Sigillum nrum huiusmodi pntibus apposuimus / Dat quoad Si-
gilli appensionem primo die mensis Augusti Anno dni Millimo Quingen^o, Quinquagesimo, Nono

Mr Johes Milles, Mr Arthurus Seintleger, Mr Hugo Turnebull, Mr Richardus Ffaucet Mr
Radus Jackson, Mr Robertus Collins, Mr Johes Knight, Mr Willmus Darrell Mr Thomas Wood,
Mr Nicholaus Harpesfeld, Mr Johes Butler. **Quibus** omnibus et singulis premissis sic gestis
et expeditis, omnibusque et singulis predce ecclie Canonicis, Ius et vocem in huiusmodi electione et electio-
nis negotio habentibus seu habere pretendentibus legitime et peremptorie ad eosdem diem hora et –
locum citatis ad foras dce Domus Capitularis pntium preconizatis Comparentibus personaliter vna no-
biscum dco decano magistris Johe Milles, Arthuro Seintleger, Willmo Darrell, et Johe Butler –
prefate ecclie cathis et Metropolitice xpi Cantuar. Canonicis et prebendarijs Nos decanus
et Capitulum antedict sic capitulariter congregat prenominatum Johem Incent Notarium publicum in –
Actorum Scribam electionis predce assumpsimus, necnon magistrum Johem Crondrar clicum et
Gilbertum Hide gentem in Testes eiusdem electionis negotij et agendorum in eodem personaliter tunc –
pntes elegimus, et eos Rogauimus nobiscum ibm commanere. Et mox Nos Nicholaus Wotton deca-
nus antedict de Consensu dcorum Canonicorum et prebendariorum predict tunc pntium in huiusmodi elec-
tionis negotio procedentes, omnes et singulos alios Canonicos et prebendarios ad eosdem diem, hora
et locum citatos, pntium alta voce ter supra preconizatos diu expectatos, et nullo modo comparentes pro-
nunciauimus Contumaces, et in penam Contumaciarum suarum huiusmodi ad vlteriora in dco electio-
nis negotio procedend fore decreuimus, eorum absentia siue Contumacia in aliquo non obstante –

in Scriptis per nos sub huiusmodi verborum Tenore lecte. **In dei nomine Amen** Nos Nicholaus wotton utriusque Iuris Doctor, Decanus ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis de Dominorum Assensu et Consensu Capituli eiusdem ecclesie omnes et singulos Canonicos et Prebendarios ecclesie memorate ad hos diem et locum ad procedendum in negotio electionis futuri Archiepiscopi et pastoris ecclesie cathedralis predicte iuxta morem preteriti Temporis in eadem ecclesia usitat' et observat' Rite et peremptorie citatos, publice preconizatos diu diuque in huiusmodi locum et Tempus Rite assignat' expectatos, et nullo modo comparentes pronunciamus Contumaces, et in pena Contumaciarum suarum huiusmodi et eorum cuiuslibet decernimus ius et potestatem procedendi in huiusmodi electionis negotio ad alios Canonicos comparentes spectare et pertinere, et ad ulteriora in eodem electionis negotio procedendum fore ipsorum citatorum et non Comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante. **Quibus expeditis** Nos Nicholaus wotton Decanus antedictus de consimilibus consensu, assensu, et voluntate eorundem Canonicorum et Prebendariorum tunc presentium, quandam Monitionem, et protestationem in Scriptis simul redact' et concept' fecimus et publice legebamus tunc et ibidem sub huiusmodi sequitur verborum Tenore. **In dei nomine Amen** Nos Nicholaus wotton utriusque Iuris Doctor, decanus ecclesie cathedralis et metropolitice Christi Cantuariensis, vice nostra, ac vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum et Confratrum nostrorum hic iam presentium monemus omnes et singulos suspensos, excommunicatos, et interdictos (si qui fortassis inter nos hic iam sint) qui de Iure seu Consuetudine aut quavis alia occasione, seu causa, in presenti electionis negotio interesse non debent, Ut de hac domo Capitulari statim iam recedant, ac nos et alios de presenti Capitulo, ad quos ius et potestas eligendi pertinet libere eligere permittant Protestando dictis via modo, et Iuris forma melioribus et efficacioribus quibus melius et efficacius possumus et debemus nomine nostro ac vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum, Prebendariorum, et confratrum nostrorum predict' hic iam presentium, Quod non est mens nec eorum voluntas tales admittere tanquam ius, vocem, et interesse in huiusmodi electione habentes, aut procedere vel eligere cum eisdem, Immo volumus et volunt quod voces talium (si qui postmodum reperiantur) quod absit, in huiusmodi electione intervenisse, nullis prestent auxilium, nec afferant alicui nocumentum, sed prorsus pro non receptis, et non habitis nullisque et invalidis penitus et omnino habeantur et censeantur, Canonicos vero omnes presentes pro pleno Capitulo ecclesie predicte habendos et censendos fore debere pronunciamus et declaramus in his Scriptis. **Consequenter** vero declarat' publice per nos Nicholaum wotton antedictum decano Capitulo (Certa propter diversas causas) Expositisque per nos Tribus modis electionis Cunctisque Canonicis tunc presentibus publice pronunciatis, secundum quem modum sive quam viam illarum trium in dicto Capitulo (Certa propter diversas causas) comprehensarum in huiusmodi electionis negotio procedere voluerint, Nos decanus et Capitulum antedicti de et super forma electionis huiusmodi, ac per quam viam sive formam fuerit nobis procedendum ad electionem futuri Archiepiscopi ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis predict' diligenter tractavimus Et tandem nobis decano et Canonicis antedictis (ut prefertur) tunc ibidem presentibus, et Capitulum in ea parte facientibus visum est et placuit nobis decano, ac omnibus et singulis supradictis, nullo nostrum discrepante seu contradicente per viam seu formam Compromissi in huiusmodi electionis negotio procedere, ac tunc et ibidem in venerabilem virum magistrum Nicholaum wotton decanum antedictum sub certis expressatis legibus et Conditionibus, Ita quod dictus Compromissarius priusquam e domo Capitulari predict' recederet, et antequam Capitulum huiusmodi solveretur, unum virum idoneum in Archiepiscopum et pastorem ecclesie memorate eligeret compromisimus, Promittentes nos bona fide illum acceptaturos in nostrum et dicte ecclesie Archiepiscopum, quem ipse Compromissarius sub modo et forma predictis duxerit eligendum et providendum. **Quibusque** in hunc modum dispositis, prefatus magister Nicholaus wotton Compromissarius antedictus, vigore Compromissi huiusmodi in se acceptatis, vota sua in venerabilem virum magistrum Matheum Parker Sacre Theologie professorem iuxta et secundum potestatem sibi in hac parte factam et concessam ac Compromissionem predictam direxit. Ipsumque in Archiepiscopum et pastorem eiusdem ecclesie elegit, et ecclesie predicte de eodem providebat, Prout in Schedula Tenorem et formam Compromissi electionis et provisionis predict' continente, per eundem magistrum Nicholaum wotton publice lecta (Cuius tenor de verbo in verbum sequitur) dilucidius continetur. **In dei nomine Amen** Cum vacante nuper Sede Archiepiscopali Cantuariensi per obitum bone memorie Reverendissimi in Christo patris domini Reginaldi Pole Cardinalis ultimi Archiepiscopi, et pastoris eiusdem vocatis et citatis premonitis ad electionem futuri Archipresulis, dicte Sedis omnibus et singulis qui de iure vel Consuetudine dicte ecclesie ad electionem huiusmodi fuerint vocandi ac singulis qui debuerint aut potuerint huiusmodi electionis negotio commode interesse, in Domo Capitulari ecclesie dicte, Termino ad diem electionem celebrand' prefixo et assignato, presentibus et capitulari-

×

vero congregati, placuit Decano, omnibusque et singulis eiusdem ecclesie Capituli, nemine contradicente seu discrepante, per viam seu formam Compromissi de futuro electo predicte Archiepo providere, ac mihi Nicholao Wotton, dicte ecclesie et Metropolitice ecclesie Cantuar. predicte Decano, tunc et tunc in huiusmodi electionis negotio habenti, Compromissario in hac parte speciali et vnico electo plenam et liberam dederunt et concesserunt potestatem, auctoritatem, et mandatum speciale, vice ipsorum quam ex hac domo Capitulari recederem, ac recederent, et Capitulo durante, personam habilem et idoneam in Archiepiscopum et pastorem eiusdem ecclesie, et eidem prouidendi. prout ex tenore dicti Compromissi manifeste liquet et apparet. Ego Nicholaus Wotton Decanus antedictus vim compromissi huiusmodi acceptans in venerabilem virum magistrum Matthaeum Parker, sacre Theologie professorem, post me dirigens, virum vtique prouidum et discretum, grauium scientia, vita et moribus merito commendatum, liberum et de legitimo matrimonio procreatum, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutum, in Spiritualibus et Temporalibus plurimum circumspectum, scientem, volentem et valentem, iura et libertates eiusdem ecclesie tueri, et defendere, vice mei, vice loco, et nominis Capituli eiusdem ecclesie, predictum venerabilem virum, magistrum Matthaeum Parker premissorum meritorum suorum intuitu in Archiepiscopum et pastorem eiusdem ecclesie et Metropolitice ecclesie Cantuar. infra tempus mihi ad hoc datum et assignatum eligo in communi, et eidem ecclesie prouideo de eodem in hiis scriptis. **Deinde** Nos decanus et Capitulum antedicti prefatam electionem et personam electam, ut premittitur factam, et celebratam eiusque vlnis amplectentes, ac eam, ratam, gratam, et firmam habentes, eundem magistrum Matthaeum Parker, electum in Archiepiscopum et pastorem prefate ecclesie quatenus in nobis fuit, aut est acceptauimus, et electionem huiusmodi approbauimus. **Consequenter** vero, Nos Decanus et Capitulum antedicti prefato magistro Willmo Darrell potestatem dedimus et concessimus, electionem nostram huiusmodi et personam electam Clero et populo palam publicandi, declarandi, et manifestandi prout moris est, atque in similibus de iure laudabili fieri consueuit. **Postremo** vero Nos decanus et Capitulum antedicti domum nostram Capitularem antedictam exeuntes, et Chorum dicte ecclesie memorate intrantes, hymnum Te deum laudamus, in sermone Anglico per ministros Chori solemniter decantari fecimus, Qua parte prefatus magister Willmus Darrell iuxta potestatem sibi creditam ministris eiusdem ecclesie ac populi tunc ibidem, electionem nostram huiusmodi et personam electam verbis Anglicis publicauit, et denunciauit ac declarauit. **Que omnia** et singula Nos Decanus et Capitulum antedicti pro officii nostri debito vestre Serenissime maiestati sub eorum in hoc processu insertis, duximus significanda. Eidem maiestati humiliter et obnixe supplicantes, Quatenus electioni nostre huiusmodi sic (vt premittitur) facte et celebrate Consensum et assensum vestros Regios adhibere, et eandem confirmari facere et mandare dignetur vestra excellentissima maiestas. Vt Deo optimo maximo Bonorum omnium Largitore fauente et opitulante, idem electus et confirmatus nobis preesse valeat, vtiliter pariter et prodesse. Ac nos sub eo et eius Regimine bono possimus deo in eadem ecclesia militare. **Et vt** de premissorum veritate vestre clementissime Maiestati abunde constare possit. Nos Decanus et Capitulum antedicti presentem Electionis nostre processum, Signo, Nomine et Cognomine ac subscriptione Notarii publici subscripti signari et subscribi, nostrique Sigilli communis appensione, iussimus et fecimus communiri. Act. in Domo nostra Capitulari predict. Tertio die mensis Augusti, Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono.

Et ego Johes Incent Cantuarien. Dioc. publicus Suprema auctoritate Regia Notarius in presenti Electionis negotio in Actorum Scribam assumptus et deputatus, Quia omnibus et singulis actis eiusdem electionis dum sic (vt premittitur) sub anno domini, mense, die, hora et loco predictis agebantur et fiebant vnacum testibus de quibus in presenti processu fit mentio, presentialiter interfui, eaque omnia et singula sic fieri, vidi, sciui, et audiui, atque in notas sumpsi, ideo hoc presens publicum electionis decretum, siue processum, manu mea propria fideliter Scriptum exinde confeci, Atque in hanc publicam et autenticam formam redegi, Ac Nomine et Cognomine meorum Additione subscripsi: Necnon Signo meo solito et consueto signaui, vnacum appensione Sigilli Communis dictorum decani et Capituli, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum, Rogatus specialiter et requisitus.

In dei noie amen presentis publici Instrumenti serie, Cunctis euidenter appareat et sit notum, Quod anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo Nono, Mense vero Augusti die

Instrumentum super
Consensu dni electi

Septo in quodam inferiori Cenaculo infra Manerium Archiepiscopi Cantuarien apud Lambehith Wintonien Dioc. notorie sit. et situat. in meique Notarii publici subscripti ac Testium inferius nominatorum presentijs Venerabiles et egregij viri, magister Willelmus Darrell, Clericus, Canonicus et Prebendarius ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cantuarien, et Anthonius Huse Armiger, exhibuerunt quoddam procuratorium Sigillo communi et Capitulari (ut apparuit) venerabilium virorum dominorum Decani et Capituli ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cant predict. sigillat. eisdem magistris Willelmo et Anthonio, ac mihi Johanni Incent Notario publico subscripto coniunctim et divisim fact. et se partem pro eisdem Decano et Capitulo fecerunt, Ac nomine procuratorio eorundem presentarunt Venerabili et egregio viro magistro Matthaeo Parker sacre Theologie professori tunc et ibidem personaliter presenti processum electionis de ipso et eius persona in Archiepiscopum et pastorem ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar predict. fact. et celebrat. in et sub formis Originalibus eiusdem, Eundemque magistrum Matthaeum Parker instanter rogarunt et requisierunt, Quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire dignaretur. Qui electo asserente. Quod licet se tanto muneri indignum iudicaret Tamen ne ipse Divine voluntati resistere ac Serenissime domine nostre Regine (que ipsum licet indignum prefatis Decano et Capitulo commendare dignata est) nimium obtemperare videretur electioni huiusmodi consentiebat, ac Consensum et assensum suos eidem prebuit in Scripto per eum lecto Tenorem qui sequitur de verbo in verbum in se complectente. In dei nomine amen. Ego Matthaeus Parker sacre Theologie professor, in ordine Sacerdotali, atque in etate legitima constitutus, ac in et de legitimo matrimonio procreatus in Archiepiscopum et pastorem ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar rite et legitime nominatus et electus, Ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem ecclesie cathedralis et Metropolitice instanter rogatus et requisitus, dei omnipotentis Clementia fretus, electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate, ad honorem dei omnipotentis patris, filij, et Spiritus sancti consentio, eidemque Consensum et Assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs Scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam ipse electus quam prenominati magistri Willelmus Darrell et Anthonius Huse procuratores antedicti me eundem Notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac Testes inferius nominatos Testimonium desuper perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur Sub Anno domini, mense, die, et loco predictis presentibus tunc et ibidem Richardo Taverner armigero, Johanne Baker generoso, Radulpho Jackson et Andrea Peerson clerico Testibus ad premissa videndum, audiendum, et testificandum rogatis et specialiter requisitis.

Et Ego Johannes Incent Cantuarien Dioc. publicus sacra et suprema auctoritate regia Notarius. Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub Anno domini, mense, die et loco predictis agebantur et fiebant Unacum prenominatis Testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri, vidi, scivi, et audivi, atque in Notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter Scriptum exinde confeci, Subscripsi, et publicavi, Atque in hanc publicam et autenticam formam redegi. Signoque Nomine Cognomine et Subscriptione meis solitis et consuetis signavi, in fidem et Testimonium omnium et singulorum premissorum Rogatus specialiter et requisitus.

Super libello sive summaria petitione dat. per partem venerabilium virorum dominorum, decani et Capituli ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cantuarien.

Depositiones testium

Johannes Baker generosus moram trahens in presenti cum venerabili et egregio viro magistro Matthaeo Parker electo Cantuar xxxix annorum etate, oriundus in parochia Sancti Clementis in Civitate Norwici, libere ut dicit Conditionis et teste de et super libello predicto productus, iuratus, et examinatus, dicit ut sequitur.

Ad primum, Secundum, Tertium, Quartum, Quintum, Sextum, et Septimum refert se ad processum in huiusmodi causa habitum et factum

Ad octavum dicit in vim iuramenti sui deponit quod idem Reverendus pater Mattheus Parker fuit et est vir providus, ac sacrarum literarum scientia, vita et moribus commendatus, ac homo liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et in ordine Sacerdotali constitutus, et dicte domine nostre Regine fidelis subditus, reddendo causam scientie sue in hac parte dicit, that he is frater naturalis dicti domini electi, ambo de eisdem parentibus procreati et geniti.

Ad Nonum, decimum, et undecimum refert se ad processum huiusmodi.

Ad ultimum dicit quod predeposita per eum sunt vera etc.

Willimus Tolwyn Artium magister ac Rector ecclesie sancti Antonii in Civitate London lxx annorum etatis, et dicit libere conditionis etc. Testis etc.

Ad primum, secundum, tercium, quartum, quintum, sextum, et septimum refert se ad processum huiusmodi.

Ad octavum dicit et deponit contenta in huiusmodi Articulo esse vera, de quibus certam scientiam [habet]: Quia dicit quod eundem dominum novit per hos xxx annos, ac per idem tempus secum admodum familiaris fuit, et in presenti est. Et etiam dicit quod novit eius matrem.

Ad Nonum, decimum, undecimum et duodecimum refert.

Certa Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Willimus quondam Bathon et Wellen Episcopus, nunc electus Cicestren, Johannes Scory quondam Cicestren Episcopus, nunc Herefordien electus, Milo Coverdale quondam Exon Episcopus, et Johannes Bedforden Episcopus, Serenissime in Christo principis et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. mediantibus suis literis Commissionalibus patentibus ad infrascripta Commissarii cum hac clausula, videlicet, Una cum Johanne Thetforden Suffraganeo, et Johanne Bale Ossoren Episcopo, et etiam hac clausula, Quatenus vos aut ad minus quatuor vestrum etc. Necnon et hac adiectione, Supplentes nihilominus etc. specialiter et legitime deputati, In negocio Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Matthei Parker Sacre Theologie professoris in Archiepiscopum Cantuarien electi facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, seu formam eiusdem, aut personam electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis isto die hora et loco si sua putaverint interesse contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam in debita iuris forma, dicturos, excepturos vel proposituros legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam, aliquid dicentes, excipientes vel opponentes, ad petitionem procuratoris decani et Capituli Cantuar pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie sive decreti finalis in hac causa ferendi ipsorum sic citatorum et non comparentium contumacia in aliquo non obstante.

Juramentum de agnoscenda suprema potestate regia

I Matthewe Parker elected Archbusshopp of Cantur' do utterlie testifie and declare in my Conscience, That the Quenes highnes is thonlie Supreme Governour of this Realme and of all other her highnes Dominions and Contryes, as well in Spirituall or ecclesiasticall thinges or causes, as Temporall. And that no forreine Prince, person, prelate, State, or Potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power, Superioritie, preeminence, or Authoritie ecclesiasticall or Spirituall within this Realme. And therfore I do utterlie renounce and forsake all forreine Jurisdictions, powers, Superiorities, and Authorities. And do promise that from hensforth I shall beare faith and true Allegeaunce to the Quenes highnes, her heires and lawfull Successours and to my power shall assist and defend all Jurisdictions, Privileges, preeminences and

Authorities graunted or belonginge to the Quenes highnes her heires and Succ or vnited and annexed to thimperiall Crowne of this Realme, So helpe me god, and by the Contents of this Booke.

Sentia diffinitiva +

In dei noie amen Auditis, visis, et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Willm quondam Bathon et Wellen epum, nunc Cicestren electum, Johem Scory quondam Cicestren epum nunc electum Herefordien, Milonem Coverdale quondam Exon epum, et Johem Bedforden epum, Serenissime in Xpo Principis, et dne nre dne Elizabethe dei gra Anglie, ffrancie, et Hibernie Regine ffidei defens &c. mediant lris suis Regijs Commissionalibus patent ad infrascripta Commissarijs, cum hac clausula, viz vna cum dnis Johe Thetforden Suffraganeo, et Johe Bale Osserien Epo, et etiam hac clausula, Quatenus vos aut ad minus quatuor vrum &c. Necnon et hac adiectione Supplentes nihilominus &c. spialr et ltime deputatos, Meritis et Circumstantijs cuiusdam cause sive Negocij Confirmationis electionis de psona venerabilis et eximij viri magri Matthei Parker Sacre Theologie Professoris in Archiepum et Pastorem ecclie Cathis et Metropolitice Xpi Cantuarien per obitum bone memorie dni Reginaldi Pole vltimi Archiepi ibm vacan, electi, facte et celebrate quod coram nobis aliquamdiu vertebatur, et in psenti vertitur et pendet indecis- Rimato primitus per nos Toto et integro Processu coram nobis in dco negocio habit et facto atq diligenter recensit servatisq per nos de iure et Statutis huius Regni Anglie servand, ad nrm decreti finalis sive Sentie diffinitive confirmationis in huiusmodi negocio ferende prolacionem sic duximus procedend, et procedimus in hunc qui sequitur modum. **Quia** per Acta, exhibita, producta, et probata, coram nobis in huiusmodi Confirmationis Negocio comperimus, et luculenter invenimus, electionem ipsam per decanum et Capitlm dicte ecclie Cathis et Metropolitice Xpi Cantuarien predict de prefato venerabili et eximio viro magro Mattheo Parker electo huiusmodi viro vtiq provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero, et de ltimo matrimonio procreato, atq in etate ltima et ordine Sacerdotali constitut. rite et ltime fuisse et esse factam et celebratam, nihilq eidem venerabili viro magro Mattheo Parker electo huiusmodi de sacris Canonibus obviasse seu obviare quo minus in Archiepum Cantuar aucte dce illustrissime dne nre Regine merito debeat confirmari. **Idcirco** Nos Willmus nup Bathon et Wellen epus nunc Cicestren electus, Johes Scory quondam Cicestren epus, nunc electus Herefordien, Milo Coverdale quondam Exon epus, et Johes Bedforden epus Comissarij Regij antedicti, attentis premissis et alijs virtutum meritis, Super quibus prefatus electus Cantuarien apud nos fidedigno commendatur testimonio, Xpi Noie primitus invocato, ac ipsum solum deum pre oculis nris proponentes, de et cum Consilio Iurisperitorum, cum quibus in hac parte communicavimus, predictam electionem de eodem venerabili viro magro Mattheo Parker sic vt prefertur factam et celebratam Suprema aucte dce Serenissime dne nre Regine nobis in hac parte commissa confirmamus, Supplentes ex Suprema aucte Regia ex mero principis motu, ac certa Scientia nobis delegata quicquid in hac Electione fuerit defectum, Tum in his que iuxta Mandatum nobis creditum a nobis factum et processum est, aut in nobis aut aliquorum nrm, Conditione Statu, facultate, ad hec perficienda deest aut deerit, Tum etiam eorum que per Statuta huius Regni Anglie aut per Leges ecclasticas in hac parte requisita sunt, vel necessaria, prout Temporis Ratio et rerum psentium necessitas id postulant, per hanc nram Sentiam Diffinitivam sive hoc nrm finale decretum, Quam sive quod ad peticonem Partium ita ferimus et promulgamus in his Scriptis.

Rituum et Ceremoniarum ordo in Consecratione Reverendissimi Dni Matthei Parker Archiepi Cantuar in Capella infra Manerium suum de Lambehith die dnica viz decimo septimo die mensis decembris Anno Dni Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono

Ordo Ceremoniarum in Consecratione Dni Matthei Parker

Principio Sacellum Tapetibus ad Orientem adornabatur, solum vero panno rubro insternebatur, Mensa quoq sacris peragendis necessaria, Tapeto pulvinariq ornata, ad Orientem sita erat.

Quatuor praeterea Cathedrae quatuor Episcopis quibus Munus Consecrandi Archiepiscopi delegabatur ad Austrum Orientalis Sacelli partis erant positae.

Scamnum praeterea Tapeto, pulvinaribusque instratum, Cui Episcopi genibus flexis innitebantur, ante cathedras ponebatur.

Pari quoque modo Cathedra, Scamnumque Tapeto, pulvinarique ornatum Archiepiscopo, ad Borealem Orientalis eiusdem Sacelli parte plagam posita erant.

His rebus ita ordine suo instructis, Mane circiter quintam aut sextam, per Occidentalem portam ingreditur Sacellum Archiepiscopus, toga Talari Coccinea, Caputioque indutus, quatuor praecedentibus funalibus, et quatuor comitatus Episcopis, qui eius Consecrationi inservirunt, viz Willelmo Barlow quondam Bathon et Wellen Episcopo, nunc electo Cicestren, Johanne Scory quondam Cicestren Episcopo, nunc Herefordensi electo, Milone Coverdale quondam Exon Episcopo, et Johanne Bedforden Suffraganeo, Qui omnes postquam sedes sibi paratas ordine singuli suo occupassent, preces continuo Matutinae per Andream Pearson Archiepiscopi Capellanum clara voce recitabantur, Quibus peractis Johannes Scory de quo supra diximus, Suggestum conscendit, atque inde assumpto sibi in Thema Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro consenior &c non ineleganter concionabatur.

Finita Concione, egrediuntur simul Archiepiscopus reliquique quatuor Episcopi Sacellum, se ad sacram Communionem paraturi; neque mora confestim per Borealem portam ad hunc modum vestiti redeunt. Archiepiscopus nimirum lineo Superpelliceo (quod vocant) induebatur, Cicestren electus Capa serica ad sacra peragenda paratus utebatur. Cui ministrabant, operamque suam praebebant duo Archiepiscopi Capellani viz Nicholaus Bullingham Lincoln et Edmundus Gest Cantuarien Archidiaconi, capis sericis similiter vestiti, Herefordensis electus et Bedfordensis Suffraganeus Linteis Superpelliceis induebantur.

Milo vero Coverdallus non nisi Toga Lanea Talari utebatur.

Atque hunc in modum vestiti et instructi ad Communionem celebrandam pergebant, Archiepiscopo genibus flexis ad infimum Sacelli gradum sedente.

Finito tandem Evangelio, Herefordensis electus, Bedfordensis Suffraganeus, et Milo Coverdale (de quibus supra) Archiepiscopum coram Cicestren electo, apud Mensam in Cathedra sedente, his verbis adduxerunt. Reverende in Deo pater, hunc virum pium pariter atque doctum, tibi offerimus atque praesentamus, ut Archiepiscopus consecretur. Postquam haec dixissent, proferebatur illico Reginae diploma sive Mandatum pro Consecratione Archiepiscopi, Quo per D Thomam Yale Legum doctorem perlecto, Sacramentum de Regio primatu sive suprema eius auctoritate tuenda, iuxta Statuta primo Anno Regni serenissimae Reginae nostrae Elizabethae edita et promulgata, ab eodem Archiepiscopo exigebatur, quod cum ille solemniter Tactis corporaliter sacris Evangeliis et conceptis verbis praestitisset, Cicestren electus populum ad orationem hortatus, ad Letanias decantandas choro convertit se, quibus finitis post Quaestiones aliquot Archiepiscopo per Cicestren electum propositas, et post orationes et Suffragia quaedam iuxta formam libri auctoritate Parliamenti editi apud eum habita, Cicestren, Herefordensis, Suffraganeus Bedfordensis et Milo Coverdallus Manibus Archiepiscopo impositis dixerunt Anglice viz Take the hollie gost and remember that thou stirre upp the grace of god which ys in the by imposicion of handes, for god hath not geven us the spirite of feare, But of power, and love, and sobernes. His dictis

Biblia sacra illi in Manibus tradiderunt hec apud eum verba habentes / Give hede vnto thy readinge, exhortacon, and Doctrine, thinke vppon thes thinges, conteyned in thys booke be diligent in them, that the increase comminge therbie may be manifest vnto all men. Take hede vnto thy self, and vnto thy teachinge, and be diligent in doinge them for by doinge thys, thow shalt save thy self, and them, that hear thee through Jesus Xpe our lord / Postq hec dixissent ad reliqua Communionis Solemnia pergit Cicestren, nullu Archiepo tradens pastorale baculum, cum quo communicabant Archiepus, et quatuor illi epi supra noiati, cum aliis etiam nonnullis.

Finitis tandem precibus sacris egreditur per Borealem Orientalis Sacelli parte portam Archiepus, quatuor illis comitatus epis qui eum consecraverant, et confestim eisdem ipsis stipatus epis per eandem revertitur portam, albo epali Superpelliceo, Crimeraq (ut vocant) de nigro Serico indutus, circa collum vero Collare quoddam de preciosis pellibus Sabellinis (vulgo Sables vocant) consutum gestabat. Pari quoq modo Cicestren et Herefordien suis Epalibus amictibus Superpelliceo scz et Crimera, vterq induebatur. Coverdallus vero et Bedforden Suffraganeus Togis solum, modo talaribus vtebantur. Pergens deinde Occidentalem portam versus Archiepus, Thome Doyle Yconomo, Joanni Baker Thesaurario, et Johi Marche Contrarotulario, singulis singulos albos dedit Baculos hoc scz modo, eos muneribus et officiis suis ornans. / / /

His itaq hunc ad modum ordine suo (ut iam ante dictum est) peractis, per Occidentalem portam Sacelli egreditur Archiepus, Generosioribus quibusq Sanguine ac sua familia eum precedentibus, reliquis vero eum a tergo sequentibus / / /

Acta, gestaq hec erant omnia et singula in pntia Reverendorum in Xpo patrum Edmundi Grindall London epi electi, Richardi Cockes Elien electi, Edwini Sandes Wigorn electi, Anthonii Huse Armigeri principalis et primarii Registrarii dci Archiepi, Thome Argall Armigeri Registrarii Curie Prerogative Cantuar, Thome Willett et Johis Incent notariorum publicorum, et aliorum nonnullorum. / / /

Mandatum directum Archino Cantuarien ad intronizandum dictum dnum Archiepum

+ **Willimus Barlowe** epus Cicestren, Johes Scory epus Herefordien, Milo Coverdale nuper Exon epus, et Johes epus Suffraganeus Bedforden, illustrissime in Xpo Principis et dne nre, dne Elizabethe dei gra, Anglie Francie et Hibernie Regine, fidei defensoris &c. ad infrascripta mediantibus lris Commissionalibus patentibus dce Illustrissime dne nre Regine nobis in hac parte direct Commissarii, inter alios cum hac clausula Quatenus vos aut ad minus quatuor vestrum &c. et etiam cum hac dictione, Supplentes nihilominus &c. Specialiter et legitime deputati et constituti, Venerabili viro magro Edmundo Gest Archino Cantuar. Salutem in dno sempiternam / Cum vacante nuper Sede Archiepali Cantuarien, per mortem naturalem dni Reginaldi Pole Cardinalis ultimi et immediati Archiepi eiusdem, Decanus et Capitulum eccle cathis et Metropolitice ecce Cantuarien (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) Reverendissimum in Xpo patrem dnum Matthew Parker sacre Theologie Professorem in eorum et dce eccle cathis Archiepum et pastorem elegerint, et dce eccle cathis predict. providerint de eodem. Quam quidem Electionem et personam sic electam (servatis de iure et Statutis huius inclyti Regni Anglie in ea parte servandis) Nos auctoritate lrarum Commissionalium patentium dce illustrissime dne nre et Regine nobis (ut premittitur) direct. rite et legitime confirmavimus, eidemq Curam, Regimen et Administrationem dci Archiepatus Cantuarien commisimus, necnon Munus Consecrationis eidem (Adhibitis de ritu et more ecclie Anglicane Suffragiis et Insigniis adhibendis) impendimus, iuxta Statuta huius inclyti Regni Anglie in hac parte [illegible] edita et Concepta, Cumq Reverendissimus pater sic confirmatus et consecratus in realem, actualem et corporalem Possessionem dci Archiepatus Cantuar. iuriumq et pertinentium suorum univestrum inducend, investiend, installand et intronizand fore decrevimus et mandavimus, Tibi igr harum Serie Iuris ordine id exigente firmiter precipiendo mandamus, Quatenus prefatum Reverendissimum patrem seu procuratorem suum legitimum (eius nomine) in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Archiepatus Cantuarien, Iuriumque, honorum, Dignitatum, et pertinentiarum suorum universorum inducas, investias, installes, et intronizes, seu sic induci, investiri, installari, et intronizari facias cum effectu, Cathedramque suam sedem Archiepalem in eadem ecclia (prout moris est) assignes, et eum in eadem cathedra sive sede Archiepali imponas, cum omni honore debito, Adhibitis de more adhibendis, aut ita fieri et imponi cures prout decet, In cuius rei Testimonium Sigillum Officialitatis dicte Curie Cantuarien presentibus apponi fecimus et procuravimus. Dat Londini Vltimo die mensis decembris Anno dni Millimo, Quingen°, Quinquagesimo, Nono

Edmundus Gest Archinus Cantuarien, Ad quem Inductio, installatio, et intronizatio omnium et singulorum Eporum Cantuarien provincie, de laudabili, longevaque et hactenus prescripta Consuetudine notorie dinoscuntur pertinere, Venerabilibus viris

aliud mandatum factum per dictum Archidiaconum ad effectum predictum

Commissio per dcm Archnm ad Inthronizand hic facta in absentia sua

Saltm in Dno sempiternam. Cum vacante nuper Sede Archiepali Cantuarien per mortem naturalem dni Reginaldi Pole ultimi Archiepi ibm, decanus et Capitulum dicte cathis et metropolitice ecclie Cantuarien (Licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) Reverendissimum in Christo patrem dnum Mattheum Parker sacre Theologie professorem in eorum et dicte ecclie Archiepum et pastorem elegerint, Cumque postea Reverendi in Christo patres dni Willmus Barlow Cicestren Epus, Johes Scory Epus Herefordien, Milo Coverdale quondam Epus Exon et Johes Epus Suffraganeus Bedfordien, vigore literarum Commissionalium patentium illustrissime in Christo principis et dne nre dne Elizabethe dei gra Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defensoris etc. eis in hac parte directarum sufficienter et legitime fulti, Electionem predictam de persona prefati Reverendissimi pris (ut premittitur) factam et celebratam, personamque sic electam servatis de Iure et Statutis huius inclti Regni Anglie in hac parte servandis confirmaverint, eidemque Reverendissimo in Christo patri Curam, Regimen, et Administrationem dicti Archiepatus Cantuar commiserint, Necnon Munus Consecrationis eidem Rmo pri (adhibitis de ritu et more ecclie Anglicane Suffragijs et Insignijs adhibendis) impenderint iuxta Statuta huius inclti Regni Anglie in hac parte pro et sancte edita et Sancita, Nobisque dederint in mandatis, Quatenus Nos prefatum Reverendissimum patrem sic confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum (eius nomine) in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Cantuar Iuriumque et pertinentiarum suorum universorum induceremus, installaremus et intronizaremus, prout per eorum literas nobis in ea parte factas et inscriptas plenius liquet et apparet, Quia nos impresentiarum quibusdam arduis et urgentibus negotijs adeo sumus implicati et remorati, Ad executionem Officij nri huiusmodi vacare non valemus (ut optamus), Vobis igr et vrum cuilibet coniunctim et divisim de quorum Circumspectione et Industria specialem in Dno fiduciam obtinemus, ad inducend prefatum Reverendissimum patrem seu procuratorem suum legitimum (eius nomine) in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem dicte cathis et Metropolitice ecclie Cantuarien, Iuriumque et pertinentiarum suorum universorum, eundemque Reverendissimum patrem seu eius procuratorem legitimum cum plenitudine Iuris Archiepalis installand et intronizand, Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisita, vices nostras committimus, et plenam Tenore presentium concedimus potestatem. Rogantes vos Totum id quod in premissis feceritis, aut vestrum aliquis fecerit dicto Inductionis Negotio expedito nobis pro loco et Tempore congruis et oportunis debite significare velitis, seu sic significet ille vestrum qui huiusmodi negotium fuerit executus. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus dat Primo die mensis Januarij Anno dni iuxta Computacionem ecclie Anglicane Millimo, Quingen°, Quinquagesimo, Nono

Vniversis hasce procurationis et Mandati literas inspecturis, visuris, audituris vel lecturis innotescat et palam sit, Quod nos Mattheus permissione divina Cantuar. Archiepus, totius Anglie Primas et Metropolitanus electus, confirmatus, et consecratus, dilectos nobis in Christo filios magros

Procuratorium Dni Archiepi ad petend et obtinend intronizationem

Capellanos familiares, et domesticos nostros –

Edwardum Leedes et

coniunctim et divisim nostros veros, certos, legitimos, ac indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumque nostrorum gestores, et nuncios speciales ad infrascripta, vice, nomine, et loco nostris [illegible], nominamus, ordinamus, facimus, et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum utrique (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis, ac vice et nomine nostris, coram dilectis nobis in Christo filijs dominis Decano et Capitulo ecclesie nostre cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar. [illegible] in hac parte ministris quibuscunque comparendi, et iustas causas absentie nostre coram eis proponendi, dicendi et profitendi, Nobisque de absentia a personali comparitione excusandi, ac super veritate earundem, fidem de iure requisitam faciendi, ac Nos et personam nostram in realem, actualem, et corporalem possessionem nostri Archiepiscopatus Cantuariensis cum omnibus et singulis suis honoribus, privilegiis, prerogativis, preeminentiis Iuribus et pertinentiis suis universis Spiritualibus et Temporalibus iuxta et secundum eiusdem ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar. Statuta, Ordinationes, et consuetudines (legibus Statutis et provisionibus huius Regni Anglie [illegible] non repugnantes) induci, investiri, installari et inthronizari – cum plenitudine Iuris Archiepiscopalis, Cathedramque sive sedem Archiepiscopalem in Choro dicte ecclesie memorato Archiepiscopo ibidem ab antiquo assignari solit. et consuet. nobis quatenus videbitur expediens assignari et limitari petendi, requirendi, et obtinendi, Necnon realem, actualem et corporalem possessionem, Installationem et Inthronizationem dicti Archiepiscopatus Cantuariensis vice et nomine nostris nanciscendi et adipiscendi, ac illas sic nactas et adeptas ad usum et commodum nostrum custodiendi et conservandi, ac per legitima Iuris remedia tuendi et defendendi/ Quodcunque insuper Iuramentum licitum et approbatum, ac de Iure, Consuetudinibus et Statutis dicte ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi – Cantuar. in hac parte quomodolibet requisit. (Quatenus Consuetudines, ordinationes et Statuta huiusmodi Iuri divino, ac Legibus et Statutis huius Regni Anglie non sint contraria) vel repugnant, in animam nostram et pro nobis prestandi, subeundi et iurandi, Necnon Iuramentum aliud et – quodcunque aliud Sacramentum licitum et honestum de Ordinationibus et Statutis dicte cathedralis et Metropolitice ecclesie Cantuariensis predict. modo premisso qualificatis a Decano et Capitulo Canonicisque et ceteris ministris eiusdem dicte Archiepiscopis ibidem exhiberi et prestari solit. et consuet. ab eisdem et eorum quolibet, ac vice et nominibus nostris recipiendi et admittendi, Et generaliter omnia et singula alia faciendi, exercendi, et expediendi que in premissis et circa ea de Iure seu consuetudine huiusmodi ecclesie necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis – exigant speciale quam superius est expressum, Promittimusque nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum alter fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum nostrorum presentium et futurorum, et in ea parte Cautionem exponimus per presentes/ In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat. in Manerio nostro de Lambehith – [illegible] [illegible] secundo Die mensis Januarii Anno domini secundum Computationem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono Et nostre Consecrationis Anno Primo.

London

Acta habita et facta in negocio confirmationis electionis

Venerabilis viri magistri Edmundi Grindall sacre Theologie Bacchalaurei in Episcopum London electi, vice=
simo die mensis decembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, et Regni felicissimi –
illustrissime in christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, ffrancie, et hibernie Regi=
ne fidei defensoris etc. Anno secundo in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London, ecclesie christi Can=
tuariensis Iurisdictionis immediate, coram venerabilibus viris magistris Nicholao Bullingham et Thoma
Yale legum doctoribus, et Edwardo Leedes in legibus licentiato, Reverendissimi in christo patris et domini domini
Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani, mediantibus literis –
Commissionalibus patentibus eiusdem in hac parte Rite fulciti Commissarijs ad infrascripta specialiter deputatis
et constitutis, in presentia mei Johannis Incent notarii publici in Actorum Scribam in hac parte propter absentiam –
magistri Anthonij Huse Registrarij primarij dicti Reverendissimi patris assumpti, prout sequitur viz

Acta confirmationis electionis domini Edmundi Grindall electi London

Die et loco predictis inter horas nonam et decimam ante meridiem, presentatis coram Commissarijs –
supranominatis literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eis in hac parte directis, ac per ipsos Commissa=
rios visis, perspectis, et ponderatis, dicti Commissarij ob reverentiam et honorem tanti Reverendissimi patris
assumpserunt in se onus dicte Commissionis, et decreverunt procedendum fore iuxta vim, formam, et effectum ea=
rundem, et assumpserunt me Johannem Incent notarium publicum antedictum in Actorum Scribam etc. Deinde
comparuit personaliter magister Edwardus Bigge, et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris –
decano et Capitulo ecclesie cathedralis divi Pauli London et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio –
eorundem decani et Capituli presentavit eisdem Commissarijs venerabilem virum magistrum Thomam
Huicke legum doctorem, ac e regione eorundem Commissariorum sistebat, qui exhibuit procuratorium
suum pro dicto venerabili viro magistro Edmundo Grindall London electo, et fecit se partem pro –
eodem, et tunc magister Bigge exhibuit Mandatum Citatorium Originale vnacum Certificatorio in
dorso super Executione eiusdem, et petijt omnes et singulos citatos preconizari. Ac consequenter –
facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum etc. ad fores ecclesie parochialis de Archu=
bus predicte et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte obijciente vel opponente, dictus magister –
Edwardus Bigge accusavit eorum Contumacias, et petijt eos et eorum quemlibet reputari contu=
maces et eis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius in hac parte
opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam precludi, Ad cuius petitionem dicti
domini Commissarij pronunciarunt eos contumaces et in penam etc. viam vlterius in hac parte oppo=
nendi eis et eorum cuilibet precluserunt, Necnon ad petitionem dicti magistri Bigge ad vlteriora
in dicto confirmationis negocio procedendum fore decreverunt, prout in Schedula per prefatum magistrum
Nicholaum Bullingham de Consensu Collegarum suorum lecta plenius continetur, Qua quidem –
Schedula sic lecta prefatus magister Edwardus Bigge in presentia prefati magistri Thome Huicke –
procuratoris domini electi London antedicti dedit Summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti
Ad cuius petitionem domini Commissarij admiserunt dictam Summariam petitionem et assignarunt dicto magistro
Bigge ad probandum contenta in eadem ad statim, Deinde Bigge in Subsidium probationis Con=
tentorum in dicta Summaria petitione exhibuit Certificatorium Regie maiestati directum de et super –
Electione dicti venerabilis viri magistri Edmundi Grindall, per decanum et Capitulum ecclesie cathedralis
divi Pauli London predictum fact. et celebrat. vnacum literis patentibus Regijs de consensu suo Regio eidem
electioni adhibitis, ac prefato Reverendissimo patri pro Confirmatione eiusdem electionis direct. quibus
sic factis, domini Commissarij ad petitionem dicti magistri Bigge assignarunt sibi ad proponendum omnia ad
statim / Et tunc Bigge exhibuit omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita, et proposita –
quatenus sibi conducunt, et non aliter nec alio modo / Et tunc domini ad petitionem Bigge assigna=
runt sibi ad concludendum ad statim, dicto Bigge concludente cum eisdem dominis Commissarijs simi=
liter concludentibus / Qua Conclusione sic facta domini ad petitionem Bigge assignarunt ad audi=
endum Sententiam siue finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina preconizati=
one Oppositorum sic (vt premittitur) citatorum et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte
opponentium domini Commissarij ad petitionem Bigge pronunciarunt eos et eorum quemlibet contu=
maces, ac in penam Contumaciarum suarum huiusmodi, decreverunt procedendum fore ad prolationem
Sententie diffinitive siue decreti finalis in hac causa ferendi, ipsorum sic citatorum et non compa=
rentium absentia siue Contumacia in aliquo non obstante. prout in Schedula per memoratum
magistrum Nicholaum Bullingham de Consensu collegarum suorum lecta dilucidius continetur, His itaque
sic ordine gestis, ac prestito per magistrum Thomam Huicke nomine procuratorio prefati domini

electi London, ac in eam ipius dni electi, Iuramento corporali iuxta formam descript. in Statut. -
Parliamenti Anno primo Regni dne dne nre Regine Elizabethe edit. prefati dni Commissarij le-
gerunt et promulgarunt sniam diffinitivam in Scriptis per prefatum magrum Nicholaum Bulling-
ham de consensu Collegarum suorum lectis, pronunciando, decernendo, ceteraq faciendo, prout in
eadem continetur, Super quibus tam prefatus mag. Thomas Huycke, quam dcus Edwardus -
Bigges, procuratores respective antedict. me eundem Notarium fieri sibi unum vel plura pu̅ca seu
publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac Testes inferius nominatos Testimonium inde
perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt, Postremo autem dci dni Commissarij
ad peticonem tam procuris prefati dni electi et confirmati, quam procuris Decani et Capli eccle
cathis Divi Pauli London predict decreverunt ipsum dnum electum et confirmatum, consecrand
et benedicend fore, Curamq Regimen, et Administrationem Spualium et Temporalium -
dicti Epatus London, eidem dno electo et confirmato commiserunt, Ac in realem, actualem,
et corporalem Possessionem dci Epatus London Iuriumq dignitatum, honorum, Preemi-
nenc et pertinenc suorum univers inducend et intronizand fore etiam decreverunt, per
Archinum Cantuarien vel eius deputatum iuxta dicte cathis Divi Pauli London
Morem, Legibus et Statut huius Regni Anglie non repugnan aut adversand./

Lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gra Anglie, ffrancie, et hibernie Regina fidei Defens &c. Reve-
rendissimo in xpo pri et dno, Mattheo Archiepo Cantuar totius Anglie Primati et metro-
politano Saltm. Cum vacante nuper Sede Epali London per remocon deprivaconem vl-
timi epi eiusdem, ad humilem peticonem Decani et Capli eccle nre cathis Divi Pauli -
London eiusdem per lras nras patentes licenciam concesserimus alium sibi eligendi in epum et
pastorem Sedis predce, Iidemq decanus et Capitulum vigore et obtentu licencie nre predce -
dilectum nobis in xpo magrum Edmundum Grindall Sacre Theologie professorem sibi et -
eccle predce elegerunt in epum et pastorem, prout per lras suas patentes Sigillo eorum
com sigillat nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes,
eidem electioni Regium nrum Assensum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore
pntium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter preci-
piendo Mandantes, Quatenus eundem magrum Edmundum Grindall in epum et pasto-
rem dicte cathis divi Pauli London predict sic (ut prefertur) electum, electionemq pre-
dcam confirmare, Et eundem magrum Edmundum Grindall in epum et pastorem dicte
predce consecrare, Ceteraq oia et singula peragere Que vro in hac parte incumbunt
Officio Pastorali iuxta formam et effectum Statutorum in ea parte editorum et pro-
visorum velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has lras nras fieri fecimus -
patentes. T me ipa apud westm xviijo die decembris Anno Regni nri Scdo. / S /

Commissio ad confirmand Electionem &c

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et metro-
politanus. Dilectis nobis in xpo magris Nicholao Bullingham et Thome Yale Legum doctori-
bus. et Edwardo Leedes in Legibus Licenciat Saltm gram et ben. / Ad cognoscend, compro-
band et confirmand vice, loco et noie nris quascumq Electiones de psonis quorumcumq in
epos et pastores ecclesiarum cathedralium nre Cantuar Provincie electorum Quatenus electio-
nes huiusmodi ad nos de Iure, Consuetudine, aut Prerogativa dicte nre Metropolitice eccl Can-
tuarien predict vel regio Mandato pertinere dinoscuntur, Ac quatenus easdem electiones -
rite et recte factas et celebratas fuisse et esse vobis constiterit, Ipasq electiones et psonas
quascumq sic electas secundum Iuris et Statutorum huius incliti Regni Anglie exigentiam rite
approband, defectusq (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite supplend prout Iuris
fuerit et Equitatis Alioquin electiones ipas et quamlibet earundem (si casus exigentia -
ita exigerit) cassand, infirmand et annulland / Ceteraq omnia et singula alia faciend, exer-
cend, et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Vobis com et divim
harum serie vices nras committimus et plenam Tenore pntium concedimus potestatem As-
sumpto vobis et vrum cuilibet sive uni dilecto nobis in xpo magro Anthonio Huse Re-
grario nro Principali seu eius deputat in Registrarium et Actorum vrorum Scribam in
hac parte. Iuribus nris Archiepalibus, et ceteris emolumentis nobis ac Officiarijs et mi-

iurisdictionis nostre in hac parte competentis reservatis et semper salvis. In cuius rei testimonium Sigillum quo in similibus ad presens utimur presentibus apponi fecimus, Dat. in Manerio nostro de Lambeth, [illegible] xviij° die mensis Decembris Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, Et nostre Consecrationis anno Primo.

Procuratorium domini electi ad petendum electionem confirmari

dall [illegible] Theologie Bacc. in [illegible] London electi facte et celebrate [illegible]
et singulos oppositores qui contra dictam electionem [illegible]
[illegible] contra dictam electionem [illegible]
[illegible]
[illegible] et nullo modo comparentes [illegible]
tam aliquid [illegible] et in penam contumacie [illegible]
[illegible] Pauli London [illegible] in [illegible] causa [illegible]
[illegible] procedend [illegible] non [illegible]
[illegible] et non comparentes contumaces [illegible]

Iuramentum Dni Electi

I Edmund Grindall elected Busshopp of London do utterlie testifie and declare
in my Conscyence that the Quenes highnes is the onlie supreme governour of this
Realme and of all other her highnes dominions and countreys as well in all spirituall
or ecclesiasticall thinges or causes as temporall, and that no forreyne prince person prelate state
or potentate hath or ought to have any iurisdiction power superioritie preeminence
or authoritie ecclesiasticall or spirituall within this Realme and therfore I do utterlie
renounce and forsake all forreyne iurisdictions powers superiorities and authorities [illegible]
and [illegible] hensforth I shall beare faith and true allegiance [illegible]
[illegible] and to my power shall assist and defend all [illegible]
[illegible] and authorities graunted or belonging [illegible]
[illegible] and annexed to the imperiall crowne of this [illegible]
[illegible] and by the contents of this Booke
So helpe me god

Sententia diffinitiva

In dei noie amen auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos
Nicholaum Bullinghm legum doctorem Reverendissimi in [illegible] dni Matthei permissione
divina Cantuar. Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium inter alios
cum hac clausula [illegible] specialiter deputatum et constitutum, meritis et circumstanciis cuiusdam
cause sive negocii Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Edmundi
Grindall sacre Theologie Bacc. in [illegible] Pauli London
[illegible] et Anthonii [illegible] Edmundi [illegible]
et celebrate, quod coram nobis aliquandiu vertebatur, et in presenti vertitur [illegible]

premissis per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter recensito, ser-
vatisque per nos de jure et statutis hujus Regni Angliae servandis ad nostri decreti finalis sive sententiae diffi-
nitivae Confirmationis in hujusmodi negotio ferendum prolationem sic duximus procedendum et procedimus in hunc
qui sequitur modum. Quia per Acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in hujusmodi Confirmationis
negotio comperimus luculenter et invenimus electionem ipsam per Decanum et Capitulum dictae cathedralis
divi Pauli London. de praefato venerabili viro magistro Edmundo Grindall electo hujusmodi viro utique
provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in aetate
legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem
venerabili viro electo hujusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse, seu obviare, quo minus in Episcopum London.
auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco Nos Nicholaus Bullingham Commissarius
antedictus, attentis praemissis et aliis virtutum meritis super quibus praefatus electus London.
fidedigno commendatur testimonio, Christi Nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris
praeponentes, de et cum Consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, praedictam elec-
tionem de eodem venerabili viro magistro Edmundo Grindall (ut praemittitur) factam et cele-
bratam, auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus, defectus quoscunque in hoc
Electionis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de jure possumus
supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum
quam sive quod ad petitionem partium ita ferendum ferimus, et promulgamus in his scriptis.

Vicesimo primo die mensis Decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo
nono in Capella Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthaei permissione divina Cantuariensis
Archiepiscopi totius Angliae primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith, dicta Ca-
pella ita ornata, ut in Actis Consecrationis dicti Reverendissimi patris describitur, precibus matutinis peractis, habitaque
concione per magistrum Alexandrum Nowell Capellanum dicti Reverendissimi patris acceptante in Thema Attendite
vobis et universo gregi vestro etc. dictus Reverendissimus pater Capa indutus ad sacram Communionem peragendam pro-
cessit. Cui ministrabant operamque suam praestabant, magistri Nicholaus Bullingham Lincolniensis et Edmun-
dus Gest Cantuariensis respective Archidiaconi, similiter Capis induti. Finito tandem Evangelio praefatus
Reverendissimus pater assistentibus ei in hac parte Reverendis patribus Willelmo Barlowe Cicestrensi et
Johanne Scory Herefordensi respective Episcopis, necnon Johanne Hodgeskin Bedfordensi Suffraganeo, Superpel-
liciis amicti, auctoritate et virtute literarum Regiarum patentium sibi inscriptarum, munus Consecrationis
Reverendo patri domino Edmundo Grindall Sacrae Theologiae Baccalaureo in Episcopum et pastorem dictae
cathedralis divi Pauli London. electo et confirmato, Ceremoniis et Ritibus in Actis Consecrationis dicti Reverendissimi
patris expressis adhibitis impendebat, et eum Episcopalibus insigniis decoravit, Praesentibus tunc et ibidem
egregiis viris magistris Anthonio Huse armigero, dicti Reverendissimi patris Registrario primario, Thoma Argall
armigero Curiae Praerogativae Cantuariensis Registrario, Thoma Doile, Johanne March et Johanne Baker
generosis cum multis aliis.

Consecratio domini Edmundi Grindall Episcopi London.

Matthaeus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliae Primas, et
Metropolitanus. Dilecto nobis in Christo magistro Edmundo Gest Archidiacono nostro Cantuariensi salutem,
gratiam et benedictionem. Cum vacante nuper sede Episcopali London. per legitimam deprivationem
et destitutionem Edmundi Bonner ultimi Episcopi ibidem, Decanus et Capitulum dictae cathedralis divi Pauli
London. praedicti (licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) venerabilem confratrem nostrum, dominum
Edmundum Grindall Sacrae Theologiae Baccalaureum in eorum et dictae cathedralis Episcopum et pasto-
rem elegerunt et dictae cathedrali praedictae providerunt de eodem. Quam quidem Electionem et personam
sic electam, servatis de jure et statutis hujus Regni Angliae in hac parte servandis, Nos
Matthaeus Archiepiscopus Cantuariensis antedictus, auctoritate literarum Commissionalium patentium illustrissimae in
Christo Principis et dominae nostrae Elizabeth dei gratia Angliae, Franciae, et Hiberniae Reginae, fidei defensoris
etc. nobis in hac parte directarum, rite et legitime mandavimus et fecimus confirmari, eidemque confirmato
curam, regimen, et administrationem dicti Episcopatus London. commisimus. Necnon consequenter munus
Consecrationis eidem adhibitis de ritu et more Ecclesiae Anglicanae Suffragiis et Insigniis adhibendis,
impendimus, juxta statuta hujus inclyti Regni Angliae in hac parte pie et sancte edita et
sancita, ipsumque confratrem nostrum sic confirmatum et consecratum in realem, actualem et corporalem
possessionem dicti Episcopatus Juriumque et pertinentium suorum universorum inducendi, investiendi et intronizandi

Mandatum Archidiacono Cantuariensi directum ad intronizandum dictum consecratum

fore decrevimus et mandavimus. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus / Quatenus prefatum venerabi-
lem confratrem nostrum seu procuratorem suum literatum (eius nomine) in realem, actualem et corporalem possessionem dic-
ti Archidiaconatus London iuriumque, honorum, dignitatum et pertinentiarum suorum universorum inducas installes et inthronizes
seu sic induci, installari et inthronizari facias cum effectu / Cathedram stallum in eadem ecclesia de Cho-
ro ut moris est) assignes et eum in nomine Dei in imponas prout decet Iuribus et Consuetudinibus nostris Archi-
episcopalibus, et dicte nostre Metropolitice ecclesie Cantuar. necnon dicte ecclesie cathedralis divi Pauli London predict.
dignitate et honore in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi feci-
mus. Datum in manerio nostro de Lamhith xxjo die mensis Decembris Anno domini Millesimo Quingen-
Quinquagesimo Nono Et nostre Consecrationis Anno primo

Acta habita et facta in negocio Confirmationis

Elien

Electionis venerabilis viri magistri Richardi Coxe sacre Theologie professoris in episcopum Elien electi vicesimo die mensis decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono, et Regni felicissimi illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et hibernie Regine, fidei defensoris etc. Anno secundo, in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus london' ecclesie Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate coram venerabilibus viris magistris Nicholao Bullingham et Thoma yale legum doctoribus, et Edwardo Leedes in legibus Licentiato Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione diuina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani mediantibus literis Commissionalibus patentibus eiusdem in hac parte rite fulcitis Commissariis ad infrascripta specialiter deputatis et Constitutis in presentia mei Johannis Incent notarii publici in Actorum scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonii Huse Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris assumpti prout sequitur viz /

Acta confirmationis electionis domini Richardi Coxe electi Elien

Die et loco predictis inter horas nonam et undecimam ante meridiem, presentatis coram Commissariis supranominatis literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eis in hac parte directis, ac per ipsos Commissarios visis, perspectis, et ponderatis, dicti Commissarii ob reverentiam et honorem tanti Reverendissimi patris assumpserunt in se onus dicte Commissionis, et decreuerunt procedendum fore iuxta vim, formam et effectum earundem, et assumpserunt me Johannem Incent notarium publicum antedictum in Actorum scribam etc. Deinde comparuit personaliter magister Thomas Willett et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et Capitulo ecclesie cathedralis Elien et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli presentauit eisdem Commissariis venerabilem virum magistrum Edwardum Gascoygne, ac e regione eorundem Commissariorum sistebat, qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Richardo Coxe Elien electo et fecit se partem pro eodem, et tunc dictus Willett exhibuit Mandatum Citatorium originale una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos citatos preconizari, Ac consequenter facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum etc. ad fores ecclesie parochialis de Archubus predicte et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte obiiciente vel opponente dictus Willett accusauit eorum Contumacias, et petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces, ac eis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius in hac parte opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam precludi. Ad cuius petitionem dicti domini Commissarii pronunciarunt eos contumaces, ac in penam etc. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet precluserunt, Necnon ad petitionem dicti magistri Willett ad ulteriora in dicto Confirmationis negocio procedendum fore decreuerunt, prout in schedula per prefatum magistrum Nicholaum Bullingham de Consensu Collegarum suorum lecta plenius continetur, Qua quidem schedula sic lecta prefatus magister Willett in presentia prefati magistri Edwardi Gascoygne procuratoris dicti electi Elien antedicti dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti, ad cuius petitionem dicti Commissarii admiserunt dictam summariam petitionem et assignarunt dicto Willett ad probandum contenta in eadem ad statim, Deinde Willett in subsidium probationis Contentorum in dicta summaria petitione exhibuit Certificatorium Regie Maiestati directum de et super electione dicti venerabilis viri magistri Richardi Coxe per decanum et Capitulum Elien predictos facta et celebrata, una cum literis patentibus Regiis de Consensu suo regio eidem electioni adhibito ac prefato Reverendissimo patri pro Confirmatione eiusdem electionis directis. Quibus sic factis domini Commissarii ad petitionem dicti Willett assignarunt sibi ad proponendum omnia ad statim. Et tunc Willett exhibuit omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter nec alio modo. Et tunc domini ad petitionem Willett assignarunt sibi ad concludendum ad statim dicto Willett concludente cum eisdem dominis Commissariis secum etiam concludentibus / Qua Conclusione sic facta domini ad petitionem Willett assignarunt ad audiendum sententiam siue finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina preconizatione oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium dicti Commissarii ad petitionem Willett pronunciarunt eos et eorum quemlibet contumaces ac in pena contumaciarum suarum huiusmodi decreuerunt procedendum fore ad prolationem sententie diffinitiue siue decreti finalis in hac causa ferendi ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue Contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per memoratum magistrum Nicholaum Bullingham de Consensu Collegarum suorum lecta dilucidius continetur, —

Hiis itaque in ordine gestis ac prestitis per magistrum Edwardum Gascoyne nomine procuratorio prefati domini electi Eliensis ac instantiam ipsius domini electi Eliensis iuramento corporali iuxta formam descriptam in Statuto parliamenti Anno primo Regni dicte domine nostre Regine Elizabethe edito prefati domini Commissarii susceperunt et promulgarunt Sententiam diffinitivam in scriptis per prefatum magistrum Nicholaum Bullingham de consensu Collegarum suorum lectam, pronunciando, decernendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur. Super quibus tam prefatus magister Edwardus Gascoine, quam dominus Thomas Willet procuratores respective antedicti me notarium eundem tunc sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt, Posteaque autem dicti domini Commissarii ad peticionem tam procuratoris prefati domini electi et confirmati quam procuratoris decani et capituli dicte ecclesie cathedralis Eliensis predicte decreverunt ipsum dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore, Curamque Regimen et Administrationem Spiritualium et Temporalium dicti Episcopatus Eliensis eidem domino electo et confirmato commiserunt, Ac in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Eliensis Juriumque, dignitatum, honorum, preeminenciarum, et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decreverunt per Archidiaconum Cantuariensem vel eius deputatum iuxta dicte ecclesie cathedralis Eliensis morem Legibus et Statutis huius regni Anglie non repugnantem aut adversantem.

Lre patentes de assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri Mattheo Archiepiscopo Cantuariensi totius Anglie primati et Metropolitano salutem. Cum vacante nuper sede episcopali Eliensis per ultimam deprivacionem ultimi episcopi eiusdem ad humilem peticionem decani et capituli ecclesie nostre cathedralis Eliensis predicte eisdem per literas nostras patentes licenciam concesserimus, alium sibi eligendi in episcopum et pastorem sedis predicte, Iidemque decanus et capitulum vigore et obtentu licencie nostre predicte, dilectum nobis in Christo magistrum Richardum Coxe Sacre Theologie professorem sibi et ecclesie predicte elegerunt in episcopum et pastorem, prout per literas suas patentes sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, Quatenus eundem magistrum Richardum Coxe episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Eliensis predicte sicut prefertur electum, electionemque predictam confirmare, et eundem magistrum Richardum Coxe episcopum et pastorem ecclesie predicte consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere, que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam et effectum Statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes, Teste meipsa apud Westmonasterium xviijo die decembris Anno regni nostri secundo.

Tha Cordell

Procuratorium Capituli Elien

Pateat universis per presentes Quod nos decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Eliensis dilectum nobis in Christo magistrum Thomam Willett nostrum verum, certum, legitimum ac indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negotiorumque nostrorum gestorem et nuncium specialem ad infrascripta nominamus, ordinamus, deputamus et constituimus per presentes, damusque et concedimus eidem procuratori nostro potestatem generalem et Mandatum speciale pro nobis ac vice loco, et nomine nostris venerabilem et egregium virum magistrum Richardum Coxe Sacre Theologie professorem in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Eliensis predicte per nos vigore licencie Regie nobis in hac parte facte, sic electum, Temporibus et loco congruis et opportunis adeundum, ipsumque ex parte nostra ad consentiendum electioni de persona sua in hac parte facte et celebrate debita cum instantia petendum et requirendum, Necnon electionem predictam per nos de persona prefati magistri Richardi Coxe (ut prefertur) factam et celebratam illustrissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori etc. dicte ecclesie cathedralis Patrone et fundatrici notificandum et intimandum Ac eius consensum et assensum regios in ea parte humiliter implorandum, Ac decretum electionis predicte et personam per nos (ut premittitur) electam coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo divina providentia Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano eiusve Vicario in Spiritualibus generali sive Commissario quocumque presentandum et exhibendum, dictumque decretum sive processum electionis predicte et personam sic (ut premittitur) electam in debita iuris forma approbari et confirmari, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petendum, requirendum et obtinendum, Agendumque et defendendum ac litem seu lites contestandum, et contestari videndum, Articulum seu Articulos, libellum sive libellos seu quascumque contrarias petitiones dandum et proponendum, Testes, litteras et Instrumenta, ac alia quecumque probationum genera producendum et exhibendum, Testesque huiusmodi iurari videndum et audiendum, In causa sive causis concludendum et concludi videndum, Omniaque Confirmationis negocium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendum, Necnon Administrationem omnium et Singulorum Spiritualium et Temporalium dicti Episcopatus eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem Episcopatus, Iuriumque dignitatum honorum preeminenciarum et pertinenciarum suorum vniversorum inducendum et inthronizandum fore decerni petendum requirendum, et obtinendum. Et generaliter omnia et Singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vel requisita etiamsi Mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittimusque nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dictus procurator noster fecerit in premissis seu aliquo premissorum, sub ypotheca et obligatione omnium et Singulorum Bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum et in ea parte Cautionem exponimus per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Arthuri Cicestrensis (eo quod Sigillum nostrum Commune impresentiarum ad manus non habemus) presentibus apponi fecimus et procuravimus. Et nos Arthurus antedictus ad specialem Rogatum dictorum Constituentium Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus dat. tertio die mensis Augusti Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono

Procuratorium Domini Electi

Pateat vniversis per presentes quod Ego Richardus Coxe Sacre Theologie professor in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Eliensis rite et legitime electus, dilectum mihi in Christo magistrum Edwardum Gascoyne meum verum, certum, legitimum, ac indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negociorumque meorum gestorem et nuncium specialem ad infrascripta nomino, ordino, facio et constituo per presentes, Doque et concedo eidem procuratori meo potestatem generalem, et Mandatum speciale pro me ac vice, loco, et nomine meis coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve vicario in Spiritualibus generali aut Commissario quocumque comparendi, meque a personali Comparitione excusandum, ac causam et causas ibidem meas huiusmodi allegandum et proponendum ac si opus fuerit probandum, fidemque desuper faciendum et iurandum, Electionemque de me et persona mea in ea parte factam et celebratam, auctoritate dicti Reverendissimi in Christo patris approbari et confirmari, meque in episcopum Eliensem predictum recipi et admitti, atque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem Episcopatus, Iuriumque et pertinenciarum suorum vniversorum induci et inthronizari petendum et requirendum, decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et promulgari petendum et obtinendum, Iuramentum insuper tam de fidelitate, Subiectione, et obedientia illustrissime domine nostre Regine Elizabethe, eiusque heredibus et Successoribus prestandum et exhibendum, Necnon de renunciando, recusando et refutando omnem et omnimodam potestatem, auctoritatem, et Superioritatem forinsecas iuxta et secundum vim, formam et effectum Statuti parliamenti huius incliti Regni Anglie in ea parte editi et promulgati, quam etiam quodcumque aliud Sacramentum licitum et honestum ac de Iure legibus et Statutis huius Regni Anglie in ea parte requisitum in animam meam et pro me prestandum, subeundum, et iurandum, Et generaliter omnia et Singula alia faciendum, exercendum, et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna, etiamsi Mandatum de se magis exigant Speciale quam Superius est expressum. Promittoque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et Singulorum Bonorum meorum tam presentium quam futurorum, et in ea parte Cautionem ~~[illegible]~~ expono per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Arthuri Cicestrensis presentibus apponi procuravi. Et nos Arthurus antedictus ad Specialem Rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. dat. xijo die mensis decembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono.

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, vniversis et Singulis Rectoribus, vicariis, Capellanis Curatis, et non Curatis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuariensem vbilibet constitutis Salutem, gratiam et benedictionem. Cum vacante nuper episcopatu Eliensi per amotionem et deprivationem Thome Thurlbie legum doctoris vltimi et immediati episcopi eiusdem, decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Eliensis pro electione novi et futuri episcopi et pastoris eiusdem ecclesie (licencia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum Terminum prefixerint et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negocio, Termino ad id statuto et assignato rite procedentes venerabilem virum magistrum Richardum Coxe sacre Theologie professorem in eorum et dicte ecclesie cathedralis Eliensis predicte episcopum elegerint. Cumque Serenissima in Christo princeps et domina nostra, domina Elizabetha dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina fidei defensor etc. ad humilem petitionem dictorum decani et Capituli, eidem electioni de persona prefati electi (ut premittitur) facte et celebrate et persone electe, Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per litteras suas patentes, magno Sigillo suo Anglie sigillatas, nobis significaverit, Mandando quatenus

personam electam, et electionem huiusmodi confirmare, et eundem Richardum in episcopum Elien consecrare
iuxta formam Statuti in ea parte edit' et provis' velimus cum omni celeritate accommoda, prout
per easdem literas patentes regias (ad quas habetur relatio) plenius liquet et apparet, Nos vero
volentes, eiusdem Serenissime domine nostre Regine mandatis pro officii nostri debito parere, ac in huiusmodi
Confirmationis negotio, iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere, Omnes
et singulos (si qui essent) qui contra dictam electionem, seu formam eiusdem, personamve electam, dicere,
vel opponere voluerint, ad diem, locum, et effect' subscript' evocand' et citand' fore decrevimus Jus=
ticia id postulante, Vobis igitur coniunctim et divisim committimus, et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis
seu citari faciatis peremptorie presencium altaque et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie
de Archubus London, nostre et dicte nostre ecclesie Christi Cantuarien Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem
presentium in aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem predictam, vel in aliis locis publicis ubi vi=
debitur expediens, omnes et singulos oppositores, (si qui sint) in specie, alioquin in genere, qui
contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam, dicere, obiicere, excipere, vel
opponere voluerint, quod compareant coram nobis, aut Vicario nostro in Spiritualibus generali sive Com=
missario nostro in hac parte speciali quocunque, in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus predict' –
die Mercurii prox' futur' viz xxo die presentis mensis Decembris, inter horas octavam et nonam –
ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequen' et locorum
si oporteat, contra huiusmodi electionem, formam eiusdem, et personam in hac parte electam (si sua pu=
taverint interesse) dictur' excepturi et proposituri, facturique ulterius et recepturi quod Justicia
in hac parte suadebit et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt, Inti=
mantes insuper modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie,
alioquin in genere, quibus etiam nos harum serie sic intimamus, quod sive ipsi sic citati –
dictis die hor' et loco coram nobis, aut nostro Vicario in Spiritualibus generali sive Commissar'
antedict' comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte –
electam dicere, obiicere, excipere, vel opponere curaverint sive non, Nos nihilominus in dicto
negotio iuxta Juris et Statutorum in hac parte editorum exigentiam procedemus, seu sic pro=
cedet noster in Spiritualibus Vicarius generalis, sive Commissar' huiusmodi, ipsorum sic citatorum, et –
non comparen' absentia sive contumacia in aliquo non obstan'. Et quid in premissis feceritis,
nos aut Vicarium nostrum sive Commissar' huiusmodi dictis die hor' et loco debite certificetis seu –
sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum ceperit exequend' prout decet, In cuius
rei Testimonium Sigillum quo in similibus ad presens utimur presentibus apponi fecimus, Dat' –
xvijo die mensis Decembris Ao dni Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, et nostre –
Consecr' Anno primo.

Vicesimo die mensis Decembris Ao dni millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo Nono
in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London coram magistris Nicholao Bulling=
ham, Thoma Yale et Edwardo Leedes Commissariis etc in presentia mei Johannis Incent notarii
publici etc comparuit personaliter Robertus Haynes Mandatarius etc et certificavit se executum
fuisse presens mandatum in ecclesia de Archubus predict' xvijo die presentis mensis Decembris
iuxta formam retroscript' Super quibus fecit fidem.

Prima Schedula
contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Nicholaus Bullingham Legum Doctor, Reverendissimi in –
Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuar' Archiepiscopi totius Anglie Pri=
matis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime
deputatus et constitutus, In negotio Confirmationis electionis de persona Venerabilis et egregii –
viri magistri Richardi Cox sacre Theologie professoris in episcopum Elien electi facte et cele=
brate rite et legitime procedentes, Omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionem, –
formam eiusdem, aut personam electam, dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparend'
coram nobis istis die, hor' et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam
eiusdem, aut personam electam in debita Juris forma dictur' excepturi et proposituri legitime et
peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo
comparentes, ad peticionem procuratoris Decani et Capituli ecclesie cathedralis Elien pronunciamus con=
tumaces ac ipsis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius –
opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam sic electam huiusmodi pre=
cludimus in hiis scriptis, ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis nego=
cio procedendum fore, iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie Exigentiam, ipsorum –
sic citatorum et non comparen' absentia sive Contumacia in aliquo non obstan'.

Summaria petitio

In dei noie amen Coram vobis Reverendissimo in xpo pre et dno, dno Mattheo permissione divina Cantuar Archiepo totius Anglie primate et Metropolitano, vestrove vicario in spiritualibus generali aut Commissario quocumque, procurator venerabilium virorum decani et Capituli ecclie cathis Elien dicit, allegat, et in hijs scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summarie petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur. /

Inprimis viz quod sedes epalis Elien per deprivacionem et amotionem Thome Thirlebie legum doctoris ultimi epi Elien nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio caruit, hocque fuit et est verum, publicum, notorium, et manifestum, pariter et famosum Et ponit coniunctim divisim et de quolibet. /

Item quod dicta sede epali Elien (ut premittitur) dudum vacante, decanus et Capitulum ecclie cathis predce capitulariter congregat. et Capitulum facientes (licentia regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclie cathis predce ad electionem futuri epi Elien celebrand. unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclie Canonicos, et prebendarios tunc vocem, aut interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes, ad diem et locum predict. in huiusmodi electionis negotio processur. et procedi visur. ltime et peremptorie citari fecerunt hocque fuit et est verum etc. et ponit ut supra. /

Item quod prefatus decanus et Capitulum die et loco prefixis viz xxviijo die mensis Julij ultimi preterit, capitulariter congregat. et plenum Capitulum facientes, servatis primitus per eos de iure et ecclie Consuetudine servandis. habito primitus inter eos tractatu diligenti de psona idonea in epum et pastorem ecclie cathis predce eligend., tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum magrum Richardum Coxe sacre Theologie professorem in eorum et dce ecclie cath epum et pastorem elegerunt et ecclie memorate de eodem providerunt, Et ponit ut supra. /

Item quod electio huiusmodi et psona electa, die prenotat., in ecclia cathi Elien predict. coram clero et populo tunc ibm in multitudine copiosa congregat. debite publicate et declarate fuerunt, Et ponit ut supra. /

Item quod dictus venerabilis vir magr Richardus Coxe in epum et pastorem ecclie cath Elien (ut prefertur) electus, huiusmodi electioni de se et psona sua (ut premittitur) facte et celebrate, ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli debitis loco et Tempore consentijt, ac Consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra. /

Item quod prefatus magr Richardus Coxe fuit et est vir providus et discretus, sacrarum literarum eminentia scientia, vita et moribus merito commendatus, liber, et de ltimo matrimonio procreatus, atque in etate ltima et ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et ecclie memorate apprime necessarius. hocque et est etc. Et ponit ut supra. /

Item quod prefati decanus et Capitulum huiusmodi electionem et psonam electam, serenissime dne nre Regine Elizabeth etc. per lras suas patentes sigillo eorum coi roboratas pro officij sui debito, iuxta Statutum huius Regni Anglie significarunt et intimarunt, hocque fuit etc. Et ponit ut supra. /

Item quod pntato pro parte decani et Capituli antedict. eidem Regie Sublimitati, processu electionis huiusmodi, eadem serenissima dna nra Regina, pro sua Clementia regia, huiusmodi electioni de psona prefati magri Richardi Coxe (ut premittitur) facte et celebrate, Consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam, et gratam habuit et habet, hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra. /

Item quod dicta serenissima dna nra Regina vobis prefat. Reverendissimo pri de assensu et consensu suis regijs, eidem electioni (ut premittitur) adhibitis, per lras suas patentes, vobis inscriptas et directas, non solum significavit et intimavit, verumetiam earundem lrarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, Quatenus vos electionem predictam, et eundem electum confirmare, ipsumque spiritualibus insignijs insignire et decorare, Ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali, iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi et lrarum patentium huiusmodi, velitis cum favore, hocque fuit, etc. Et ponit ut supra. /

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt, et in presenti laborant publica vox et fama, unde facta fide de iure in hac parte requisita. Ad quam faciendam offert se pars dictorum Decani et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari, iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, Curamque et Regimen, et Administrationem Episcopatus Elien eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Elien, Iuriumque Honorum, Dignitatum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni, Ceteraque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis. Supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes, siqui forsan in dicto electionis negotio intervenerint. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur Sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in premissis Iuris Beneficio, et dicte domine nostre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis, vestrum officium domine Iudex [illegible] humiliter implorando.

Certificatorium Electionis

Excellentissime et Illustrissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine, fidei defensori etc. Vestri humiles subditi et fideles Oratores Andreas Perne Sacre Theologie professor ac Decanus ecclesie cathedralis sancte et individue Trinitatis Civitatis vestre Elien et eiusdem ecclesie Canonici prebendarii omnes et singuli Capitulum in hac parte facientes quicquid possunt cum devotis orationum suffragiis obsequii et honoris Celsitudini vestre Regie subiectissimum per presentes. Ac vacante nuper Ecclesia cathedrali Elien predicta per ultimam remotionem Thome Thurlbie ultimi et immediati episcopi ibidem, Nos Decanus et Capitulum predicti ne ecclesia cathedralis predicta, totusque grex eiusdem diutius episcopi et pastoris solatio diutius destituatur de licentia vestra Regia speciali nobis in hac parte concessa quam vicesimo secundo die mensis Iulij iam instantis Reverentia et honore debitis recepimus ad novi et futuri episcopi et pastoris debitam electionem, vocatis de iure vocandis, Spiritus sancti gratia primitus invocata, iuxta iuris exigentiam processimus, Ac tandem nos in domo Capitulari dicte ecclesie cathedralis Elien, die communi nostro assensu et consensu ad hoc prefixo et assignato videlicet xxviijo die mensis Iulij Anno domini 1559 iam instantis ad effectum suprascriptum Capitulariter congregati et existentes, nullo nostrum contradicente seu reclamante, Venerabilem virum magistrum Richardum Coxe Sacre Theologie professorem, virum cum virtutibus et doctrine genere decoratum et insignitum et Regno vestro inclitissimo fidelem, in nostrum et dicte vestre cathedralis ecclesie Elien episcopum et pastorem per viam Compromissi unanimiter elegimus. Quocirca Celsitudini vestre humillime supplicamus, Quatenus huiusmodi electionem nostram gratiose approbare, eidemque electioni nostre vestrum Assensum, pariter et Consensum Regium impartiri, Ceteraque facere et expedire que in hac parte de iure et Consuetudine huius inclyti Regni vestri requiruntur fieri consueverunt ac necessaria existunt dignetur vestra Regia Maiestas cum favore. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum commune presentibus apposuimus. Datum xxviijo die mensis Iulij Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono.

Instrumentum super Consensum electi

In dei nomine amen presentis publici Instrumenti serie Cunctis evidenter appareat et sit notum, quod Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono, Mensis vero Decembris die decimo in quodam alto deambulatorio infra edes domini episcopi Elien in vico nuncupato Holborne in suburbiis Civitatis London notorie sito et situato in mei notarii publici subscripti ac Testium inferius nominatorum presentia Constitutus personaliter providus et circumspectus vir magister Edwardus Gascoyne in legibus Baccalaureus procurator (ut asseruit) venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie cathedralis Elien de cuius procurationis mandato mihi eidem Notario publico satis abunde constare fecit, nomine procuratorio eorundem decani et Capituli realiter exhibuit et presentavit venerabili et eximio viro magistro Richardo Coxe Sacre Theologie professori tunc et ibidem personaliter presenti processum electionis de ipso et eius persona in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Elien predicte facte et celebrate in et sub scriptis originalibus eiusdem, eundemque magistrum Richardum Coxe instanter et instantissime rogavit et requisivit, Quatinus eidem electioni de ipso et sua persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire dignaretur. Qui quidem magister Richardus Coxe sic requisitus et interpellatus, electioni predicte coram me per prefatum magistrum Edwardum Gascoyne publice perlecte, consentiebat ac Consensum et Assensum suos eidem prebuit, in Scriptis per eum lectis Tenorem qui sequitur de verbo in verbum in se complectentibus. In dei nomine amen. Ego Richardus Coxe Sacre Theologie professor in ordine Sacerdotali atque in etate legitima constitutus, ac in et de legitimo matrimonio procreatus in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Elien rite et legitime nominatus et electus, ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem ecclesie cathedralis instanter rogatus et requisitus, dei Omnipotentis Clementia fretus, Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis, Patris, filii et apud Lambeth consentio, eidemque Consensui et Assensui meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam ipse electus quam memoratus magister Edwardus Gascoyne procurator antedictus, me eundem notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes infrascriptos inde testimonium perhibere instanter rogarunt et requisiverunt. Acta fuerunt hec omnia et singula prout suprascribuntur et recitantur, sub anno Domini, mense, die, et loco predictis, presentibus tunc et ibidem Henrico Monne et Georgio Raynes generosis, testibus ad premissa videnda, audienda, et testificanda vocatis et specialiter requisitis.

Et ego Johannes Incent Cantuarien. Dioc. publicus sacra et suprema auctoritate regia Notarius, quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno Domini mense, die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi, scivi, et audivi, atque in notam sumpsi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, et publicavi, atque in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque nomine, cognomine, et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

Secunda schedula contra oppositores

In dei nomine Amen. Nos Nicholaus Bullingham legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter deputatus et constitutus In negotio confirmationis electionis de persona venerabilis et eximii viri magistri Richardi Coxe Sacre Theologie professoris in episcopum Elien. electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionem formam eiusdem, personamve in hac parte electam, dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam in debita iuris forma dicturos, excepturos et proposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli dicte ecclesie Elien. pronunciamus Contumaces et in penam Contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie sive decreti finalis in huiusmodi causa ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium Contumacia in aliquo non obstante.

Iuramentum electi.

I Richard Coxe elect Busshop of Elye do utterlie testefie and declare in my Conscience, that the Quenys highnes ys the onlie supreame Governour of thys Realme and of all other her highnes domynions and Contreys, as well in all spirituall or ecclesiasticall thinges or causes, as temporall, and that no forreine prince, person, prelate, state, or potentate hath or ought to have any iurisdiction, power, superioritie, preeminence or auctoritie ecclesiasticall or spirituall within thys Realme. And therfore I do utterlie renounce and forsake all forreine iurisdictions, powers, superiorities, and auctorities, and do promise that from hensforth I shall beare faith and true allegeaunce to the Quenys highnes her heires and lawfull successours, and to my power shall assist and defend all iurisdictions, privileges, preeminences, and auctorities, graunted or belonginge to the Quenys highnes her heires and successors or united and annexed to the imperiall Crowne of thys Realme. So helpe me god and by the Contents of thys Booke.

Sententia diffinitiva

In dei nomine Amen. Auditis, visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Nicholaum Bullingham legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter deputatum et constitutum meritis et circumstanciis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis electionis de persona venerabilis et eximii viri magistri Richardi Coxe Sacre Theologie professoris in episcopum et pastorem dicte ecclesie Elien. per deprivationem et amotionem Thome Thurlbie legum doctoris ultimi episcopi ibidem vacantem, electi, facte et celebrate, quod coram nobis aliquamdiu vertebatur et in presenti vertitur et pendet indecisum, rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de iure et statutis huius Regni Anglie servandis ad nostri decreti finalis sive sententie diffinitive Confirmationis in huiusmodi causa ferendi prolationem sic duximus procedendum, et procedimus in hunc qui sequitur modum, Quia per Acta, exhibita, producta, et probata, coram nobis in huiusmodi Confirmationis negocio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per decanum et Capitulum dicte ecclesie cathedralis Eliensis de prefato venerabili viro magistro Richardo Coxe electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, acque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse seu obviare, quo minus in episcopum Eliensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari. Ideirco nos Nicholaus Bullingham Commissarius antedictus, attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus Electus fidedigno commendatur Testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris proponentes, de et cum Consensu Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus predictam electionem de eodem venerabili viro magistro Richardo Coxe (ut premittitur) factam et celebratam, auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus, defectus quoscumque in hoc electionis negocio intervenientes (si qui fuerint) quatenus in nobis est, et de iure possumus supplentes, et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, Quam sive quod ad petitionem Partium ita petentium ferimus et promulgamus in hiis scriptis. /

Consecratio domini Ricardi Coxe electi et confirmati Eliensis

Vicesimo primo die mensis decembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono in Capella Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis, et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith, eadem Capella eo modo ornata, ut in Actis Consecrationis dicti Reverendissimi patris describitur, precibus matutinis finitis, habitaque Concione per magistrum Alexandrum Nowell Capellanum dicti Reverendissimi patris accipientem in Thema Attendite vobis et universo gregi &c. dictus Reverendissimus pater Capa indutus ad Sacram Communionem peragendam processit, Cui ministrabant, operamque suam prebebant magistri Nicholaus Bullingham Lincolniensis, et Edmundus Gest Cantuariensis respective Archidiaconi similiter Capis induti, Evangelio finito prefatus Reverendissimus pater, assistentibus ei in hac parte Reverendis patribus Willelmo Barlowe Cicestrensi, Iohanne Scory Herefordensi respective episcopis, necnon Iohanne Hodgeskin Bedfordensi Suffraganeo, Superpelliceis amictis, virtute et auctoritate literarum Regiarum patentium eidem Reverendissimo patri inscriptarum, Munus Consecrationis Reverendo patri domino Richardo Coxe Sacre Theologie Professori in episcopum et pastorem dicte ecclesie Eliensis electo et confirmato (Ceremoniis et Ritibus in Actis Consecrationis dicti Reverendissimi patris expressis) adhibitis impendebat, eumque Episcopalibus insigniis decoravit, presentibus tunc et ibidem egregiis viris magistris Anthonio Huse armigero, dicti Reverendissimi patris Registrario principali, Thoma Argall etiam armigero, Curie prerogative Cantuariensis Registrario, Thoma Doile, Iohanne Marche et Iohanne Baker Generosis cum multis aliis. /

Hereforden

Acta habita et facta in Negocio Confirmacionis

Electionis venerabilis viri magistri Johannis Scory in Episcopum Herefordensem electi, vicesimo die mensis Decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono, et Regni felicissimi Illustrissime in Christo Principis et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regine, fidei defensoris etc. anno secundo in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London, ecclesie Christi Cantuariensis iurisdictionis immediate coram venerabilibus viris magistris Nicholao Bullingham et Thoma Yale legum doctoribus, et Edwardo Leedes in legibus licentiato, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cant. Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani mediantibus suis Commissionalibus patentibus literis in hac parte sufficienter fulcitis Commissariis ad infrascripta specialiter deputatis et constitutis, in presentia mei Johannis Incent notarii publici in Actorum Scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonii Huse Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris assumpti, prout sequitur, viz.

Acta confirmationis electionis domini Johannis Scory Episcopi Herefordensis

Die et loco predictis inter horas nonam et decimam ante meridiem predictis coram Commissariis supranominatis suis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris sibi in hac parte directis, ac per ipsos Commissarios visis, perspectis et ponderatis, dicti Commissarii ob reverentiam et honorem tanti Reverendissimi patris assumpserunt in se onus dicte Commissionis, et decreverunt procedendum fore iuxta vim, formam et effectum earundem, et assumpserunt me Johannem Incent notarium publicum antedictum in Actorum Scribam etc. Deinde comparuit personaliter magister Willelmus Saye et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie cathedralis Herefordensis, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eisdem Commissariis venerabilem virum magistrum Walterum Jones in legibus Bacchalaureum, ac e regione eorundem Commissariorum sistebat, qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Johanne Scory Herefordensi electo, et fecit se partem pro eodem. Et tunc dictus magister Saye exhibuit Mandatum Citatorium originale una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos citatos preconizari, et consequenter factis trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum etc. ad fores ecclesie parochialis de Arcubus predict. et nullo eorum comparente, qui aliquid in hac parte obiicere vel opponere, dictus magister Willelmus Saye accusavit eorum contumacias, et petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces, ac eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius in hac parte opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam precludi. Ad cuius petitionem dicti domini Commissarii pronunciarunt eos contumaces, et in penam etc. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet precluserunt. Necnon ad petitionem magistri Saye ad ulteriora in dicto Confirmationis negocio procedendum fore decreverunt, prout in Schedula per prefatum magistrum Nicholaum Bullingham de consensu Collegarum suorum lecta, plenius continetur. Qua quidem Schedula sic lecta prefatus magister Willelmus Saye in presentia prefati magistri Walteri Jones procuratoris dicti electi Herefordensis antedicti dedit Summariam petitionem in scriptis, quam petiit admitti. Ad cuius petitionem dicti Commissarii admiserunt dictam Summariam petitionem, et assignarunt dicto magistro Saye ad probandum contenta in eadem ad statim. Deinde Saye in subsidium probationis contentorum in dicta Summaria petitione exhibuit Certificatorium Regie Maiestati directum de et super Electione dicti venerabilis viri magistri Johannis Scory per Decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Herefordensis predict. facta et celebrata, unacum literis patentibus Regiis de consensu suo Regio eidem Electioni adhibit. ac prefato Reverendissimo patri pro Confirmacione eiusdem Electionis direct. Quibus sic factis dicti Commissarii ad petitionem dicti magistri Saye assignarunt sibi ad proponendum omnia ad statim. Et tunc Saye exhibuit omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita et producta quatenus sibi conducunt, et non aliter nec alio modo. Et dicti Commissarii ad petitionem Saye assignarunt sibi ad concludendum ad statim, dicto Saye concludente cum eisdem dominis Commissariis secum etiam concludentibus; Qua conclusione sic facta domini ad petitionem Saye assignarunt ad audiendum sententiam sive finale decretum ad statim. Consequenter vero factis alia trina preconizatione oppositorum sic ut premittitur citatorum, et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium dicti Commissarii ad petitionem Saye pronunciarunt eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi decreverunt procedendum fore ad prolacionem sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa, absentia ipsorum sic citatorum et non comparentium ac eorum contumacia in aliquo non obstante, prout in Schedula per memoratum magistrum Nicholaum Bullingham de consensu Collegarum suorum lecta plenius continetur. Quibus itaque in ordine gestis ac prestito per magistrum Walterum Jones nomine procuratorio prefati domini electi Herefordensis ac in animam ipsius domini electi Juramento corporali iuxta formam descriptam in Statuto Parliamenti Anno primo Regni dicte domine nostre Regine Elizabeth edit. prefati domini Commissarii tulerunt et pro=

mulgarunt Sententiam Diffinitivam in Scriptis per prefatum magistrum Nicholaum Bullingham de
Consensu Collegarum suorum lectis, promulgando, decernendo, Ceteraque faciendo prout
in eadem continetur. Super quibus tam prefatus magister Walterus Jones quam dictus Willelmus
Saye procuratores respective antedicti, nec non eundem Johannem Incent sibi vnum vel plura publicum
seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac Testes inferius nominatos Testimonium
inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt. Postremo autem dicti domini Com=
missarij ad peticionem tam procuris prefati domini electi et confirmati Quam procuris Decani
et Capituli dicte Herefordensis predict. decreverunt ipsum dominum electum et confirmatum con=
secrandum et benedicendum fore, Curamque Regimen et Administrationem Spiritualium et Tem=
poralium dicti Episcopatus Herefordensis eidem dicto electo et confirmato commiserunt, ac in realem,
actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Herefordensis, Juriumque dignitatum, honorum,
preeminentiarum et pertinentiarum suorum vniversorum inducendum et intronizandum fore etiam decre=
verunt per Archidiaconum Cantuar. vel eius deputatum iuxta dicte cathedralis Herefordensis mo=
rem, Legibus et Statutis huius Regni Anglie non repugnantem aut adversantem. / + / + /

Lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reveren=
dissimo in Christo patri domino Matthaeo Archiepiscopo Cantuar. totius Anglie Primati et Metropo=
litano salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Herefordensi per mortem Johannis Parfewe
ultimi episcopi eiusdem ad humilem peticionem Decani et Capituli ecclesie nostre cathedralis Herefordensis pre=
dicte per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in episcopum et pastorem
sedis predicte, iidemque Decanus et Capitulum vigore et obtentu licencie nostre predicte dilectum
nobis in Christo magistrum Johannem Scory Sacre Theologie professorem ac nuper episcopum Cicestren
sibi et ecclesie Herefordensi predicte elegerunt in episcopum et pastorem, prout per literas suas patentes
Sigillo eorum Communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos electionem
illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et
hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemi=
ni firmiter precipiendo mandantes, Quatenus eundem magistrum Johannem Scory in episcopum
et pastorem dicte cathedralis Herefordensis predicte sic (ut prefertur) electum, electionemque predictam
confirmare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt
Officio pastorali, iuxta formam et effectum Statutorum in ea parte editorum et provisorum
velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste
meipsa apud Westm. Octavo die Decembris Anno r. n. Secundo. / + / Ha / Cordell

Procuratorium Capituli Herefordensis

Pateat vniversis per presentes, Quod nos Decanus et Capitulum dicte cathedralis Herefordensis dilectum
nobis in Christo magistrum Willelmum Saye notarium publicum nostrum verum, certum, legitimum ac indubitatum
procuratorem, actorem factorem, negotiorumque nostrorum gestorem, et nuncium specialem ad infrascripta
nominamus ordinamus facimus, et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eidem procuratori
nostro, potestatem generalem, et mandatum speciale pro nobis et vice loco, et nomine nostris, venerabilem
et egregium virum magistrum Johannem Scory in episcopum Herefordensem predict per nos vigore licentie
Regie nobis in hac parte facte, electum, Temporibus et loco congruis et oportunis ade=
undi, ipsumque ex parte nostra ad consentiendum Electioni de persona sua in hac parte facte et ce=
lebrate, debita cum instantia petendi et requirendi Necnon electionem predictam per nos de per=
sona prefati magistri Johannis Scory (ut prefertur) factam et celebratam illustrissime in Christo principi et
domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori etc. dic=
te cathedralis patrone et fundatrici notificandi et intimandi Ac eius Consensum et Assensum
Regios in ea parte humiliter implorandi Ac decretum Electionis predicte et personam per nos (ut
premittitur) electam coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Matthaeo permissione
divina Cantuar. Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusve vicario in
spiritualibus generali sive Commissar. quorumque presentand et exhibend, decretumque sive
processum Electionis predicte et personam sic (ut premittitur) electam in debita Juris forma
approbari et confirmari, defectusque siqui forsan in ea parte intervenerint debite
suppleri petend, requirend, et obtinend, Agendique et defendend ac litem seu lites con=
testand, et contestari videnda Articulum seu articulos, libellum sive libellos seu quascumque
summarias petitiones dand et proponend Testes literas, et Instrumenta, ac alia quo=
rumque probationum genera producend et exhibend/ Testesque huiusmodi iurari videnda et
audiend, In causa seu causis concludend, et concludi videnda, Dictumque Confirmationis
negotium vsque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequend/ Necnon admi=
nistrationem omnium et singulorum spiritualium et temporalium dicti episcopatus eidem electo
committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem episcopatus
Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum vniversorum inducend et
intronizand fore decerni petend, requirend, et obtinend/ Et generaliter omnia et singula

alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittimusque nos ratum, gratum et firmum perpetuo habituros, totum et quicquid dictus procurator noster fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archiui Gulsteed (eo quod sigillum nostrum commune ad manus impresentiarum non habemus) presentibus apponi procuravimus. Et nos Archiuus antedictus ad specialem rogatum dictorum constituentium sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Dat. quarto die mensis Augusti Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo nono. / — /

Constitutio procuratoris dicti electi ad petendum electionem confirmari

Decimo nono die mensis Decembris Anno domini 1559 in Edibus magistri Anthonij Huse armigeri in Occidentali Angulo vici nuncupati Pater noster Rowe infra parochiam sancti Martini prope Ludgate Civitatis et dioc. London notorie sit. et situat. in presentia mei Johannis Incent Notarij publici Constitutus personaliter venerabilis vir magister Johannes Scory electus Herforden constituit magistrum Walterum Jones in legibus Baccalaureum suum procuratorem ad comparendum vice et nomine suis coram Reverendissimo domino Archiepiscopo Cantuarien. vel eius Commissario &c. et ad petendum electionem de ipso et eius persona in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Herforden per decanum et capitulum eiusdem ecclesie factam et celebratam approbari et confirmari, ac se in episcopum Herforden predicte ecclesie, et admitti, ac in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus Juriumque et pertinentium suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni similiter petendum et obtinendum, necnon iuramentum quodcunque licitum et honestum, ac de iure, legibus et statutis huius inclyti Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam ipsius constituentis prestandum et iurandum. Ceteraque omnia et singula alia faciendum &c. que in et circa dicte confirmationis negotium necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et que ipsemet dictus constituens facere posset vel deberet si presens personaliter adesset. Et promisit de rato &c. Presentibus tunc et ibidem venerabili viro magistro Thoma Yonge electo Menevensi, Johanne Thomas et Marcellino Outred literatis testibus &c. Super quibus requisiuit &c. / — / — / — / — / — / — /

Citatio contra oppositores.

Matthaeus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuarien. ubilibet constitutis, Salutem, gratiam et benedictionem. Cum vacante nuper sede episcopali Herforden per mortem naturalem Reverendi in Christo patris domini Roberti Parfey ultimi et immediati episcopi eiusdem, decanus et capitulum ecclesie cathedralis Herforden pro electione novi et futuri episcopi, et pastoris eiusdem ecclesie licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negotio, termino ad id statuto et assignato rite procedentes venerabilem virum magistrum Johannem Scory, sacre Theologie professorem, in eorum et dicte ecclesie cathedralis Herforden episcopum elegerint. Cuique electioni Serenissima domina nostra Regina ad humilem petitionem dictorum decani et capituli, eidem electioni de persona prefati electi (ut premittitur) facte et celebrate, et persone electe regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes, magno sigillo suo Anglie sigillatas nobis significaverit, Mandando quatenus personam electam et electionem huiusmodi confirmare, et eundem Johannem in episcopum Herforden consecrare, iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi, vellimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes regias (ad quas habetur relatio) plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eidem Serenissime domine nostre Regine mandatis pro officij nostri debito parere, atque in huiusmodi Confirmationis negotio, iuxta iuris et statutorum huius inclyti Regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos (si qui essent) qui contra dictam electionem, seu formam eiusdem, personamve electam dicere vel opponere voluerint, ad diem, locum, et effectum subscriptos evocandos et citandos fore decrevimus, iustitia id postulante. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce, infra ecclesiam parochialem beate Marie de Arcubus London ecclesie nostre Cantuarien iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco conveniente infra ecclesiam parochialem predict. vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam, dicere, obiicere, excipere vel opponere voluerint, quod compareant coram nobis, aut nostro in hac parte Commissario sive surrogato quocunque in eadem ecclesia de Arcubus, die mercurij proxime futuro, viz. vicesimo die presentis mensis decembris inter horas octauam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) contra Electionem huiusmodi, formam eiusdem, et personam in hac parte electam (si sua putauerint interesse), dictur. excepturi et proposituri facturique vlterius et recepturi quod Justicia in hac parte suadebit, et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes insuper modo et forma predictis omnibus et singulis oppositor. (hiis qui sunt in specie, alioquin in genere) quibus nos etiam harum serie sic intimamus, Quod siue ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis siue Commissario nostro speciali aut surrogato antedicto comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem, personamque in hac parte electam, obijcere, excipere, et opponere curauerint siue non, Nos nihilominus in dicto negotio iuxta Juris et Statuti in ea parte editorum exigentiam procedemus et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non Comparen. absen. siue Contumac. in aliquo non obstan. Et quid in premissis feceritis, nos, siue Commissarium nostrum antedict. dictis die hora et loco debite certificetis, seu sic certificet ille vestrum, qui presens nostrum Mandatum fuerit executus prout decet, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum in similibus ad presens vtimur presentibus apponi fecimus. Dat. xviijo die mensis decembris Ao Dni Millimo, Quingenmo, Quinquagesimo, Nono. Et nostre Cons. Anno primo.

Vicesimo die mensis decembris 1559 coram venerabilibus viris magistris Nicholao Bullingham Thoma Yale legum doctoribus et Edwardo Leade in legibus licentiato Reverendissimi domini Cant. suprascripti Commissarijs, in ecclesia beate Marie de Archubus London. ad suprascripta iudicialiter sedend. comparuit personaliter Robertus Haynes literatus et certificauit se executum fuisse hoc Mandatum per affixionem presentium in valuis occidentalibus ecclesie predicte tam hesterna die quam isto die mane affixe et ibidem aliquamdiu dimisse iuxta vim, formam, et effectum eiusdem, super quibus fecit fidem.

Prima Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Nicholaus Bullingham legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione diuina Cantuar. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et diuisim specialiter deputatus et constitutus, In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Johannis Scory sacre Theologie professoris in Episcopum Herefordensem electi facte et celebrate rite procedens, omnes et singulos oppositores qui contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die, hora et loco (si sua putauerint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam in debita Juris forma, dictur. excepturi et proposituri rite et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris decani et Capituli dicte ecclesie cathedralis Herefordensis pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet, in pena Contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi, contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam sic electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis. Ac etiam decernimus ad vlteriora in dicto negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius incliti Regni Anglie exigentiam; ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue Contumacia in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine Amen Coram vobis venerabilibus viris magistris Nicholao Bullingham et Thoma Yale legum doctoribus et Edwardo Leedes in legibus licentiato cum hac clausula coniunctim et diuisim ad infrascripta per Reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Mattheum permissione diuina Cantuar. Archiepiscopum, totius Anglie Primatem et Metropolitanum Commissarijs rite et legitime deputatis, vestrumue duobus siue vno, pars venerabilium virorum decani siue presidentis et Capituli ecclesie cathedralis Herefordensis, dicit, allegat, et in hiis scriptis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

1 Imprimis viz. quod sedes Episcopalis Herefordensis predicta per obitum bone memorie domini Roberti Parfeye vltimi Episcopi ibidem, nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacauit, pastorisque solatio destituta fuit, Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum, pariter et famosum, Ac ponit coniunctim diuisim et de quolibet.

Item qd dca Sedes epali Herefordeñ fuit (ut premittitur) dudum vacans, ac Corpore prefati dni Roberti Parfoye alias Warton tradito Sepulture Decanus sive Presidens Capitulum dce ecclie cathis Herefordeñ Capitulariter congregati, et Capitulum facientes licentia Regia primitus ad id petita et obtenta certum diem et domum suam Capitularem Heref ad electionem futuri epi Heref celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt, atque omnes et singulos eiusdem ecclie Canonicos Prebendarios, Jus vocis aut interesse in eadem electione habentes aut habere pretendentes ad diem et locum predict in huioi electionis negotio processur et procedend visur legitime et peremptorie citari fecerunt, Hocque fuit et est verum &c. et ponit ut supra.

Item Qd prefati Presidens et Capitulum die et loco prelimitatis viz decimo quinto die mensis Julij iam ultimo preterit capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes Servatis primitus per eos de iure et dce ecclie consuetudine servandis, unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente ad electionem futuri epi pdce ecclie cathis memorate per viam seu formam Compromissi procedendum fore decreverunt, illamque viam seu formam unanimiter assumpserunt et elegerunt necnon in venerabiles viros magistros Willelmum Wilbron, Richardum Smith, et Thomam Kerys eiusdem ecclie Canonicos Prebendarios sub certis in processu eiusdem electionis expressatis legibus et Conditionibus compromiserunt promittentes se illum acceptur in eorum et dce ecclie cathis epum, quem ipsi Compromissarij in ea parte duxerint eligend et providend et ponit ut supra.

Item qd dci Compromissarij onus Compromissi huioi in se acceptantes, Matura deliberatione prehabita vota sua in venerabilem virum magistrum Johannem Scory, Sacre Theologie professorem, direxerunt, ipsumque in epum et pastorem dce ecclie cath Herefordeñ iuxta potestatem eis in hac parte concessam et Compromissionem predictam elegerunt et ecclie memorate de eodem providebant Et ponit ut supra.

Item qd omnes et singli dce ecclie Canonici et Prebendarij in domo Capitulari predicta tunc presentes, plenum Capitulum constituentes, electionem per Compromissarios (ut premittitur) factam, acceptarunt et approbarunt ac rat et grat habuerunt pariter et accept. Et ponit ut supra.

Item qd Electio huioi et psona electa die prenotato in ecclia cath Herefordeñ predicta coram Clero et populo tunc in Multitudine copiosa congregat debite publicat et declarat fuerunt, et ponit ut supra.

Item qd dcus Reverendus dns electus huioi electioni de se et psona sua (ut premittitur) facte et celebrate ad humilem peticionem eorundem Presidentis et Capli consentiit, debitis loco et tempore requisitus, atque Assensum et Consensum suos eidem prebuit in Scriptis per eum lectis, et ponit ut supra.

Item qd prefatus magr Johes Scory fuit et est vir providus et discretus Sacrarum literarum eminenti Scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima, et ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo devotus, et ecclie memorate apprime necessarius, dceque dne nre Regine et Regno suo, et Reipublice fidelis et utilis, et ponit ut supra.

Item qd prenominati Presidens et Capitulum huioi electionem et psonam electam prefate Serenissime dne nre Regine per litras suas patentes Sigillo eorum communi et Capitulari roboratas pro Officij sui debito, iuxta Statut huius Regni Anglie significarunt et intimarunt Et ponit ut supra.

Item qd facta pro parte dictorum Presidentis et Capli eidem Serenissime Regie maiestati processu electionis huioi, eadem Clementissima dna nra Regina pro sua regia Benignitate, huioi electioni de psona ipsius magri Johis Scory (ut premittitur) facte et celebrate, Consensum et Assensum suos regios gratiose adhibuit atque adhibet, illamque grata habet. Hocque fuit et est verum, publicum, notorium &c. Et ponit ut supra.

Item qd dca Serenissima dna nra Regina vobis Reverendissimo in Christo pri dno Mattheo permissione divina Cant Archiepo predict de assensu et Consensu suis Regijs huioi, eidem electioni (ut premittitur) adhibitis, per litras suas patentes eidem inscriptas, non solum significavit, verumetiam earundem literarum suarum patentium Serie eidem Reverendissimo rogando mandavit, quatenus electionem predictam, et eundem electum confirmare, ipsumque spiritualibus insigniis insignire et decorare, Ceteraque peragere que in hac parte pastoralibus incumbunt Officijs iuxta formam Statut in ea parte editi et provisi et literarum patentium huioi velitis cum favore Et ponit ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta, pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de jure, in hac parte requisita, ad quam faciendam offert se pars dominorum presidentis et Capituli premissa et parat pro loco et tempore congruis et opportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et eam effectualiter confirmari, juxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon et sacrarum ecclesiarum Conciliorum patrum predictorum etc. et in hac predictarum Ecclesiarum Curamque Regiminis, et Administrationem Spiritualium Hereforden eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Herefordensis Juriumque honorum, dignitatum, preeminentium et pertinentium suorum universorum inducendum et installandum, ac alia fieri et decerni in premissis, et ea concernentibus quibuscumque quod Juris fuerit et rationis, Supplendo defectus quoscumque in ea parte intervenientes juxta facultatem vobis concessam. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de qua protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris beneficio ac dicte domine nostre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis, Vestrum Officium domini Judices antedicti humiliter implorando.

Processus electionis

In dei nomine Amen per presens publicum Instrumentum cunctis evidenter appareat Quod vacante iampridem ecclesia cathedrali Herefordensi per mortem naturalem domini Roberti Parfew ultimi episcopi et pastoris ibidem et pastoris solatio destituta, Licentiaque ab illustrissima et invictissima principe et domina nostra domina Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensore etc. dicte ecclesie fundatrice et patrona, alium in episcopum et pastorem dicte ecclesie eligendi prius habita et obtenta ac Decano et Capitulo dicte ecclesie concessa, Venerabiles viri magistri Edmundus Danyell decanus, Willmus Lewson Thesaurarius, Edwardus Baskervile Cancellarius, Willmus Willram et Rogerus Strelley Canonici prebendarii eiusdem ecclesie cathedralis in domo Capitulari dicte ecclesie vicesimo octavo die mensis Junii Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono. Et Regni dicte illustrissime domine nostre Regine Anno primo ad effectum infrascriptum capitulariter Congregati et Capitulum ibidem facientes, in presentia mei Thome Yatton clerici Notarii publici, diem Sabbati viz decimum quintum diem mensis Julii proxime sequentem ac horam nonam ante meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc proxime sequentium (Si oporteat) fiendam, et habendam usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive, et domum Capitularem, tam omnibus et singulis Canonicis predictis tunc presentibus, quam ceteris Canonicis et prebendariis tunc absentibus in remotis ac aliis quibuscumque in dicte ecclesie Canonicis et prebendariis tunc absentibus in remotis ac aliis quibuscumque in predicte ecclesie electionis negotio habentibus seu habere pretendentibus ad futuri vero, Jus, aut interesse in ipso electionis negotio habentibus seu habere pretendentibus ad futuri episcopi et pastoris dicte ecclesie electionem celebrandam peremptorie prefixerunt et assignarunt, Ad quem quidem diem, horam et locum cum Continuatione et prorogatione supradictis eosdem Canonicos absentes omnes et singulos in remotis aliosque quoscumque in genere, Jus aut vocem in electione futuri episcopi et pastoris dicte ecclesie habentes seu habere pretendentes qui in electione huiusmodi de Jure vel Consuetudine commode possint et debeant, ad interessendum necnon ad omnia et singula actus in huiusmodi negotio requisitos usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive procedendum et procedi videndum, vocarunt die, hora et loco memoratis cum Continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium, in predicto electionis negotio Si et prout de Jure fuerit faciendum peremptorie citandos et monendos fore decreverunt, Eosdemque sic citandos et monendos per Citationes in Scedulis in Stallis prebendarum suarum in Choro predicte ecclesie cathedralis per Citationes in Scedulis in Stallis prebendarum suarum ab antiquo usitat. publice assignand. et ibidem juxta morem et Consuetudinem ipsius ecclesie cathedralis Virgifero, nuncio suo in hac parte dimittend. Johanni Hodge dicte ecclesie cathedralis Virgifero, nuncio suo in hac parte specialiter deputato commiserunt. Tenor vero Citationis huiusmodi sequitur in hec verba. Decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Herefordensis, Dilecto nobis in Christo Johanni Hodge Virgifero nostro jurato, nostroque nuncio in hac parte specialiter deputato Salutem. Cum Sedes Episcopalis dicte ecclesie cathedralis Herefordensis per mortem naturalem domini Roberti Parfew ultimi episcopi et pastoris eiusdem iam pridem vacari dinoscitur, Nos decanus et Capitulum antedicti ne ipsa ecclesia cathedralis per diutinam vacationem in Spiritualibus et Temporalibus gravia patiatur incommoda, ad futuri episcopi electionem, (habita prius ad hoc Serenissime Regie Majestatis licentia) procedere volentes in domo Capitulari dicte ecclesie cathedralis die, mense, et anno domini infrascriptis capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes tam nobismetipsis tunc presentibus quam aliis quibuscumque Jus vocem aut interesse in electione futuri episcopi huiusmodi habentibus seu habere pretendentibus decimumquintum diem mensis Julii proxime sequentem inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium (Si oporteat) fiendam et habendam ad dictam domum Capitularem ad electionem futuri episcopi huiusmodi prefiximus et assignamus, Premissa itaque Canonicis et Confratribus nostris absentibus nota esse cupientes eosdem omnes et singulos per presentis edicti nostri in Stallis prebendarum suarum in Choro dicte ecclesie cathedralis affixionem, dimissionemque ibidem dimissionem ad diem, locum, atque effectum infrascripta vocandos, monendos et citandos fore decrevimus, Justitia id poscente. Tibi igitur committimus et mandamus Quatenus venerabiles viros magistros Johannem Parfey, precentorem

ac Canonicum et prebendarium prebende Morton parva, Johannem Glasyer Archidiaconum He-
refordensem ac canonicum et prebendarium de Ewithington, Richardum Sparchford, Archidiaconum Salopie
ac Canonicum et prebendarium prebende de Pyon parva, Johannem Dauids Canonicum et
prebendarium de Cublington, Galfridum Downes Canonicum et prebendarium prebende de
Morton et Whaddon, Richardum Thurkettill Canonicum et prebendarium prebende de de
Morton magna, Willelmum Goldinge Canonicum et prebendarium prebende de Putteston minori
Henricum Morgan Canonicum et prebendarium prebende de Hampton, Willelmum Evans
Canonicum et prebendarium prebende de Preston Gilbertum Coren Canonicum et preben-
darium prebende de Gorwall Robertum pr. m. Canonicum et prebendarium prebende de Hunderton
Nicholaum Smith, Canonicum et prebendarium prebende de Bolinghim Superiori, Ricardum
Cornewall Canonicum et prebendarium prebende de Inkborowe, Franciscum Bawde-
wyn Canonicum et prebendarium prebende de Huntington, Johannem Williams Canonicum
et prebendarium prebende de Wythyngton parva, Johannem Cutbert Canonicum et
prebendarium prebende de Prat minori, Thomam Arden Canonicum et prebenda-
rium prebende de Bartonsham, Johannem Mind Canonicum et prebendarium prebende de
Nonyngton, Symonem Gilbert Canonicum et prebendarium prebende de Wellington, Ni-
cholaum Ayland Canonicum et prebendarium prebende de Prat maiori, Natha-
niell Harford Canonicum et prebendarium prebende de Putteston maiori, Thomam Lewys
Canonicum et prebendarium prebende de Hynton iam absentes iuxta modum et formam
inferius descript. citetis seu citari faciatis peremptorie, quod dictis die, hora et loco
compareant, et intersint, ac eorum quilibet compareat et intersit una nobiscum de et
super electione futuri episcopi et pastoris dicte ecclesie cathedralis tractaturi ac in ipso electionis nego-
tio debitis modo usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive cum Continuatione et
prorogatione dierum et horarum extunc sequentium (si oporteat) processuri et pro-
cedi visuri. Intimantes eisdem et eorum cuilibet, Quod sive dictis die, hora et loco voluerint
sive non (Nos nihilominus in huiusmodi electionis negotio (Deo favente) quatenus iura per-
miserint procedemus, eorum absentia sive Contumacia in aliquo non obstante, nec iterum
vocabuntur, et si huiusmodi Terminum velle prorogari contigerit, Et quid in premissis
feceritis Nos dictis die hora et loco debite certificetis personaliter vel per literas vestras patentes
una cum presentibus autentice sigillatas. Dat. in domo nostra Capitulari xxvijo die
mensis Junii Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo, Nono, **Quo quidem**
die Sabbati viz. xvo die mensis Julii adveniente, dicti magistri Willelmus Wilbram
Rogerus Strutthye, Nicholaus Smith et Thomas Lewys Canonici prebendarii
supradicti in dicta domo Capitulari congregati hora nona ante meridiem eiusdem
diei, ad effectum infrascriptum, et plenum Capitulum facientes, ad electionem futuri episcopi et
pastoris dicte ecclesie cathedralis procedentes, venerabilem virum, magistrum Rogerum Strutthye
Canonicum et dicti Capituli presidentem in directorem processus et negotii electionis
huiusmodi futuri. Ac me Jacobum Warden Notarium publicum ad fideliter conscribendum
et in Acta redigendum decreta et processus dicte electionis, et super hiis publicum vel
publica instrumentum sive instrumenta conficiendum, Necnon providos viros dominos Tho-
mam Yallon, Johannem Browne, et Thomam Pemberton clericos in Testes dicte electionis negotii
assumpserunt quos una secum in dicta domo Capitulari remanere fecerunt, atque rogarunt,
Deinde licentia erat lecta dicte illustrissime domine nostre Regine Cuius Tenor talis est.

Elizabeth dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. dilectis sibi
in Christo Decano et Capitulo ecclesie cathedralis Herefordensis Salutem, Ex parte vestra nobis est
humiliter supplicatum, Ut cum ecclesia predicta per mortem naturalem Reverendi in
Christo patris et domini, domini Roberti Parfye ultimi episcopi eiusdem iam vacet et pastoris
sit solatio destituta alium vobis eligendi in episcopum et pastorem, licentiam nostram funda-
toriam vobis concedere dignaremur, Nos precibus vestris in hac parte favorabiliter
inclinati licentiam illam vobis duximus concedendam, Rogantes quod talem vobis eligatis
in episcopum et pastorem, Qui deo devotus, Nobisque et Regno nostro utilis et fidelis existat,
In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. T. meipsa apud
Westmonasterium septimo die Junii Anno regni nostri primo. per breve de privato Sigillo de data su-
pradicta. **Et Consequenter** tunc ibidem comparuit personaliter Johannes Hodge dictorum
Decani et Capituli ad infrascripta Mandatarius, et certificavit se peremptorie citasse
omnes et singulos dicte ecclesie cathedralis Canonicos et prebendarios per publicum Citationis
Edictum in stallis prebendariorum suorum in Choro dicte ecclesie affixum, et ibidem dimissum

iuxta Consuetudinem, et prescripti Temporis morem in dicta ecclesia vsitatum et obseruatum et secundum formam, et effectum Mandati superius recitati sibi fact. ad comparendum dictis die, hora et loco, vocauit ceteros Canonicos tunc presentibus in dicto electionis negocio vsque ad finalem expeditionem eiusdem inclusiue procedere et procedi videre. Super quibus tactis Sacrosanctis dei Euangelijs fidem fecit. **Et incontinenter** tunc ibidem lectis nominibus prefatorum Canonicorum et prebendariorum tunc ibidem presentium, preconizatisque consequenter ad ostium dicte domus Capitularis ceteris canonicis dicte ecclesie, ac omnibus et singulis alijs ius vocis aut interesse in dicto electionis negocio habentibus seu habere quomodolibet pretendentibus, nullo alio comparente, nec aliquod ius vel interesse in ea parte allegante, dictus magister Rogerus Struttye Canonicus et residens auctoritate sua, ac vice nomine et Mandato totius Capituli predicti eidem tunc viue vocis oraculo fact. omnes et singulos citatos, monitos, preconizatos, ac non comparentes pronunciauit contumaces, in scriptis sub eo qui sequitur verborum tenore: **In dei nomine amen** ego Rogerus Struttye Canonicus ac residens Capituli istius ecclesie cath., vice mea, ac vice, nomine et Mandato totius presentis Capituli omnes et singulos ius, vocis et interesse in hac electione habentes, et habere pretendentes absentes, citatos, monitos, preconizatos, diuque expectatos et non comparentes pronuncio contumaces, et in penam Contumaciarum suarum huiusmodi decerno procedendum fore in hoc presenti electionis negocio vsque ad finalem expeditionem eiusdem inclusiue, eorum absentia siue Contumacia in aliquo non obstante, nec eos diutius expectandos fore, et eis precludo vlteriorem Terminum in hac parte. **Et** subsequenter idem magister Rogerus Struttye Canonicus et residens auctoritate de expressis consensu et assensu omnium et singulorum Canonicorum suorum tunc ibidem presentium, ac de eorum Mandato et voluntate expressis sibi tunc viua voce factis vice sua ac vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum predictorum, ac totius Capituli predicti, quasdam monitiones et protestationes in scriptis redactas fecit, legit, et interposuit, monitiones et protestationes est tunc ibidem sub eo qui sequitur verborum tenore: **In dei nomine amen** Ego Rogerus Struttye Canonicus huius ecclesie cath., et residens istius Capituli vice mea, ac vice nomine et Mandato omnium et singulorum Canonicorum meorum hic presentium, moneo omnes et singulos excommunicatos, suspensos, et interdictos, ac alios (si qui forsan) inter nos hic sint qui de iure seu consuetudine in presenti electionis negocio interesse non debeant, quod de hac domo Capitulari statim recedant, me et alios de presenti Capitulo (ad quos potestas eligendi pertinet) libere eligere permittentes. protestans quod non est mea vel eorum voluntas aut intentio tales admittere aut procedere seu eligere cum eisdem tanquam ius et vocem in huiusmodi electione habentibus, sed quod voces talium si qui postmodum reperiantur nullum prestent auxilium, aut afferant aliquod Nocumentum, sed pro non receptis et habitis penitus et omnino habeantur. **Quibus** sic factis prefatus venerabilis vir magister Rogerus Struttye Canonicus et residens auctoritate sua de Consensu et Assensu suis expressis omnium et singulorum Concanonicorum suorum tunc ibidem presentium, et de eorum voluntate et Mandato expressis sibi tunc fact. Constitutionem illam generalis Concilij (quia propter etc.) dilucide explanauit, et tres eligendi formas in eadem descriptas explicuit et declarauit. Deinde habito tunc ibidem inter memoratos magistrum Rogerum Struttye Canonicum et residentem et confratres suos concanonicos Tractatu et Collatione per quam viam siue formam in huiusmodi electionis negocio eis foret futuris procedendum. Tandem placuit omnibus nemine contradicente eorum aut discutiendum per viam seu formam compromissi ad futuri episcopi electionem procedere, Illamque viam siue formam simul et vnanimiter assumpserunt, atque in venerabiles viros magistros Willelmum Wilbram, Nicholaum Smith, et Thomam Lewys Canonicos et prebendarios eiusdem, statim habito prius aliquo tractatu, compromiserunt. Totumque et omne ius nominandi, eligendi seu prouidendi eis et dicte ecclesie futurum episcopum et pastorem sibi ea vice qualitercumque competens seu competiturum in eosdem venerabiles viros transtulerunt, dederunt et concesserunt. Ita quidem quod Compromissarij virum habilem et idoneum ante decimum septimum diem mensis Julij instantis eis et dicte ecclesie nominarent et eligerent, in eo et prouiderent, promiserunt se et eorum quemlibet illum quem dicti venerabiles viri Compromissarij virtute Compromissi huiusmodi, et infra Tempus predictum nominarent et eligerent in suum et dicte ecclesie cath. episcopum et pastorem omnino recipere et acceptare velle, ac eidem tanquam episcopo et pastori animarum suarum quatenus tenentur parere et obedire absque contradictione seu reclamatione quacumque. Postea vero dicto decimo quinto die mensis Julij hora quasi vndecima, Canonicis predictis in dicta domo Capitulari presentibus, iidem venerabiles viri magistri Willelmus Wilbram, Nicholaus Smith, et Thomas Lewys ad dictorum Canonicorum Requisitionem et instantiam onus Compromissi huiusmodi et potestatis predicte sibi concesse in se acceptantes et iuxta potestatem concessam procedentes, in venerabilem virum magistrum Johannem Geerye virum vtique prouidum et discretum conuenerunt, eumque in episcopum et pastorem dicte Herefordensis ecclesie eligendum consenserunt. **Et** deinde prefatus magister Nicholaus Smith vice sua ac

Collegarum suorum, de expresso consensu et mandato eorundem, ac vice et nomine totius capituli, eundem venerabilem virum in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis nominavit, et tunc eum elegit, atque eis et dicte ecclesie providit de eodem in scriptis. Tenor eiusmodi. **In dei nomine amen.** Cum vacante nuper ecclesia cathedrali Herefordensi et pastoris sui episcopi solatio destituta, canonici dicte ecclesie in domo capitulari eiusdem capitulariter congregati, ac ad electionem futuri episcopi sive pastoris procedentes, habito inter eos maturo ac diligenti tractatu per quam viam ad huiusmodi electionem potissime procedendum foret, tandem per viam sive formam compromissi ad electionem huiusmodi procedere decreverunt. Et subsequenter in nos tres, videlicet Willelmum Wilbram, Nicholaum Smith et Thomam Lewys, negotium illud electionis compromiserunt, plenam et liberam nobis dederunt et concesserunt potestatem, quamcumque personam habilem et idoneam in futurum episcopum dicte ecclesie pro hac vice eligendi, et eis et dicte ecclesie providendi de eodem. Unde nos compromissarii antedicti, onus compromissi huiusmodi, de superabundanti in nos acceptantes, ac iuxta potestatem nobis attributam procedentes post diversos tractatus, et diligentes inquisitiones de qualitatibus diversarum personarum, finaliter divina favente gratia in venerabilem virum magistrum Iohannem Scory, virum utique providum et discretum in spiritualibus et temporalibus circumspectum, iuraque huius ecclesie defendere valentem, convenimus, vota nostra direximus, eumque in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis consensimus eligendum. Et idcirco ego Nicholaus Smith vice mea et collegarum meorum, ac de expresso consensu et mandato eorundem, vice et nomine totius capituli, eundem venerabilem virum in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Herefordensis nomino, et eligo, et eidem ecclesie provideo de eodem in hiis scriptis. **Quam** quidem electionem sic factam prefati presidens et canonici tunc ibidem presentes approbarunt, et ratam ac gratam habuerunt pariter et acceptam. Et tunc ibidem prefati presidens et capitulum unanimi consensu, dilectos sibi in Christo providos viros magistros Robertum [illegible] dicte ecclesie concanonicum, Davidem Lewys, et Davidem Gibbons legum doctores, Willelmum Saye, et Iohannem Lewys notarios publicos Londini commorantes coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, suos procuratores, actores, factores, negotiorumque infrascriptorum gestores et nuncios speciales, nominarunt, ordinarunt, et constituerunt, dantes et concedentes eisdem procuratoribus suis coniunctim (ut prefertur) et divisim potestatem generalem et mandatum speciale pro ipsis et eorum nominibus, prefatum venerabilem virum magistrum Iohannem Scorye electum seu eius procuratorem legitimum temporibus congruis et oportunis adeundi, ipsumque ex parte eorum ad consentiendum electioni de persona sua facte et celebrate debita cum instantia petendi, obtinendi et impetrandi, necnon electionem huiusmodi sic per nos factam et celebratam dicte excellentissime principi et domine nostre domine Regine intimandi, et notificandi, eiusque assensum et consensum regium in ea parte humiliter implorandi, ac decretum et processum electionis huiusmodi, et personam per eos sic (ut prefertur) electam cuicumque archiepiscopo sive episcopo regio arbitrio deputando et assignando, aliisque iudici in ea parte competenti presentandi et exhibendi, summamque veritatem de qualitatibus et circumstantiis dicte electionis, ac omnibus et singulis huiusmodi electionis decretum sive formam, electumque et eligentes tangentibus sive concernentibus debite instruendi, et informandi, et eandem electionem confirmari petendi et obtinendi. Ac de et super premissis omnibus et singulis in animas eorum fidem faciendi et iurandi, agendi, defendendi, litem contestandi, articulum sive articulos, libellum sive quascumque summarias petitiones dandi et proponendi; testes, literas, et instrumenta, ac alia quecumque probationum genera producendi et exhibendi, iuraque videndi et audiendi, in causa et causis concludendi, dictumque electionis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendi, ac processum huiusmodi approbari, ratificari, et confirmari, administrationemque omnium et singulorum bonorum spiritualium et temporalium eidem electo committi petendi et obtinendi. Et generaliter omnia et singula alia faciendi, exercendi et expediendi que in premissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, licet mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittentes et promiserunt se ratum, gratum et firmum semper et perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores sui aut eorum aliquis fecerint aut fecerit in premissis seu premissorum aliquo, et in ea parte cautionem exposuerunt. Tunc ibidem postea dicti presidens et capitulum e dicta domo capitulari ad ecclesiam cathedralem digressi, prefatus magister Nicholaus Smith, canonicus, eandem electionem sic (ut prefertur) factam et celebratam, de mandato ceterorum canonicorum clero et populo ibidem copiose congregatis in lingua materna publicavit et declaravit. Et mox cunctis applaudentibus et approbantibus, prefati presidens et canonici postea illud Te deum laudamus cum orationibus solitis et consuetis decantarunt. **Super** quibus omnibus et singulis iidem presidens et canonici me Iacobum Hayden notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes subscriptos testimonium perhibere instanter rogarunt et requisiverunt. **In quorum** omnium et singulorum fidem et testimonium hoc presens decretum sive processum electionis inde fieri, et signo ac nomine meis solitis et consuetis signari, sigillique communis et capitularis dictorum decani et capituli appensione, iidem presidens et capitulum communiri curarunt, atque fecerunt. **Dat.** quoad sigillacionem presentium in domo capitulari predict. decimo sexto die mensis Julii predict. Ao dni Millimo, Quingen°, Quinquagesimo, Nono, Regnique dne illustrissime dne nre Regine anno primo.

Et ego Jacobus Hayden Herforden dioc. Notarius publicus in presenti electionis negotio per venerabiles viros presidentem et capitulum antedict. in notarium et scribam assumptus, quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) per eosdem venerabiles viros sub anno dno, Regnique illustrissime dne nre Regine mense, diebus, horis et locis predictis agebantur et fiebant, unacum supranominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum verum, totum, et integrum huiusmodi electionis processum et decretum in se continens inde confeci, scripsi, publicavi, atque in hanc publicam formam de mandato dictorum venerabilium virorum redegi, signoque nomine et cognomine meis solitis et consuetis unacum sigilli eorum prefatorum decani et capituli appensione signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus, et constat michi eidem Notario publico de interlineatione illius dicti domo in 6a linea secunde pagine et de rasura illius dicti Canonici in 14ta linea eiusdem pagine a capite istius instrumenti numerando, quas approbo et omni vitio et sinistra machinatione carere volo ego notarius memoratus.

Instrumentum super Consensu Joh Scori

In dei noie amen presentis publici instrumenti serie, cunctis evidenter appareat et sit notum quod anno dni Millimo Quingeno Quinquagesimo Nono, Mensis vero decembris die decimo nono in edibus solite habitationis magri Willmi Saye notarii publici in vico vulgariter nuncupat. Pater noster rowe Civitat. London notorie situat. et sit. in meique Notarii publici subscripti, et testium inferius nominatorum presentiis, constitutus personaliter dnus magr Willmus Saye procurator (ut asseruit) venerabilium virorum decani et capituli eccle cath Herforden (de cuius procurationis mandato michi eidem notario publico satis abunde constari fecit) noie procurio eorundem decani et capituli eccle exhibuit et presentavit venerabili et eximio viro magro Johanni Scory sacre Theologie professori tunc et ibm personaliter presenti processum electionis de ipso et eius persona in episcopum et pastorem eccle cath Herforden predict. fact. et celebrate in et sub formis originalibus, eundemque magrum Johem Scory instanter, instantius et instantissime rogavit et requisivit, quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire dignaretur. Qui quidem magr Johes Scory sic requisitus et interpellatus electioni predce eidem per prefatum magrum Willm Say ostense et per eum considerat. consentiebat, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scripto per eum lectis tenore qui sequitur de verbo in verbum in se complectens. **In dei nomine amen** ego Johes Scory sacre Theologie professor in episcopum et pastorem eccle cathedralis Herforden electus, ad consentiendum electioni huiusmodi de me facte et celebrate per partem presidentis et capituli eccle cath predce et ceterorum canonicorum prebendariorum eiusdem eccle sepius et instanter requisitus, in honore sancte et individue Trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, predce electioni de me in hac parte facte consentio et consensum meum prebeo in his scriptis. **Super** quibus omnibus et singulis premissis, tam ipse electus quam memoratus magr Willmus Say, procurator antedictus me eundem Notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub anno dni, mense, die, et loco predictis presentibus tunc ibm Willmo Aylward, als Cousgrave et Thoma Say literatis testibus ad premissa videndum, audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis.

Et ego Robertus Say London dioc. publicus auctoritate regia Notarius, quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno dno, mense, die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi, scivi et audivi, atque in notam sumpsi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, et publicavi, atque in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque meo tabeltionali (quo in presenti utor) ac nominis, cognominis et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, in fidem et Testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus / / /

In dei noie Amen nos Nicholaus Bullingham legum doctor Reverendissimi in Xpo patris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuar Archiepi, totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter deputatus et constitutus, In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Johis Scory, Sacre Theologie professoris in epum Herefordensem electi facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, seu formam eiusdem, aut personam electam, dicere, excipere, vel opponere voluerunt ad comparendum coram nobis iste die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam, in debita iuris forma dicturos excepturos et proposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes ad petitionem procuratoris presidentis et Capituli ecclesie cathedralis Heref pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore, ad prolationem sententie sive decreti finalis in huiusmodi causa ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium contumacia in aliquo non obstante /

Secunda Schedula contra oppositores

I John Scorye elected Busshopp of Hereford do utterlie testifie and declare in my Conscience, that the Quenys Highnes ys the onlie supreame Governour of thys Realm and of all other her Highnes dominions and Cuntreys as well in all spirituall or ecclesiasticall Thinge or causes as Temporall, and that no foreine prince, person, prelate, State or potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power, Superiority, preeminence or Authoritie ecclesiasticall or Spirituall within thys Realme, And therfore I do utterly renounce and forsake all foreine Jurisdictions powers, Superiorite, and Authorite and do promise that from hence forth I shall bear faith and true allegeance to the Quenys Highnes her heirs and lawfull successors and to my power shall assiste and defend all Jurisdictions, privilege, preeminence, and authorities graunted or belonginge to the Quenys Highnes, her heirs, and successours or united and annexed to the ymperiall Crowne of thys Realme, So helpe me god and by the Contente of thys Booke / / / /

Juramentum Dni electi Herefordensis

In dei noie Amen auditis, visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Nicholaum Bullingham legum doctorem Reverendissimi in Xpo patris, et dni, dni Matthei permissione divina Cantuar Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium, inter alios cum ista Clausula coniunctim et divisim specialiter deputatum et constitutum, meritis et Circumstanciis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Johis Scory Sacre Theologie professoris in epum Herefordensem per mortem naturalem dni Roberti Parfey, ultimi epi ibidem vacantem electi, facte et celebrate quod coram nobis aliquamdiu vertebatur et in presenti vertitur et pendet indecisum, Rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter recensito, Servatisque per nos de iure et Statuto huius inclyti Regni Anglie servandis, ad nostri decreti finalis sive sententie diffinitive confirmatorie in huiusmodi negotio ferende prolacionem, sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum / Quia per Acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi Confirmationis negotio, habita et facta comperimus, et luculenter invenimus electionem ipsam per presidentem et Capitulum ecclesie cathedralis Herefordensis de prefato venerabili viro magistro Johe Scory electo huiusmodi viro, utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero, et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiastice institute obviasse seu obviare, quominus in epum Heref auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco nos Nicholaus Bullingham commissarius antedictus attentis premissis et aliis virtutum meritis, super quibus prefatus electus Heref fidedigno commendatur testimonio, Xpi nomine primitus invocato ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes de et cum Consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, predictam electionem de eodem venerabili viro magistro Johe Scory (ut premittitur) facta et celebrata auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus. Defectus quoscumque in hac electionis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam, diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ad petitionem partium ita petentium, ferimus et promulgamus in hiis scriptis / / / /

Sententia diffinitiva

Bangor

Acta habita et facta in Negocio Confirmacionis

Eleccionis venerabilis viri magistri Rolandi Merricke legum doctoris in Episcopum Bangorien electi, vicesimo die mensis decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono, et Regni felicissimi illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regine, fidei defensoris etc. Anno secundo in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London, ecclesie Christi Cant' iurisdictionis immediate coram venerabilibus viris magistris Nicholao Bullingham et Thoma Yale legum doctoribus, et Edwardo Leedes in legibus licentiato, Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani mediantibus literis commissionalibus patentibus eiusdem in hac parte legitime fulcitis, Commissariis ad infrascripta specialiter deputatis in presentia mei Johannis Incent notarii publici in Actorum Scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonii Huse Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris assumpti prout sequitur viz.

Acta confirmationis electionis Domini Ro. Meyrike episcopi Bangor

Die et loco predictis inter horas nonam et undecimam ante meridiem, presentatis coram Commissariis supranominatis literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eis in hac parte directis, ac per ipsos Commissarios visis perspectis, et ponderatis, dicti Commissarii ob reverentiam et honorem tanti Reverendissimi patris assumpserunt in se onus dicte Commissionis et decreverunt procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem, et assumpserunt me Johannem Incent notarium publicum antedictum in Actorum Scribam etc. Deinde comparuit personaliter magister Edwardus Biggs et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et Capitulo ecclesie cathedralis Bangor, et fecit se partem pro eisdem, et nomine procuratorio eorundem decani et capituli presentavit eisdem Commissariis venerabilem virum magistrum Walterum Jones, ac ex regione eorundem Commissariorum sistebat qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Rowlando Merycke Bangorien electo et fecit se partem pro eodem. Et tunc dictus magister Biggs exhibuit Mandatum Citatorium originale una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos citatos preconizari, Ac consequenter facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum etc. ad foras valvas ecclesie parochialis de Arcubus predict' et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte obiciente vel opponente dictus magister Edwardus Biggs accusavit eorum Contumacias, ac petiit eos et eorum quemlibet reputari Contumaces, et eis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius in hac parte opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam precludi, Ad cuius petitionem dicti domini Commissarii pronunciarunt eos contumaces, ac in penam etc. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet precluserunt, Necnon ad petitionem dicti magistri Biggs, ad ulteriora in dicto Confirmationis negocio procedendum fore decreverunt prout in Schedula per prefatum magistrum Nicholaum Bullingham de Consensu collegarum suorum lecta plenius continetur. Qua quidem Schedula sic lecta, prefatus magister Biggs in presentia prefati magistri Walteri Jones procuratoris dicti electi Bangorien tradidit dedit Summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti. Ad cuius petitionem dicti Commissarii admiserunt dictam Summariam petitionem et assignarunt dicto magistro Biggs ad probandum contenta in eadem ad statim, Deinde Biggs in subsidium probationis Contentorum in dicta Summaria petitione exhibuit Certificatorium Regie maiestati directum desuper electione dicti venerabilis viri magistri Rowlandi Merricke per decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Bangorien predict' facta et celebrata, una cum literis patentibus Regiis de consensu suo regio eidem adhibito ac prefato Reverendissimo patri pro confirmatione eiusdem electionis directis. Quibus sic factis, dicti Commissarii ad petitionem dicti magistri Biggs assignarunt sibi ad proponendum omnia ad statim. Et tunc Biggs exhibuit, omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter neque alio modo, Et tunc dicti ad petitionem Biggs assignarunt sibi ad concludendum ad statim, dicto Biggs concludente cum eisdem dictis Commissariis secum etiam concludentibus/ Qua Conclusione sic facta, dicti ad petitionem Biggs assignarunt ad audiendum Sententiam sive finale decretum ad statim/ Consequenter vero facta alia trina preconizatione oppositorum (ut premittitur) citatorum, et nullo modo comparente, nec quicquam in hac parte opponente. Dicti Commissarii ad petitionem Biggs pronunciarunt eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam Contumaciarum suarum huiusmodi decreverunt procedendum fore ad prolationem Sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. prout in Schedula per memoratum magistrum Nicholaum Bullingham de Consensu collegarum suorum lecta, dilucidius continetur/ Quibus itaque in ordine gestis, ac prestito per magistrum Walterum Jones noie procurio prefati dni electi, ac in animam ipsius dni electi, Juramento Corporali iuxta formam descript in Statut Parliamenti Anno primo Regni dne dne nre Regine Elizabeth edit, prefati dni Comissarij tulerunt et promulgarunt sniam diffinitivam in Scriptis per prefatum magistrum Nicholaum Bullingham de Consensu Collegarum suorum lectis, pronunciando, decernendo, ceteraqz faciendo prout in eadem continetur, Super quibus tam prefatus magr Walterus Jones quam dnus Edwardus Bigge procuratores respective antedicti, me eundem Johem fieri sibi unum vel plura pu(blicum) seu pu(blica) Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius noiatos Testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt. Postremo autem dci dni Comissarij ad peticionem tam procurio prefati dni electi et confirmati quam procuris Decani et Capitli eccle cath Bangor predict decreverunt ipsum dnum electum et confirmatum consecrand et benedicend fore, Curamqz Regimen, et Administrationem Spualium et Temporalium dci epatus Bangorien eidem dno electo et confirmato comiserunt, ac in realem, actualem, et corporalem possessionem dci epatus Bangorien, Juriumqz dignitatum, honorum, preeminen, et pertinen suorum universorum inducend et inthronizand fore etiam decreverunt, per Archinum Cantuarien vel eius deputatum iuxta eccle cath Bangorien morem Legibus et Statut huius Regni Anglie non repugnan aut adversan.

Elizabeth dei gra Anglie, Francie, et hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in xpo patri Matheo Archiepo Cantuar totius Anglie Primati et Metropolitano Saltm / Cum vacante nuper sede epali Bangorien per mortem Willmi Glyn ultimi epi eiusdem, ad humilem peticionem decani et Capitli eccle cath Bangorien eisdem per lras nras patentes licenciam concesserimus alium sibi eligend in epum et pastorem sedis predict, iidemqz decanus et Capitlm vigore et obtentu licencie nre predicte, dilectum nobis in xpo magistrum Rowlandum Merike legum doctorem sibi et eccle predict elegerunt in epum et pastorem, prout per lras suas patentes sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus eundem magistrum Rowlandum Merike in epum et pastorem eccle cath Bangorien predict sic ut prefertur electum, electionemqz predictam confirmare et eundem magistrum Rowlandum Merike epum et pastorem eccle predicte consecrare, ceteraqz omnia et singula peragere que vero in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam et effectum Statutorum in ea parte edit. et provis velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has lras nras fieri fecimus patentes T(este) meipsa apud Westm sexto die Decembris Anno r(egni) nri secundo.

Lre patentes de assensu regio

Pateat universis per presentes Quod nos Robertus Evans decanus et Capitlm eccle cath Bangorien, modo per mortem naturalem dni Willmi Glyn ultimi et immediati epi et pastoris ibm vacant dilectos nobis in xpo providos viros, magistrum Georgium Constantine in Legibus Bacchalaurum Mauricium Powell clericum et magros Johem Incent et Edwardum Bigges Notarios publicos Curie Cantuar procuratores generales, ac Hugonem Thomas lratum et eorum quemlibet per se et insolid, ita qd non sit melior Condicio occupantis, nec quod unus illorum inceperit, id eorum quilibet libere prosequi valeat, mediare pariter et finire, nros veros et ltimos procures actores, factores, negociorumqz nrorum gestores, et nuncios speciales ad infrascripta noiamus, ordinamus, facimus, et constituimus per presentes, Damusqz et tenore presentium concedimus eisdem procuratoribus nris coniunctim et divisim ac insolid, ptatem et generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice et noie nris Electionem de venerabili viro magro Rowlando Merike legum doctore in epum et pastorem dce eccle cath Bangorien per nos rite et ltime celebratam eidem magro Rolando Merike electo nro intimand notificand exhibend et presentand, ipsumqz electum quotiens eisdem procuratoribus nris vel eorum alicui expediens videbitur humiliter et cum Instancia debita, supplicand et requirend ut ipe electioni de se (ut prefertur) per nos facte consentire ac suum Consensum et Assensum eidem prebere dignetur, Et omnia alia et singula faciend exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si mandatum exigant magis speciale quam superius est expressum, Promittimusqz nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid procuratores nri antedicti fecerint seu aliquis eorum fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nrorum, et in ea parte cautionem exponimus per presentes, In cuius rei Testimonium Sigillum nrum commune presentibus apposuimus Dat in domo nra Capitulari secundo die mensis decembris Ao dni Millmo, Quingent Quinquagesimo nono, et Regni excellentissime in xpo principis et dne nre, dne Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defens etc. anno secundo.

Procuratorium Capli Bangor

Procuratorium Dni electi ad petend electionem confirmari

Pateat universis per presentes / Quod ego Rolandus Meryke legum doctor in episcopum et pastorem ecclesie Bangorien per venerabiles et egregios viros decanum et capitulum ecclesie cathedralis Bangorien rite et canonice electus, dilectum mihi in Christo Walterum Jones in legibus Bacchalaureum meum verum et licitum Procuratorem, actorem, factorem, negotiorumque meorum gestorem, et nuncium specialem ad infrascripta voco, ordino, facio et constituo per presentes. Do et concedo eidem procuratori meo potestatem generalem et mandatum speciale pro me ac vice, loco, et nomine meis coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano, eiusve Vicario suo in spiritualibus generali, aut dicti Commissario suo Commissarijs quibuscumque per eum in hac parte specialiter et legitime deputatis comparendum, meque a personali comparitione excusandum, ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandum et proponendum, ac (si opus fuerit) fidem desuper faciendum et iurandum, Electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Bangor per prefatos decanum et Capitulum ecclesie cath Bangorien factam et celebratam per eosdem Commissarios approbari et confirmari, meque in Episcopum Bangor predict recipi et admitti, atque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Bangorien, Iuriumque et pertinen suorum universorum induci et inthronizari petendum, requirendum et impetrandum, decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et interponi petendum et obtinendum, Iuramentum insuper tam de fidelitate, Subiectione, et obedientia dicte Serenissime dne nre Regine Elizabethe Heredibus et Successoribus suis prestandum et exhibendum, necnon de renunciando, recusando, et testificando omnem et omnimodam auctoritatem, potestatem, Iurisdictionem, et Superioritatem forinsecas et extraneas secundum vim, formam, et effectum Statutorum huius incliti Regni Anglie in hac parte editorum et provisorum, Quam etiam aliud quodcumque Iuramentum licitum et honestum, ac de iure, legibus, et Statutis huius Regni Anglie in hac parte quovis requisitum in animam meam et pro me prestandum, subeundum et iurandum, Et generaliter omnia et singula alia faciendum, exercendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quovis modo oportuna exequendum, et expediendum, que in premissis requiruntur etiamsi mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum, promittensque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis vel aliquo eorundem sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte Cautionem expono per presentes / In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis Officialis dni Archidiaconi Bedford presentibus apponi procuravi, Et nos Officialis antedictus ad specialem Rogatum dicti Constituentis Sigillum Officij nri huiusmodi presentibus apposuimus. Dat. xviijo die mensis Septembris Ao dni Millimo, Quingentesimo, Quinquagesimo nono, Regnique felicissimi dicte Serenissime dne nre Regine Elizabethe Anno secundo.

Citatio contra Oppositores

Mattheus permissione divina Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Universis et singulis Rectoribus, Vicarijs, Capellanis, curatis et non curatis, Clericis et literatis quibuscumque per Iurisdictionem nostram Cantuar ubilibet constitutis Salutem, gratiam, et Ben. Cum vacante nuper Sede episcopali Bangorien per mortem naturalem dni Willmi Glyn Sacre Theologie Professoris ultimi et immediati episcopi eiusdem, decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Bangor predict pro electione novi et futuri episcopi et pastoris eiusdem ecclesie, Licentia regia primitus in ea parte petita pariter et obtenta celebranda, certum Terminum prefixerint, et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negotio Termino ad id statuto rite procedentes, venerabilem virum magistrum Rolandum Merike legum doctorem, in eorum et dicte ecclesie cathedralis Bangorien Episcopum elegerint, Cumque Serenissima in Christo princeps et dna nra dna Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina fidei defensor etc ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli Bangorien eidem electioni de persona prefati electi (per premissa) facte et celebrate, et persone electe regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per easdem literas suas patentes magno Sigillo suo Anglie sigillat. nobis significaverit Mandando quatenus personam electam et electionem huiusmodi confirmare, eundem Rolandum in Episcopum Bangorien consecrare, iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet / Nos vero volentes eiusdem Serenissime dne nre Regine Mandatis, pro Officij nri debito parere, ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta Iuris et Statutorum huius incliti Regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos (siqui essent) qui contra dictam electionem, seu formam eiusdem, personamve in hac parte electam, dicere vel opponere voluerint, ad diem hor. locum et effectus subscript. vocandos et citandos fore decrevimus iusticia id postulante, Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Arcubus London, nre et dicte nre ecclesie Cantuariensis Iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco conveniendo infra ecclesiam predictam, vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos Oppositores (siqui sint) in specie, alioquin in genere, Qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam dicere, obijcere, excipere, vel opponere voluerint, Quod compareant coram nobis, aut nostro

Vicario in Spualibus generali, sive Commissario speciali, in eadem ecclia parrochiali bte Marie de Archubus London, die Mercurij viz vicesimo die pntis mensis Decembris inter horas octavam et nonam ante Meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) contra electionem huiusmodi, formam et eiusdem, et psonam electam (si sua putaverint interesse) dicturi, excepturi et propositur, facturiq ulterius et recepturi quod iustum fuerit in hac parte, et dci negocij Qualitas et Natura de se exigunt et requirunt. Intimantes insuper modo et forma predictis, omnibus et singulis Oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere, quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus, quod sive ipi sic citati, dcis die hor et loco coram nobis aut Vicario sive Commissario huiusmodi comparuerint, et contra dcam electionem, formam eiusdem, psonamve electam huiusmodi, obijcere, excipere vel opponere curaverint sive non / Nos nihilominus in dicto negocio iuxta iuris et Statutorum in ea parte provisorum exigentiam procedemus, seu sic procedet Vicarius nr generalis sive Commissarius huiusmodi, ipsorum sic citatorum Contumacia in aliquo non obstante / Et quid in premissis feceritis, nos, aut Vicarium nrum in Spualibus generalem sive Commissarium specialem huiusmodi dcis die hor et loco, vel citra, debite certificet ille vestrum qui pns nrum Mandatum fuerit executus prout decet, In cuius rei Testimonium Sigillum quo in similibus ad pns utimur, pntibus apponi fecimus / dat xviijo die mensis Decembris Ao dni Millmo, Quingenmo, Quinquagesimo Nono, et nre Consecrationis Ao primo.

Vicesimo die mensis Decembris Anno dni Millmo, Quingenmo, Quinquagesimo Nono, in ecclia parrochiali beate Marie de Archubus London, coram magro Nicholao Bullingham, Thoma yale et Edwardo Leade commissarijs &c. in pntia mei Johis Incent Notarij pci &c. comparuit psonaliter Robertus Haryson Mandatarius &c. et certificavit se executum fuisse istud pns mandatum in ecclia de Archubus predict xviijo die pntis mensis Decembris iuxta formam retroscriptam Super quibus fecit fidem.

prima Schedula contra oppositores

In dei noie amen, Nos Nicholaus Bullingham Legum doctor, Reverendissimi in xpo patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alias cum hac clausula comm et divm specialiter deputat et constitut in negocio Confirmationis electionis de psona venerabilis et egregij viri magri Rolandi Meyricke Legum doctoris in Epum Bangor elect facte et celebrate rite et lime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dcam electionem, seu formam eiusdem, aut psonam electam dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hor et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem, formam eiusdem aut psonam electam in debita iuris forma dicturi et propositur lime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuq et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris decani et Capituli ecclie cath Bangor pronunciamus contumaces, ac ipis et eorum cuilibet in penam Contumacie suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dcam electionem, formam eiusdem, aut psonam sic electam huiusmodi precludimus in his scriptis, Ac etiam decernimus ad ulteriora in dco Confirmationis negocio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei noie amen, coram vobis Reverendissimo in xpo patre et dno, dno Mattheo permissione divina Cantuar Archiepo, totius Anglie primate et Metropolitano vestrove Vicario in Spualibus generali sive Commissario quocumque, procurator venerabilium virorum decani et Capituli ecclie cath Bangor dicit, allegat, et in his scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam Summarie petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis, viz quod sedes Epalis Bangor per obitum dni Willmi Glyn sacre Theologie professoris ultimi Epi Bangor nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit pastoreq solatio caruit, hocq fuit et est verum, pubcum, notorium, manifestum pariter et famosum, Et ponit coim divim ac de quolibet.

Item quod dca sede epali Bangoriensi sic (ut premittitur) dudum vacante, decanus et capitulum ecclie cathis predce capitulariter congregat et Capitulum facientes (Licentia regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclie cath predce, ad electionem futuri Epi Bangorensis celebrandam, unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclie Canonicos et prebendarios ius, vocem et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predict in huiusmodi electionis negocio processuri et procedi visuri, lime et peremptorie citari fecerunt, hocq fuit et est verum, &c. et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis, viz primo die mensis Decembrevis temporis lapsu capitulariter congregati et plenum capitulum facientes, servatis primitus per eos de iure et dicte ecclesie cathedralis consuetudine servandis, habito primitus inter eos tractatu diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis preficienda eligenda / tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel acclamatione venerabilem virum magistrum Rolandum Meryke legum doctorem in eorum et dicte ecclesie Bangorensis episcopum elegerunt, et dicte memorate de eodem providerunt, et ponit ut supra.

Item quod electio huiusmodi et persona electa die prenotato in dicta ecclesia cathedrali Bangorensi predicta coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

Item quod dictus venerabilis vir magister Rolandus Meryke in episcopum dicte ecclesie cathedralis Bangorensis (ut prefertur) electus, huiusmodi electioni de se et persona sua (ut premittitur) facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consensit, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum late(?) et ponit ut supra.

Item quod prefatus magister Rolandus Meryke fuit et est vir providus et discretus literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et aliis memoratis apprime [illegible] / Ideoque fuit et est etc. et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et capitulum huiusmodi electionem et personam electam serenissime domine nostre Regine Elizabeth etc. per suas literas patentes sigillo eorum communi corroboratas pro officii sui debito iuxta statut(a) huius regni Anglie significarunt et intimarunt / Ideoque fuit et est etc. et ponit ut supra.

Item quod [illegible] pro parte decani et capituli antedictorum eidem regie sublimitati [illegible] electionis huiusmodi, eadem serenissima domina nostra Regina pro sua clementia regia huiusmodi electioni de persona prefati magistri Rolandi (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios graciose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Ideoque fuit et est etc. Et ponit ut supra.

Item quod dicta serenissima domina nostra Regina vobis prefato reverendissimo patri de assensu et consensu suis regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verumetiam earundem literarum suarum patentium tenore vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam, et electum huiusmodi confirmare, ipsumque episcopalibus insigniis insignire et decorare, ceteraque peragere que vobis in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi [illegible] huiusmodi velitis cum favore / Ideoque fuit et est etc. et ponit ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria et manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt, et in presenti laborant publica vox et fama. Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam quidem faciendam offert se pars dicte [illegible] decani et capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmari, pro decreto et cum effectu confirmari, iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte tenorem, curamque regimen et administrationem spiritualium et temporalium episcopatus Bangorensis eidem electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus Bangorensis iuriumque et pertinentium suorum universorum induci et inthronizari pro decreto, ulteriusque fieri et statui in ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis / supplendo [illegible] premissorum et in ea concernentibus defectus quoscumque in hac parte intervenientes, si qui forsan in dicta electione vel processu intervenerint. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis obtineat in petitis, iuris beneficio et dicte domine nostre Regine prerogativa specialiter in omnibus semper salvis / vestrum officium domine iudex antedicte humiliter implorando etc.

Certificatorium electionis

Illustrissime et invictissime in Christo principi ac domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regine, fidei defensori etc. Vestri humiles et devotissimi oratores, Robertus Evance decanus et capitulum ecclesie Cathedralis Bangorensis, obedientiam et reverentiam tanto excellentissimo principi debitas et condignas cum omni

Exhibicionis honore / Maiestati vestre Regie tenore presentium innotescimus et significamus Qd vacante nuper (per mortem naturalem dñi Willmi Glyn vltimi epi et pastoris Bangorien) sede vestra Cathedrali Bangor' et concessa nobis a maiestate vestra regia aliam nobis et ecclie dce in epum eligendi licentia, Nos prefati Decanus et Capitlus die veneris proxº post festum Sancti Andree aplī, primo viz die mensis Decembris Aº dnī Millimo, Quingen° Quinquagesimo, Nono et Regni vestri felicissimi Anno Secundo, in domo Capitlari dce ecclie Capitulariter congregati, ac ad electionem novi et futuri epi ibm procedentes venerabilem virum magistrum Rolandum Merike legum doctorem, virum vtiq3 providum et discretum in spualibus et temporalibus valde circumspectum, vitaq3 et moribus merito commendatum, nobis et dce ecclie cath et in epum per viam Compromissi elegimus / Huic est, Qd eundem, ac dictam Electionem nram de eo factam, vre Regie Celsitudini presentamus, devotis precibus supplicando, Quatenus predce electioni nre Regium et Regalem assensum liberaliter impendentes literas vras super hoc cuicumq3 Archiepo vel epo seu aliis sedm vestrum Regium Arbitrium pro Confirmatione dce electionis et ceteris in ea parte requisitis in forma consueta dirigere graciose dignemini cum favore Et sic vestram Regiam Celsitudinem diu conservet in prosperis altissimus / In cuius rei Testimonium Sigillum nrum commune presentibus apposuimus / Dat. in domo nra Capitlari die, mense, et anno supradictis Robertus Evans Decanus, Thomas Bulkeley precentor, Jo. Hughes Succentoribus, Thomas Davys Cancellarius, Willmus Roberte Thesaurarius, Willmus Roberte Archinus Meirionith ac Canonicus, Johes Gwyn Canonicus, Willmus Powell Canonicus. /

Instrumentum super Consensu Dñi Electi Bangor

In dei noie amen per presens publicum instrumentum Cunctis innotescat et palam fiat, Qd anno dnī Millimo, Quingen° Quinquagesimo, Nono, Mensis vero Decembris die decimo quarto in ecclia cathedrali divi Pauli London, in mei Notarii publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentia, Constitutus personaliter magr Edwardus Biggys notarius publicus exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et capitulo dicte cath Bangorien, Sigillo eorum communi et Capitulari (ut apparuit) sigillat. et se partem pro eisdem fecit, ac noie procuratorio eorundem decani et Capituli significavit et intimavit venerabili viro magistro Rolando Merike legum doctori tunc et ibm personaliter presenti electionem de ipso et eius persona in epum et pastorem dicte cathis Bangorien predict per prefatos decanum et Capitulum factam et celebratam, ipsumq3 magistrum Rolandum Merike instanter, instantius et instantissime rogavit, Quatenus electioni huiusmodi de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur. Qui quidem magr Rolandus Merike sic (ut premittitur) rogatus et interpellatus precibus eiusdem procuratoris devictus eidem electioni consentiebat in scriptis per eum lectis sub hac que sequitur verborum serie. **In dei noie amen** Ego Rolandus Merike legum doctor, in etate legitima, et ordine sacerdotali constitutus ac in et de legitimo matrimonio procreatus, in epum et pastorem dicte cath Bangorien nominatus et electus, atq3 ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in ea parte facte et celebrate, ex parte et per partem venerabilium virorum decani et Capituli dicte cath Bangorien predicte requisitus et interpellatus, dei omnipotentis Clementia fretus, Electioni predict. de me et persona mea (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis, patris, filii, et Spiritus sancti consentio, ac consensum et assensum meos semel atq3 iterum rogatus et interpellatus prebeo eidem in his scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam idem magr Rolandus Merike electus huiusmodi quam prefatus magr Edwardus Biggys procurator antedictus me eundem Notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt / Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub anno dnī, mense, die et loco predictis / presentibus tunc et ibm discretis viris Willmo Hughe et Iacobo Thornante aliis testibus ad premissa videndum, audiendum, et testificandum vocatis et specialiter requisitis. /

Et ego Johannes Incent Cantuariensis dioc. publicus auctoritate sufficienti Notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini, mense, die et loco predictis agebantur et fiebant, presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri, vidi, scivi et audivi, atque in notam sumpsi, ideo hoc presens publicum instrumentum, manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi et publicavi, atque in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque, nomine, cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

Scda Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Nicholaus Bullingham Legum doctor Reverendissimi in christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter deputatus et constitutus, In negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Rolandi Merrike legum doctoris in episcopum Bangorensem electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, seu formam eiusdem aut personam electam dicere, excipere, vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, seu formam eiusdem, aut personam electam in debita iuris forma, dicturi, excepturi et opposituri legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam, aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Bangorensis pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive sive decreti finalis in huiusmodi causa ferende, ipsorum sic citatorum et non comparentium contumacia in aliquo non obstante.

Iuramentum Domini electi Bangor

I Rowland Merrike electe Busshoppe of Bangor do utterlie testifie and declare in my Conscience, that the Quenys highnes is the onlie supreame Governour of this Realme, and of all other her highnes domynions and countreys as well in all spirituall or ecclesiasticall thinges or causes, as Temporall, And that no forreine prince, person, prelate, State or Potentate hath or ought to have, any iurisdiction, power, superioritie, preheminence or authoritie ecclesiasticall or spirituall within this Realme, And therfore I do utterlie renounce and forsake all forreine iurisdictions, powers, superiorities, and authorities, And do promise, that from hensforth I shall beare faith, and true Allegeaunce to the Quenys highnes her heires and lawfull successours, and to my power shall assiste and defende all iurisdictions, privileges, preheminences, and Authorities graunted or belonginge to the Quenys highnes her heires and successors or united or annexed to the imperiall Crowne of this Realme, so helpe me god, and by the Contente of this Booke.

Sententia diffinitiva

In dei nomine Amen, auditis, visis, et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Nicholaum Bullingham Legum doctorem, Reverendissimi in christo patris, et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi, totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter deputatum et constitutum, meritis et circumstanciis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Rolandi Merrike legum doctoris in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Bangorensis per mortem naturalem domini Willelmi Glyn ultimi et immediati episcopi et pastoris eiusdem vacantis electi, facte et celebrate, quod coram nobis aliquandiu vertebatur, et in presenti vertitur, et pendet indecisum, Rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter requisito, servatisque per nos de Iure et Statutis huius Regni Anglie servandis, ad nostri decreti finalis sive sententie diffinitive in huiusmodi negotio ferende prolationem sic duximus procedendum, et procedimus in hunc qui sequitur modum / Quia per acta exhibita, producta et probata coram nobis in huiusmodi Confirmationis negotio, comperimus et luculenter invenimus electionem ipsam per decanum et Capitulum dicte cathedralis Bangor' de prefato venerabili viro magistro Rolando Merike electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero, et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam, et celebratam nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de canonicis sanctitis obviasse et obviare quo minus in episcopum Bangoren' auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco nos Nicholaus Bullinghm Legum doctor Commissarius antedictus attentis premissis et aliis virtutum meritis, super quibus prefatus electus Bangoren' fidedignorum commendatur Testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes, de et cum consilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, predictam electionem de eodem venerabili viro magistro Rolando Merike (ut prefertur) factam et celebratam auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus, defectus in hoc electionis negotio intervenientes (si qui sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis. /

Consecratio Dni Ro Merike Epi Bangor

Vicesimo primo die mensis decembris Ao dni Millimo, Quingentesimo Quinquagesimo, Nono, in Capella Reverendissimi in Christo patris et domini Matthei permissione divina Cantuar' Archiepiscopi, totius Anglie primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith, eadem Capella eo modo ornata ut in Actis Consecrationis dicti Reverendissimi patris describitur, precibus Matutinis finitis, habitaque Concione per magistrum Alexandrum Nowell Capellanum dicti Reverendissimi patris acceptabilem in Thema Attendite vobis et universo gregi &c. dictus Reverendissimus pater Capa indutus ad Sacram Communionem peragendam processit, Cui ministrabant, operamque suam prebebant, magistri Nicholaus Bullinghm Lincoln', et Edmundus Gest Cantuarien' respective Archidiaconi, Capis induti, Evangelio finito, prefatus Reverendissimus pater assistentibus ei in hac parte Reverendis patribus Willmo Barlow Cicestren', Iohe Scory Herefordien' respective electis necnon Iohe Hodgeskin Bedforden' Suffraganeo Superpelliceis amicti, virtute et auctoritate literarum Regiarum patentium eidem Reverendo patri inscriptarum, Munus Consecrationis Reverendo patri dno Rolando Merike Legum doctori in episcopum et pastorem dicte cathedralis Bangoren' electo et confirmato, Ceremoniis et Ritibus in Actis Consecrationis dicti Reverendissimi patris expressis adhibitis impendebat et eum Episcopalibus insigniis decoravit presentibus tunc et ibidem egregiis viris magistris Anthonio Huse Armigero, dicti Reverendissimi patris Registrario principali Thoma Argall similiter Armigero Curie prerogative Cantuar' Registrario, Thoma Doyle, Iohe March et Iohe Baker generosis cum multis aliis /

Wigorn

Acta habita et facta in Negocio Confirmationis

electionis venerabilis viri magistri Edwini Sandes sacre Theologie professoris in Episcopum Wigorn electi vicesimo die mensis decembris Anno domini millesimo, quingentesimo quinquagesimo, nono, et Regni felicissimi, illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine, fidei defensoris etc. Anno secundo, in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London ecclesie Christi Cantuarien Jurisdictionis immediate, coram venerabilibus viris magistris Nicholao Bullingham et Thoma yale legum doctoribus, et Edwardo Leedes in legibus licentiato Reverendissimi in Christo patris, et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani, mediantibus literis Commissionalibus patentibus eiusdem in hac parte rite fulciti, Commissarijs ad infrascripta specialiter deputatis in presentia mei Johannis Incent, notarij publici in Actorum Scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonij Huse Registrarij primarij dicti Reverendissimi patris assumpti prout sequitur viz.

Acta confirmationis electionis domini Ed. Sande Episcopi Wigorn

Die et loco predictis inter horas nonam et undecimam ante meridiem presentatis coram Commissarijs supradictis literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eis in hac parte directis, ac per ipsos Commissarios visis, perspectis, et ponderatis, dicti Commissarij ob reverentiam et honorem tanti Reverendissimi patris assumpserunt in se onus dicte Commissionis et decreverunt procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem, et assumpserunt me Johannem Incent notarium publicum antedictum in Actorum Scribam etc. Deinde comparuit personaliter magister Edwardus Bigge et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie cathedralis Wigorn, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eisdem Commissarijs venerabilem virum magistrum Thomam Bentham ac requisitione eorundem Commissariorum sistebat, Qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Edwino Sande Wigorn electo, et fecit se partem pro eodem. Et tunc dictus Biggs exhibuit Mandatum Citatorium originale, una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt omnes et singulos citatos preconizari. Ac consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum Oppositorum etc. ad valvas ecclesie parochialis de Arcubus predicte et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte obijciente vel opponente dictus magister Edwardus Biggs accusavit eorum contumacias, et petijt eos, et eorum quemlibet reputari Contumaces, ac eis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius in hac parte opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam precludi. Ad cuius petitionem dicti domini Commissarij pronunciarunt eos contumaces, ac in penam etc. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusserunt. Necnon ad petitionem dicti magistri Biggs ad ulteriora in dicto Confirmationis negocio procedendum fore decreverunt prout in Schedula per prefatum magistrum Nicholaum Bullingham de consensu Collegarum suorum lecta plenius continetur. Qua quidem Schedula sic lecta, prefatus magister Edwardus Biggs in presentia prefati magistri Thome Bentham procuratoris dicti electi Wigorn antedicti dedit Summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti, Ad cuius petitionem dicti Commissarij admiserunt dictam Summariam petitionem, et assignarunt dicto magistro Bigge ad probandum contenta in eadem ad statim. Deinde Bigge in subsidium probationis contentorum in dicta Summaria petitione exhibuit Certificatorium Regie Maiestati direct. de et super electione dicti venerabilis viri magistri Edwini Sandes per decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Wigorn predicti fact. et celebrat. una cum literis patentibus regijs de consensu suo Regio eidem Electioni adhibit. ac prefato Reverendissimo patri pro Confirmatione eiusdem Electionis direct. Quibus sic factis dicti Commissarij ad petitionem dicti magistri Bigge assignarunt sibi ad proponendum omnia ad statim. Et tunc Biggs exhibuit omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter nec alio modo. Et tunc dicti ad petitionem Bigge assignarunt sibi ad concludendum ad statim. Dicto Bigge concludente cum eisdem dictis Commissarijs secum etiam concludentibus. Qua conclusione sic facta dicti ad petitionem Biggs assignarunt ad audiendum sententiam suam finalem decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina preco=

intimatione expositorum sic (ut premittitur) citatorum, et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte exponentium, dicti Commissarij ad petitionem Bigge pronunciarunt eos et eorum quemlibet Contumaces, ac in penam Contumaciarum suarum huiusmodi, decreverunt procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante, prout in Schedula per memoratum magistrum Nicholaum Bullingham de consensu Collegarum suorum lecta dilucidius continetur. Hijs itaque in ordine gestis Ac prestito per magistrum Thomam Bentham nomine procuratorio prefati domini electi Wigornien, ac in animam ipsius domini electi Juramento Corporali iuxta formam descriptam in Statuto parliamenti Anno primo Regni dicte domine nostre Regine Elizabeth edit. prefati domini Commissarij tulerunt et promulgarunt sententiam diffinitivam in Scriptis per prefatum magistrum Nicholaum Bullingham de consensu Collegarum suorum lectam, pronunciando, decernendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur. Super quibus tam prefatus magister Thomas Bentham quam dominus Edwardus Bigge procuratores respective antedicti, me eundem Johannem sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt / Postremo autem dicti domini Commissarij ad petitionem tam procuratoris prefati domini electi, et confirmati, quam procuratoris Decani et Capituli ecclesie cathedralis Wigornien predict. decreverunt ipsum dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore Curamque, Regimen, et Administrationem spiritualium et temporalium dicti Episcopatus Wigornien eidem domino electo et confirmato commiserunt, Ac in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Wigornien, Iuriumque, dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore etiam decreverunt per Archidiaconum Cantuariensem vel eius deputatum iuxta ecclesie cathedralis Wigornien morem legibus et Statutis huius Regni Anglie non repugnantem aut adversantem /

Lre patentes de assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et hibernie Regina, fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri Mattheo Archiepiscopo Cantuar. totius Anglie primati et Metropolitano Salutem / Cum vacante nuper Sede episcopali Wigornien, per mortem ultimi episcopi eiusdem ad humilem petitionem Decani et Capituli ecclesie cathedralis Wigornien eisdem per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in episcopum et pastorem sedis predicte, ijdemque decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte, dilectum nobis in Christo magistrum Edwinum Sandes sacre Theologie professorem ecclesie predicte elegerunt in episcopum et pastorem, prout per literas suas patentes Sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum Assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes et in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus eundem magistrum Edwinum Sandes in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Wigornien predict. sic (ut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare, et eundem magistrum Edwinum Sandes in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Wigornien predict. sic (ut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare, et eundem magistrum Edwinum Sandes in episcopum et pastorem ecclesie predicte consecrare / Ceteraque omnia et singula peragere, que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti Statutorum in ea parte edit. et provis. velitis cum effectu / In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes, T. meipsa apud Westm. quinto die decembris Anno Regni nostri secundo. / Ha. Cordell. /

Procuratorium Capituli Wigorn

Pateat universis per presentes Quod nos decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Wigornien dilectum nobis in Christo magistrum Edwardum Bigges notarium publicum, nostrum verum certum, legitimum, ac indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negociorumque nostrorum gestorem et nuncium specialem ad infrascripta nominamus, ordinamus facimus, et constituimus per presentes. Damusque et concedimus eidem procuratori nostro potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice, loco, et nomine nostris decretum electionis de persona venerabilis et egregij viri magistri Edwini Sandes sacre Theologie professoris in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Wigornien per nos fact. et celebrate et personam per nos electam coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuar. Archiepiscopo

totius Anglie Primate et Metropolitano, eiusue Vicario in spiritualibus generali –
siue Commissario quocumque comparend. et exhibend., dictumque decretum electionis predicte et per-
sonam sic (vt premittitur) electam in debita iuris forma approbari et confirmari, –
defectusque (si qui forsan in ea parte interuenerint) debite suppleri petend., requirend.
et obtinend., Agendique et defendend. ac litem seu lites contestand. et contestari videnda,
Articulum siue articulos, libellum siue libellos seu quascumque summarias petitiones dand.
et proponend., Testes literas et instrumenta, ac alia quecumque probationum genera
producend. et exhibend., Testesque huiusmodi iurari videnda, et audiend. in causa seu –
causis concludend., et concludi videnda / Dictum Confirmationis negotium vsque ad fina-
lem expeditionem eiusdem inclusiue prosequend., necnon Administrationem omnium et –
singulorum spiritualium et temporalium dicti Episcopatus eidem electo committi, ipsumque
in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem Episcopatus, iuriumque –
dignitatum honorum preeminenciarum, et pertinentium suorum vniuersorum inducend. et intro-
nizand. fore decerni, petend. requirend., et obtinend. / Et generaliter omnia et sin-
gula alia faciend., exercend., et expediend. que in premissis et circa ea necessaria
fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale –
quam superius est expressum, promittimusque nos ratum, gratum, et firmum per-
petuo habituros, totum et quicquid dictus procurator noster fecerit in premissis vel
aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum
tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes. In cu-
ius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis (eo –
quod sigillum nostrum commune ad manus impresentiarum non habemus) presentibus
apponi procurauimus, Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum –
dictorum Constituentium sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus / Dat. quarto –
die mensis Decembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo Nono / Etc /

Procuratorium domini electi ad petend. electionem confirmari

Pateat vniuersis per presentes, Quod ego Edwinus Sandes sacre Theologie
professor, in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Wigorn electus, dilectum mihi in Christo
magistrum Thomam Bentham sacre Theologie professorem meum verum, certum,
legitimum, ac indubitatum procuratorem, actorem, factorem negotiorumque meorum gestorem
et nuncium specialem ad infrascripta nomino, ordino, facio et constituo per presentes, doque
et concedo eidem procuratori meo potestatem generalem, et mandatum speciale pro me ac
vice, loco et nomine meis coram Reuerendissimo in Christo patre, et domino, domino Mattheo –
permissione diuina Cantuar. Archiepiscopo, totius Anglie Primate et Metropolitano –
eiusue in hac parte Commissario quocumque comparend., meque a personali comparitione
excusand., ac causam et causas absentie mee allegand. et proponend., ac si opus fuerit –
probandum, Electionemque de me et persona mea ad Episcopatum Wigorn predict. fact. et
celebratam approbari et confirmari, meque in episcopum et pastorem dicti Episcopatus Wigorn
recipi et admitti, atque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus
Wigorn iuriumque et pertinentium suorum vniuersorum induci et intronizari petend., requi-
rend., et impetrand., Decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et inter-
poni petend. et obtinend. / Iuramentum insuper tam de fidelitate, subiectione et obe-
dientia Illustrissime domine nostre Regine Elizabeth, heredibusque et successoribus suis prestand. et ex-
hibend., necnon de renunciando, refutando, et recusando omnem et omnimodam potestatem, –
auctoritatem, et iurisdictionem forinsecas iuxta et secundum vim, formam, et effectum Statuti
Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et prouisi, quam etiam
quodcumque aliud Sacramentum licitum et honestum, ac de iure, legibus et Sta-
tutis huius Regni quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestand., subeund.
et iurand. / Et generaliter omnia et singula alia faciend., exercend., et expediend.
que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiamsi mandatum
de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittoque me ratum, gratum,
et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis
vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum
tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono per presentes / In cuius rei
testimonium sigillum venerabilium virorum dominorum decani et capituli ecclesie Metropolitice
Christi Cant. (quo vtuntur ad causas ecclesiasticas tempore vacationis sedis Archi-

spualis ibidem presentibus apponi procuravi, Dat xvj° die mensis Decembris Anno dni Millimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, / — / — / —

Citatio contra oppositores

Matthæus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus Universis et singulis Rectoribus, Vicarijs, Capellanis, Curatis et non Curatis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nram Cantuarien ubilibet constitutis Salutem, in dño sempiternam / Cum vacante nuper sede Episcopali Wigorn per Amotionem et deprivationem Richardi quondam Sacre Theologie professoris ultimi et immediati epi eiusdem, decanus et Capitulum eccl̄ie cath. Wigorn predict pro electione novi et futuri epi et pastoris eiusdem eccl̄ie (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda, certum Terminum prefixerint, et assignaverint, Ac in huiusmodi electionis negotio, Termino ad id ut premittitur assignato procedentes venerabilem virum magistrum Edwinum Sandes Sacre Theologie professorem in eorum et dicte eccl̄ie cath. epum elegerint, Cumque serenissima in Christo princeps et dna nra, dna Elizabeth dei gra Anglie, Francie et Hibernie Regina fidei defensor &c. ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli dicte electioni de persona prefati electi (ut premittitur) facte et celebrate et persone electe, Regium suum adhibuerit Assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes magno Sigillo suo sigillat. nobis significaverit, Mandando quatenus personam electam et electionem huiusmodi confirmare, et eundem Edwinum in epum Wigorn consecrare, iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni Celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes regias (ad quas relatio) plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem Serenissime dne nre Regine mandatis pro Officij nri debito parere, ac in huiusmodi Confirmationis negotio, iuxta Juris et Statutorum huius inclyti Regni Anglie exigentiam procedere, Omnes et singulos (si qui essent) qui contra dictam electionem, vel formam eiusdem, personamve electam dicere vel opponere voluerint, ad diem, locum, et effectum subscript. vocandos et citandos fore decrevimus Justitia id poscente. Vobis igitur com et cuilibet vestrum committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice altaque et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Archubus London decanatus de Archubus nri et dicte nre eccl̄ie Cantuarien Jurisdictionis immediate per etiam per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra dictam ecclesiam parochialem predictam vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos Oppositores (si qui sint) in specie, alioqui in genere, Qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam, dicere obijcere, excipere vel opponere voluerint, Quod compareant coram nobis aut Vicario nro in Spiritualibus generali sive Commissario nro in hac parte speciali quocumque in eadem eccl̄ia parochiali beate Marie de Archubus die Mercurij prox. futur. viz xx° die presentis mensis Decembris inter horas octavam et nonam ante Meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum extunc sequen et locorum si oportebat, contra huiusmodi electionem, formam eiusdem, et personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) dictur. excepturi et proposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod Justitia in hac parte suadebit, et dicti negotij Qualitas et Natura de se exigunt et requirunt, Intimantes insuper modo et forma predictis omnibus et singulis Oppositoribus (si qui sint) in specie, alioqui in genere, Quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus, Quod sive ipsi sic citati dictis die, hora et loco coram nobis, aut nro Vicario in Spiritualibus generali sive Commissar. antedict. comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam, obijcere, excipere et opponere curaverint sive non, Nos nihilominus in dicto negotio (iuxta Juris et Statutorum huius inclyti Regni Anglie in hac parte editorum exigentiam) procedemus seu sic procedet nr in Spiritualibus Vicarius generalis sive Commissarius huiusmod. ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante / Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nrum sive Commissar. huiusmod. dictis die hora et loco debite certificetis ille vestrum qui presens nrum Mandatum executus fuerit ut decet. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in similibus utimur presentibus apponi fecimus. Dat xvij die mensis Decembris Anno dni Millimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, et nre Consecr Anno primo. / — /

Vicesimo die mensis Decembris Anno domini 1559. in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London coram magistris Nicholao Bullingham Thoma Yale et Edwardo Leede Commissarijs &c. in presentia mei Johannis Incent Notarij publici &c. comparuit personaliter Robertus Haynes literatus Mandatarius &c. et certificauit se executum fuisse istum Mandatum in ecclesia de Archubus predict. xvijmo die presentis mensis decembris iuxta formam retroscriptam Super quibus fecit fidem.

Prima Schedula contra oppositores

In dei nomine amen Nos Nicholaus Bullingham Legum doctor, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione diuina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et diuisim specialiter deputatus et constitutus, In Negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregij viri magistri Edwini Sandes sacre Theologie professoris in episcopum Wigorniensem electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos Oppositores, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint ac comparere coram nobis istis die, hora et loco si sua putauerint interesse contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dictur. excipitur. et propositur. legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli ecclesie cathedralis Wigorniensis pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve electam huiusmodi precludimus in hijs scriptis, Ac etiam decernimus ad vlteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium Contumacia in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione diuina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano vestrove Vicario in spiritualibus generali aut Commissario quocunque, procurator venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie cathedralis Wigorniensis dicit, allegat, et in hijs scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem, per viam Summarie petitionis in iure proponit Articulatim prout sequitur.

Inprimis videlicet quod sedes episcopalis Wigorniensis per deprivationem et amotionem Richardi Pates sacre Theologie professoris vltimi episcopi Wigorniensis nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacauit, pastorisque solatio caruit, Et prout fuit et est verum, publicum, notorium et manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim, diuisim et de quolibet.

Item quod dicta sede episcopali Wigorniensi (vt premittitur) dudum vacante, decanus et Capitulum ecclesie cathedralis predicte capitulariter congregati et Capitulum facientes, (licentia Regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem et domum suam Capitularem ecclesie cathedralis predicte ad electionem noui et futuri episcopi Wigorniensis celebrandam vnanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios, ius, vocem, aut interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes ad diem et locum predict. in huiusmodi electionis negotio processur. et procedi visur. legitime et peremptorie citari fecerunt. Et prout fuit et est verum &c. et ponit vt supra.

Item quod prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis videlicet die mensis vltimi elapsi capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes, Seruatis primitus per eos tractatu diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis predicte eligend. tandem vnanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum magistrum Edwinum

Sandes sacre Theologie professorem in ecclesiam et dicte ecclesie cathedralis Wigorn Episcopum elegerunt, et dicte ecclesie memorate de eodem providerunt, et ponit ut supra

Item quod electio huiusmodi et persona electa die prenotato, in ecclesia cathedrali Wigorn predicta coram Clero et populo tunc ibidem in Multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt, et ponit ut supra

Item quod dictus venerabilis vir magister Edwinus Sandes in Episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Wigorn (ut premittitur) electus, huiusmodi electioni de se et persona sua (ut premittitur) facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consensit, ac Consensum et Assensum suos eidem prebuit in Scriptis per eum lectis, Et ponit ut et supra

Item quod prefatus magister Edwinus Sandes fuit et est vir providus et discretus, sacrarum literarum scientia, vita, et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et dicte ecclesie memorate apprime necessarius hocque fuit et est verum et ponit ut supra

Item quod prefati decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime domine nostre Regine Elizabeth per literas suas patentes Sigillo eorum communi roboratas, pro Officii sui debito iuxta Statutum huius Regni Anglie significarunt, et intimarunt, hocque fuit verum et ponit ut supra

Item quod petito pro parte decani et Capituli antedictorum eidem regie Sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua Clementia regia huiusmodi electioni de persona prefati magistri Edwini (ut prefertur) facte et celebrate Consensum et Assensum suos gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet hocque fuit et est verum et ponit ut supra

Item quod dicta Serenissima domina nostra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de Assensu et Consensu suis regiis ad eandem electionem (ut premittitur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, et intimavit, verumetiam per easdem literas suarum patentium tenorem vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et eundem electum confirmare ipsumque Episcopalibus insigniis insignire et decorare, Ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi et literarum patentium huiusmodi velletis cum favore, hocque fuit et est verum et ponit ut supra

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica, notoria, manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita, Ad quam quidem faciendam offert se pars dictorum Decani et Capituli prompt. et parat. pro loco et tempore congruis et opportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni, et cum effectu confirmari, iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam. Necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte tenorem. Curamque Regimen, et Administrationem Episcopatus Wigorn eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Wigorn, Iuriumque, honorum dignitatum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum, et introinizandum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod Iuris fuerit et rationis, Supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes Si qui forsan in dicto Electionis negotio intervenerint, Que proponit et fieri petit pars ista coniunctim et divisim, non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, Sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Iuris beneficio et dicte domine nostre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis vestrum Officium domine Iudex antedicte humiliter implorando.

Certificatorium electionis facte domine Regine

Excellentissime et Serenissime in Christo principi et domine nostre domine Eliza=
beth Anglie Francie et Hibernie dei gratia Regine fidei defensori etc. Vestri humillimi et de=
votissimi Oratores Richardus Hall Artium magister Vicedecanus ecclesie cathedralis Christi et
beate Marie Virginis Wigorn et eiusdem loci Capitulum omnimodam Reverentiam et
obedientiam cum omni subiectionis honore, Maiestati vestre Regie presentibus literis nostris in=
timamus, Quod vacante nuper sede Episcopali Wigorn per ultimam deprivationem
domini Richardi pates ultimi episcopi eiusdem, et concessa nobis a Maiestate vestra Regia
alium nobis et dicte sedi Episcopali in episcopum eligendi licentia, Nos ad electionem huiusmodi
ordinate in ea parte de iure servande rite procedentes, venerabilem virum
magistrum Edwinum Sande in sacra Theologia professorem virum utique providum
et discretum, vita et moribus commendatum, ordinibus et etate legitimis constitutum, in tem=
poralibus et spiritualibus circumspectum, nobis et sedi Episcopali Wigorn predicte per
viam Spiritus sancti rite elegimus in episcopum et pastorem, Hinc est quod eundem vestre
Celsitudini serenissime presentamus, devote precibus supplicantes, Quatenus predicte
Electioni nostre vestrum regium et personalem assensum liberaliter impendentes literas
vestras super hoc venerabilibus viris decano et Capitulo ecclesie cathedralis et Metropo=
litice Christi Cantuariensis sede Archiepiscopali ibidem iam vacante, ipsaque sede Archi=
episcopali plena Reverendissimo patri domino Archiepiscopo Cantuar. eiusque pro tempore
vicario aut alii Iudici in hac parte competenti cuicunque predictam electionem confir=
mandi potestatem habenti seu habituro in forma consueta dirigere dignemini cum favore.
In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus apposuimus / Dat. in domo
nostra Capitulari Wigorn xxxto die mensis Novembris Anno domini Millesimo, Quingen°
Quinquagesimo, Nono et Regni vestri felicissimi Anno secundo.

Aliud certificatorium continens totum processum electionis predicte

In dei nomine amen / Viris venerabilibus magistro Nicholao wotton utriusque iuris
doctori decano ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar. et eiusdem loci Capitulo, Ad quos
omnis et omnimoda iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepiscopum Cantuar. sede
Archiepiscopali ibidem plena pertinuit, ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere
spiritualis sede plena Reverendissimo patri domino Archiepiscopo Cant. pro tempore existenti, seu
alii Iudici competenti cuicunque, Electionem inferius scriptam confirmandi potestatem habenti
seu habituro. Vestri humiles et devoti Richardus Hall Artium magister Vicedecanus
ecclesie cathedralis Christi et beate Marie Virginis Wigorn et eiusdem loci Capitulum, omnimodas
Reverentiam et obedientiam tantis venerabilibus viris debitas cum honore, Ad notitiam
vestram deducimus et deduci volumus per presentes, Quod dudum vacante sede episcopali
Wigorn per ultimam deprivationem domini Richardi pates ultimi episcopi sive pastoris
ibidem, petitaque per decanum et Capitulum eiusdem ecclesie cathedralis Wigorn a serenissima et
excellentissima in Christo principe et domina nostra domina Elizabeth dei gratia Anglie Fran=
cie et Hibernie Regina fidei defensore etc. dicte ecclesie sive episcopatus Wigorn fundatrici et
patrona, alium eisdem decano et Capitulo Wigorn, atque sedi sive episcopatui ibidem eligendi
in episcopum et pastorem licentia, pariter et obtenta, Cuius quidem licentie Regie tenor se=
quitur in hec verba / Elizabeth dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regina
fidei defensor etc. Dilectis sibi in Christo decano et Capitulo ecclesie cathedralis Wigorn salutem
Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum, Ut cum ecclesia predicta per ultimam
deprivationem ultimi episcopi eiusdem iam vacet, et pastoris sit solatio destituta, alium
vobis eligendi in episcopum et pastorem licentiam nostram fundatoriam vobis concedere dig=
naremur, Nos precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati licentiam illam
vobis duximus concedendam, Rogantes quod talem vobis eligatis in episcopum et pastorem
qui deo devotus, nobisque et Regno nostro utilis et fidelis existat, In cuius rei Testimo=
nium has literas nostras fieri fecimus patentes T. meipsa apud Westm. xvj° die No=
vembris Anno r. n. primo. Nos decanus, Vicedecanus, et ceteri Canonici dicte ecclesie
cathedralis Wigorn die Jovis viz. xxiij° die mensis Novembris Anno domini Millesimo,
Quingen° Quinquagesimo, Nono, in domo nostra Capitulari capitulariter congregati
et ad effectum infrascriptum capitulum facientes, ne dicta sedes Episcopalis Wigorn occa=
sione et pretextu viduitatis et diutine vacationis eiusdem incommoda et detrimenta
diutius deploraret, Habita inter nos matura Communicatione tunc ibidem et tractatu

de et super assignatione et prefixione diei ad futuri epi et pastoris electionem fiend. tandem
nobis decano, vicedecano, et Canonicis omnibus et singulis confratribus nris tunc ibid presentibus
placuit assignare, et prefigere nobis tunc ibid presentibus et aliis absentibus quibuscumque per
decretum nostrum diem Sabbati viz xxv^to diem eiusdem mensis Novembris ad horam nonam
ante meridiem illius diei cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc
sequen. et locorum (si oporteat) in ea parte fiend. pro futuri epi et pastoris dce Sedis
Epalis Wigorn electione, in dca Domo Capitulari celebrand. usque ad et in finalem et
effectualem expeditionem eiusdem negotii inclusive, Ad quos diem, hor. et loc. Nos decanus,
Vicedecanus, et Capitulum Wigorn antedict. omnes et singulos dce Ecclie cathis
Wigorn Canonicos et confratres tam tunc presentes quam absentes ac alios quoscumque ius,
vocem et interesse in electione huiusmodi habentes seu se habere pretenden. iuxta
iuris exigen. et dce Ecclie nre cath. laudabilem consuetudinem observat. et usitatam
in huiusmodi electionis negotio, tractatur. processur. et procedi visur. Ac ulterius factur. et
omnia et singula ea que circa dcm electionis negotium de iure et Statut. Concilii generalis
necessaria fuerint seu requisita, legitime ac iuxta morem ibm usitatum monendos, evocandos,
et peremptorie citandos fore decrevimus, intimant. eisdem sic monitis, evocatis et
citatis prout plenius in nris lris Citatoriis desuper specialr. confectis liquet / Cuius
mandati sive decreti Citatorii verus tenor sequitur et est talis / **Seth Holland** artium magr Decanus Ecclie cath. Xpi et beate Marie virginis Wigorn. et
eiusdem Loci Capitulum / Dilco nobis in Xpo Rogero Foliat lrato Saltm in dno sempiternam /
Cum siquidem Sedes Epalis Wigorn per liberam deprivacionem dni Rici
Pates ultimi epi ibid sit pastoris solatio destituta, Cuius electio, ad nos et Eccliam
nram Cathem predcam de iure et consuetudine pertinuit et pertinet in presenti, cogitantes
magnope quam periculosum sit, Epatum diutius vacare viduitate desolationis,
Nos igitur decanus et Capitulum antedict. ne Sedes Epalis predict. per diuturnam
vacationem eiusdem, gravia patiatur incommoda, in Domo nra Capitulari
eiusdem Ecclie cath. capitulariter congregati et Capitulum facien., unanimis consensu et
assensu nris, diem Sabbati viz xxv^tum diem instantis mensis Novembris ad horam
nonam ante meridiem illius diei, qua Capitulum nrum celebrari consuevit, cum
continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequen. atque locorum (si o-
porteat) ad electionem novi et futuri epi dce Sedis in eadem Domo Capitulari tunc ibid
celebrand. atque ad omnia et singula alia faciend. exercend. et expediend. que ipsius
electionis negotii qualitas de se exigit et requirit usque ad et in finalem et effectualem
expeditionem eiusdem inclusive fiend. et habend., nobismetipsis presentibus, ac ceteris
Canonicis nris absentibus prefiximus, statuimus et assignavimus, Ad quos hor. diem,
et locum omnes et singulos Canonicos et confratres nros dce Ecclie cath. Wigorn,
in specie, ac alios quoscumque qui de iure vel consuetudine, ius, vocem aut interesse
in hac parte habentes, seu se habere pretendentes in genere, citand. evocand.
et monend. fore decrevimus iustitia mediante / Ideoque Tibi committimus, et stricte iniungendo
mandamus, quatenus cites, seu citari, vocari, et moneri peremptorie facias
omnes et singulos dce Ecclie cath. Canonicos, ius, vocem, aut interesse in hac parte
habentes seu se habere pretenden., aut putan., personaliter si apprehendi valeant, alioquin
in valvis domus Capitularis Ecclie cath. memorate presentibus lris nris publice
affixis, et ibm aliquamdiu dimissis. Ita qd huiusmodi Citatio et Monitio ad ipsorum (sic ut
premittitur) citandorum et monitorum Notitiam verisimiliter poterit pervenire, Quos nos
etiam tenore presentium sic citamus et monemus, Ut compareant et eorum quilibet compareat
in prefata domo nra Capitulari die, et hora prelimitate, Nobiscum super
huiusmodi electionis negotio de quo superius fit mentio iuxta iuris exigen. tractatur. factur. et
electur. Necnon in omnibus et singulis actis huiusmodi electionis negotium quomodolibet concernen.
usque ad et in finalem et effectualem expeditionem eiusdem inclusive processur. et procedi
visur. Ulteriusque factur. et recepturi quod huiusmodi electionis negotii Natura seu qualitas
de se exigit et requirit, intimantes preterea, ac etiam intimari mandes presentium
sic citatis et monitis, Quod si ipsi die hora et loco prelimitatis comparere, et sui copiam
facere curaverint, sive non, Nos eisdem die, hora, et loco in dco electionis nego=

rio, et omnibus et singulis Actis eiusdem usque ad et in finalem et effectualem (ut prefertur) expe-
dicionem eiusdem inclusive, prout Juris fuerit procedemus, ipsorum sic citatorum et monitorum ~
absencia, Contumacia et negligencia precedente in aliquo non obstante / Et quid in premissis feceris
Nos dictos dominos Decanum et Capitulum debite certifices personaliter vel per literas tuas patentes autentice sigil-
latas, una cum presentibus ac nominibus et Cognominibus omnium et singulorum in hac parte per te
in Specie citatorum et monitorum, in quadam Schedula sub huiusmodi certificatorio annexa ~
specificatis / Dat' in domo nostra Capitulari predicta sub Sigillo quo in hac parte ad causas
xiiij° die mensis predicti Anno domini Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo, Nono,
Quo quidem die Sabati viz xviij° die mensis Novembris adveniente inter horas
nonam et decimam ante meridiem illius diei, Suffragiis viz O god the father
of heaven, have mercy upon us miserable synners etc in Choro ecclesie
cathedralis predicte solempniter decantatis, Quibus finitis, et Campana ad capitulum
congregandum hora Capitulari prout ibidem moris extitit pro futuri episcopi et pastoris
eleccione celebranda pulsata, Nos Richardus Hall vicedecanus antedictus, magistri
Leonardus Lingham, Thomas Bastard, Willelmus Turnbull, Robertus Shawe
Thomas Ardren et Willelmus Norfolke Canonici et prebendarii in eadem ecclesia
cathedrali Wigornensi (prefato Decano (ut asseritur) adversa valitudine detento) ~
dictam domum Capitularem ad futuri episcopi et pastoris sedis episcopalis Wigornensis eleccio-
nem celebrandam personaliter intravimus, ac ibidem capitulariter congregati et ad effectum
supradictum Capitulum facientes, invocata spiritus sancti gratia, Causaque adventus nostri
huiusmodi per me prefatum Richardum Hall vicedecanum antedictum declarata, eciamque per-
sonaliter discretum virum Willelmum Warmestry notarium publicum in et per dioc' Wigorn' Registrarium
principalem in Actorum Scribam, necnon providos viros Henricum Hymbleton et
Robertum Jarret presbiteros in predicto Eleccionis negocio personaliter presentes in Testes nomi-
navimus, elegimus et assumpsimus, ac ipsos et eorum quemlibet nobiscum ad effectum
prenarratum commaximus et eorum industrias nobis impendendas usque ad et in finalem
et effectualem expedicionem dicti eleccionis negocii inclusive rogavimus et requisivimus
Quibus sic per nos (ut premittitur) gestis, Nos prenominati Canonici et prebendarii
omnes et singuli (prefato Richardo Hall dumtaxat excepto) eundem Richardum Hall ~
vicedecanum memoratum in nostrum et dicti Capituli nostri presidentem nominavimus, ordina-
vimus, fecimus, constituimus et deputavimus tunc ibidem, promittentes eciam nos ratum, grat'
et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dictus Richardus Hall vicedecanus et
presidens antedictus vice et nominibus nostris in presenti eleccionis negocio fecerit, legerit, gesse-
rit aut decreverit / Et incontinenti tunc ibidem exhibita supradicta una copia coram nobis
prefato Richardo Hall vicedecano et Canonicis antedictis, et per prenarratum Willelmum
Warmestry notarium publicum in Actorum Scribam in hac parte (ut predictum est) ~
assumptum publice perlecta, comparuit personaliter tunc ibidem Rogerus Foliat literatus, Man-
datarius in supradicto mandato citatorio originali nominatus et introduxit coram nobis ~
predictis vicedecano et presidente ac Canonicis supranominatis Capitulariter (ut pre-
dictum est) congregatis, et plenum Capitulum facientibus, illud mandatum Citatorium originale
una cum Schedula quadam, nomina et cognomina Decani et omnium et singulorum Canonicorum
dicte ecclesie cathedralis Wigornensis continente, vocem et interesse in huiusmodi negocio eleccionis
habentium, cum non sint plures qui vocem aut interesse in eadem eleccione habent
seu habere debent, et certificavit se vigore et auctoritate prenarrati Citatorii mandati
magistros Sethum Holland Decanum, Richardum Hall vicedecanum, Leonardum Lingham
Edmundum Daniell, Thomam Bastard, Willelmum Turnbull, Robertum Shawe, ~
Thomam Ardren, et Willelmum Northfolke canonicos et prebendarios dicte ecclesie ~
cathedralis Wigornensis intra ambitum et precinctum eiusdem prefato xiiij° die Novembris ~
Anno domini predicto personaliter apprehensos, ac etiam viros Henricum Joliffe et Arthurum
Dudley Canonicos et prebendarios in eadem ecclesia cathedrali vocem et interesse
in huiusmodi eleccionis negocio in specie habentes, ceterosque omnes et singulos vocem
aut interesse in premisso eleccionis negocio habentes seu se habere pretendentes in
genere, eodem xiiij° die mensis Novembris, per affixionem dicti mandati Cita-
torii, in valvis domus Capitularis prefate ecclesie cathedralis Wigornensis, et ibidem aliquamdiu
dimissi peremptorie citasse, vocasse, et monuisse iuxta eiusdem vim, formam, et
effectum ac tenorem eiusdem Mandati Citatorii, super quibus facta per eum ~

sacrosancte dei Scripturis fidem fecit, **Quibus** quidem mandato Citatorio vnacum Certificatorio executionis eiusdem atque Schedula, modo et forma superius specificatis introductis et receptis et tunc ibidem per dictum Scribam de mandato dictorum presidentis et Canonicorum (vt prefertur) capitulariter congregatorum publice perlectis, die et anno atque loco in eodem Mandato Citatorio limitatis, omnibus et singulis dicte ecclesie cathedralis Wigornie Canonicis et prebendarijs, capitulariter (vt predictum est) congregatis, et alijs ius, vocem, et interesse in huiusmodi electione habentibus, aut se habere pretendentibus in specie, leviter et peremptorie citatis, vocatis, et monitis atque preconizatis personaliter comparentibus (prefatis magistris Iohanne Holland decano, Edmundo Daniell, Henrico Joliffe et Arthuro Dudleye canonicis et prebendarijs memoratis duntaxat exceptis) Nos vicedecanus et presidens ac ceteri Canonici predicti capitulariter (vt prefertur) congregati, et plenum Capitulum facientes prefatos magistros Iohannem Holland decanum, Edmundum Daniell, Henricum Joliffe, et Arthurum Dudley, Canonicos prenominatos ius, vocem, et interesse in predicte electionis negotio habentes seu se habere pretendentes in specie, atque alios quoscumque ius, vocem, et interesse in predicto negotio habentes seu se habere pretendentes in genere de consensu et assensu nostris pluries in dicta domo Capitulari et ostio eiusdem publice preconizari fecimus, Qua preconizatione sic facta, Nos Canonici et prebendarij predicti omnes et singuli (vt prefertur) capitulariter congregati prefato vicedecano et presidenti duntaxat excepto dedimus et concessimus eidem vicedecano et presidenti potestatem et auctoritatem vice sua, ac vice et nomine nostris sic (vt predictum est) capitulariter congregatorum omnes et singulos sic (vt asseritur) citatos, vocatos, monitos, preconizatos, et non comparentes pronunciandi et reputandi contumaces et negligentes, ac in penam contumaciarum et negligentiarum suarum huiusmodi vlterius procedendi prout in dicte electionis negotio decernendi Quos sic vt prenarratur citatos, vocatos, monitos, preconizatos, et non comparentes Ego vicedecanus et presidens antedictus vice, et nomine meis, atque vice nomine, et mandato Canonicorum confratrum meorum hic capitulariter congregatorum pronuncio contumaces et negligentes, et in penam contumacie et negligentie huiusmodi de consimilibus vice, nomine, et mandato expressis vlterius procedendum fore decerno, sub forma sequenti / **In dei nomine Amen** Ego Richardus hall clericus Artium magister vicedecanus ecclesie cathedralis Christi et beate Marie virginis Wigornie, Wigorniensis diocesis et presidens Capituli eiusdem vice et nomine meis ac vice, nomine, et mandato omnium et singulorum Canonicorum, et confratrum meorum hic capitulariter congregatorum et plenum Capitulum facientium, prefatos magistros Iohannem Holland, decanum dicte ecclesie cathedralis, Edmundum Daniell, Henricum Joliffe et Arthurum Dudleye Canonicos et prebendarios in eadem, ius, vocem, et interesse in instantis electionis negotio de futuro episcopo sive pastore ecclesie episcopalis Wigornie preficiendo (deo presidio) celebrando in specie habentes, seu se habere pretendentes, ac omnes alios et singulos ius, vocem, et interesse in eodem electionis negotio habentes seu se habere pretendentes in genere, ad hos diem et locum ad effectum huiusmodi leviter in hac parte et peremptorie iuxta iuris exigentiam citatos, sepius iam publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, matura cum deliberatione pronuncio contumaces et negligentes, et pro pleno Capitulo decerno, ac in penam contumaciarum et negligentiarum suarum huiusmodi eis et eorum cuilibet ius, vocem, aut interesse aliquod in hac parte vlterius habendi, proponendi seu allegandi precludo facultatem, atque decerno vlterius procedendum fore ad huiusmodi electionis negotium de quo superius fit mentio, vsque ad et in finalem et effectualem expedicionem eiusdem inclusiue, ipsorum absentijs sive contumacijs predictis in aliquo non obstantibus / **Quibus** omnibus (vt premittitur) gestis et peractis Nos Canonici et prebendarij predicti omnes et singuli (vt predictum est) capitulariter congregati et Capitulum facientes, prefato vicedecano et presidente duntaxat excepto eidem vicedecano et presidenti quandam monitionem et protestationem contra omnes et singulos qui de iure seu consuetudine in prefate electionis negotio interesse non debeant, suo ac nostris nominibus legendi, dedimus et concessimus potestatem / Et ego vicedecanus et presidens antedictus vice, nomine, et auctoritate predictis eandem monitionem et protestationem legi et interposui in hunc qui sequitur modum / **In dei nomine Amen** Ego Richardus hall clericus Artium magister vicedecanus ecclesie cathedralis Christi et beate Marie virginis Wigornie, Wigorniensis diocesis et presidens Capituli eiusdem ecclesie cathedralis vice et nomine meis, ac vice, nomine, et consensu omnium et singulorum Canonicorum et prebendariorum confratrum meorum hic capitulariter congregatorum

et plenum Capitulum facientium, monuo, palam, publice, et expresse, primo secundo et
tertio et peremptorie omnes et singulos excommunicatos, Suspensos, et Interdictos, ac alios
quoscunque (si qui forsan fuerint inter nos qui de iure vel Consuetudine in instanti elec-
tionis negotio de Episcopo et pastore futuro Ecclesie sive Cathedralis Wigorniensis preficiendo (dei om-
nipotentis auxilio) celebrando interessendi et interesse non debeant quod ab hac domo nostra
Capitulari, atque penitus hoc nostro Capitulo statim et sine mora recedant, nosque et alios cano-
nicos et prebendarios confratres nostros hic Capitulariter congregatos, ius, vocem, et inter-
esse in huiusmodi electionis negotio habentes ad quos solum et insolidum ius, interesse et
potestas nobis eligendi, pastorem, et Prelatum de iure et Consuetudine pertinuit et pertinet
libere eligere permittant protestans vel insuper omnibus via modo, et iuris forma
quibus efficacius et melius de iure possum, nomine meo, vicesque et nomine omnium et singulorum
Canonicorum et prebendariorum confratrum meorum hic Capitulariter congregatorum
ac ius et vocem in huiusmodi electionis negotio habentium, quod non est mea neque confratrum
meorum predictorum voluntas aut intentio talem vel tales (si qui sint) aut si
aliquis talis sit, quovismodo tanquam ius aut vocem in huiusmodi electione habentes admitte-
re, aut procedere vel eligere simul cum eisdem, immo volo et volunt quilibet nostrum, ne
nobis fiat preiudicium, quod voces talium (si que postmodum quod absit reperiantur) in electione
huiusmodi intervenisse, nulli prestent suffragium, nec afferant alicui nocumentum, sed prorsus
pro non receptis et non habitis, proque nullis omnino et invalidis penitus habeantur/ Et
deinde lecta Constitutione generalis Concilij quia propter et ac modis et formis in eadem contentis
coram nobis prefatis Vicedecano et Canonicis per supranominatum Willielmum Turnbull
publice tunc ibidem expositis et declaratis, nobisque prefatis Vicedecano et presidente et Cano-
nicis tunc ibidem (vt prefertur) Capitulariter congregatis atque plenum Capitulum facientibus, inter-
rogatis sigillatim per supradictum notarium publicum per quam viam de premissis expositis et
declaratis voluerimus procedere in hac parte, placuit (tractatu inter nos matura cum
deliberatione habito) nullo interveniente tractatu, nullaque hominum instigatione mediante
statim, subito, et repente nobis Vicedecano presidenti, et Canonicis huiusmodi vnanimiter
Spiritus sancti gratia (vt firmiter credimus) inspirata nullo nostrum contradicente sed
omnibus clamantibus, et expresse consentientibus, venerabilem virum magistrum Edwinum
Sandes in Sacra Theologia professorem, virum vtique providum et discretum vita et
moribus commendatum, ordinibus et etate legitimis constitutum in temporalibus et spiritua-
libus circumspectum, vnanimi voto et consensu nostris, quasi vno spiritu ac vna voce
in Episcopum sive pastorem dicte Ecclesie Cathedralis Wigorniensis eligere, ac dicte Ecclesie de eodem pro-
videre, quem sic tunc ibidem elegimus, et prefate Ecclesie de eodem providimus/ Ac deinde
nos Vicedecanus et presidens, et Capitulum memorati tunc ibidem, dilectos nobis in Christo
probos viros magistros Iohannem Lewes et Willielmum Say notarios publicos alme Curie
Cant' procuratores generales, et Walterum Bradford generosum coniunctim et divisim quemlibet
per se divisim et insolidum, ita quod non sit melior Conditio occupantis, neque deterior subsequentis, sed
quod vnus eorum inceperit id quilibet ipsorum libere prosequi valeat, mediare pariter
et finire, nostros veros et legitimos, et indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque
nostrorum gestores ac nuncios speciales ad effectum infrascriptum nominavimus, ordinavimus,
fecimus, et constituimus/ Dantes et concedentes eisdem procuratoribus nostris coniunctim et divisim cuilibet
(vt prefertur) per se divisim potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac nominibus
nostris et dicte nostre Ecclesie Cathedralis Wigorniensis predictam electionem de persona prefati magistri
Edwini Sandes factam et celebratam, ac ipsius formam, modum, et processum eidem
electo exhibendi intimandi et notificandi, eundemque instanter rogandi et requirendi quatenus
huiusmodi electioni de se facte atque celebrate suum consensum et assensum prestet et prebeat
atque prefatam electionem, modumque et formam eiusdem excellentissime in Christo principi et
domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defensori etc.
dicte Ecclesie Cathedralis et dicte cath' fundatrici et patrone invictissime presentandi, ipsiusque maiestati
regie quatenus huiusmodi electioni suum regalem assensum et consensum impendere, ac vobis
prefatis decano et Capitulo dicte cath' et Metropolitice Christi Cantuar' Ecclesie Archi-
episcopali ibidem vacante, ipsaque Ecclesia plena, Reverendissimo patri domino Archiepiscopo ibidem pro
tempore existenti cuicunque, seu alij Iudici in hac parte competenti cuicunque, prememo-
ratam electionem admittendi potestatem habenti sive habituro pro Confirmatione dicte electio-
nis huiusmodi rescribere dignaretur supplicandi, et obtinendi/ Ceteraque faciendi, exercendi et
expediendi que qualitas et natura prememorati electionis negotij de se exigit et requirit./
Quibus quidem omnibus et singulis sic (vt prefertur) gestis et expeditis domum nostram
Capitularem exivimus, et in Chorum dicte Ecclesie cath' Wigorniensis regressi sumus, Ac ibidem

apostolico viz We praise the o god, we knowledge the to be the lord & solempniter decantato,
Ego Richardus Hall vicedecanus et presidens Capli dict. et noie meo, atque vocibus nomine et
consensu, omnium et singulorum Canonicorum et prebendariorum confratrum meorum predictorum
capitulariter (ut premittitur) congregatorum veram formam, et modum hmoi electionis et
provisionis per nos (ut supradicitur) facte et celebrate, Clero et populo tunc ibidem presentibus
publice, et palam in lingua Anglicana demonstravi manifestavi, et declaravi.
In quorum omnium et singulorum fidem et Testimonium premissorum, Nos dicti de=
canus et Capitulum antedict. presens nrm electionis decretum sive processum, signo
nomine, Cognomine, atque Subscriptione dni Willmi Warmstrye Notarii publici
signari et subscribi, ac Sigilli nri appensione loco Subscriptionum nrarum
fecimus communiri / Dat. et act. fuerunt hec omnia et singula prout suprascri=
buntur et recitantur sub anno dni mense, diebus et locis suprascspecificat., presentibus
prenominat. testibus ad ea (ut premittitur) testificand. vocat. specialiter et rogatis. /

Et ego Willmus Warmstrye Herefordens. dioc. literatus publicus auctoritate sufficienti
notarius in et per Civitatem et dioc. Wigornien. Registrarius principalis etiam fulci=
tus / Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno dni mense
diebus et locis suprascriptis agebantur et fiebant, Unacum prenominat. testibus presidente
et Canonicis capitulariter congregatis, presens personaliter interfui, eademque omnia et singula
sic fieri vidi, scivi, audivi atque in notam prothocollarem sumpsi, Ideo hoc presens publicum
instrumentum dicte electionis decretum sive processum in se continens in hiis duabus per=
gameni petiis, manu mea propria scriptum, confeci, subscripsi, publicavi, et in hanc
publicam et autenticam formam redegi, Signoque, noie, Cognomine, et Subscriptione meis
solitis et consuetis Sigilloque communi dce ecclie cathedralis Wigorn appenso loco
subscriptionum eorundem presidentis et Canonicorum signavi in fidem, et testimonium
omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus. /

Instrumentum sup. Consensu dni electi

In dei noie amen per presens publici Instrumenti seriem Cunctis evidenter appareat
et sit notum, Qd anno dni Millimo Quingentesimo Quinquagesimo nono, mensis vero decembr.
die decimo, In quodam Interiori Cubiculo infra pallacium Reverendi patris London.
epi iuxta occidentalem partem ecclie cath. divi Pauli Civitate London. notorie sit. et situ=
at. Inque nrum notariorum publicorum subscriptorum presentiis, Constitutus personaliter probus
vir magr Walterus Bradford generosus, realiter exhibuit procuratorium suum Sigillo
communi et Capitulari venerabilium virorum (ut apparuit) dnorum decani et Capli
ecclie cathedralis Wigorn predict. sigillat. eidem magro Waltero Bradford fact. et
concess., et se partem pro eisdem decano et Capitulo fecit, ac noie procuratorio eorundem
presentavit, venerabili et egregio viro magro Edwino Sandes sacre Theologie professori
tunc et ibidem personaliter presens processum electionis de ipso et sua psona, in epum et
pastorem ecclie cath. Wigorn predicte fact. et celebrat. in et sub formis originalibus
eiusdem, Eundemque magrum Edwinum Sandes instanter rogavit et requisivit, qua=
tenus eidem electioni de ipso, et sua psona (ut premittitur) facte et celebrate consentire
dignaretur, dicto electo asserente, Qd licet se tanto muneri indignum iudicaret, tamen ne
ipse divine voluntati resistere videretur, electioni hmoi consentiebat, ac consensum et
assensum suos eidem prebuit in Scriptis per eum lectis, Tenorem qui sequitur de verbo
ad verbum in se complectens / **In dei noie amen** Ego Edwinus Sandes Sacre Theo=
logie professor in epum et Pastorem ecclie cath. Wigorn electus, atque ad consentiend. hmoi
electioni de me et psona mea in ea parte facte et celebrate ex parte et per partem ve=
nerabilium virorum decani et Capli ecclie cath. Wigorn predict. instanter rogatus et
requisitus, dei omnipotentis Clementia fretus, eidem electioni de me et psona mea (ut pre=
mittitur) facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis, patris, filii, et Spiritus Sancti
eidem electioni consentio, atque Consensum et Assensum meos semel atque iterum rogatus et
interpellatus prebeo eidem in his Scriptis **Super** quibus omnibus et singulis pre=
missis, tam ipse electus quam prenominatus magr Walterus Bradford generosus procura=
tor antedictus nos eosdem notarios publicos subscriptos sibi unum vel plura, publicum
seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testimonium exinde perhibere, in=
stanter respective rogarunt et requisierunt **Acta** fuerunt hec omnia et singula pre=
missa prout suprascribuntur et recitantur sub anno dni mense, die, et loco predictis. /

Et ego Petrus Johnson London. dioc. in Legibus Baccalaureus et publicus sufficienti auctoritate notarius, Quia supradicti procuratorii exhibitioni ac processus electionis pronunciationi putationi et ad eundem consensui, Ceterisque premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini, mense, die, et loco predictis agebantur et fiebant, una personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri scivi, vidi et audivi, Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu aliena de meo mandato me interim aliis impedito fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, et publicavi atque in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine et Cognomine ac subscriptione meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum specialiter rogatus et requisitus.

Et ego Johannes Incent Cantuarien. dioc. publicus sacra auctoritate regia Notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini, mense, die, et loco predictis agebantur et fiebant, una cum prenominato magistro Petro Johnson Notario publico presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi, scivi et audivi, atque in notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu aliena (me interim aliis impedito negotiis) fideliter scriptum exinde fieri feci et confeci, Signoque nomine, cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

Tenor Schedule contra oppositores

In dei nomine amen Nos Nicholaus Bullingham legum doctor, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter deputatus et constitutus, In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Edwini Sandes sacre Theologie professoris in Episcopum Wigorn. electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam, dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam in debita Juris forma dicturos, excepturos et proposituros, rite et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam aliquid dicentes, excipientes vel opponentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli ecclesie cathedralis Wigorn. pronunciamus Contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia seu contumacia in aliquo non obstante.

Juramentum dicti electi Wigorn.

I Edwine Sandes, elect Busshoppe of Worcester do utterlie testifie and declare in my Conscience, that the Quenes highnes ys thonlie supreme Governour of this Realme, and of all other her highnes domions and cuntries as well in all spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as Temporall, And that no forreine prince, person, prelate, State, or potentate hath or ought to have any Jurisdiction power, superioritie, preeminence or Authoritie ecclesiasticall or Spirituall within this Realme, And therfore do utterlie renounce and forsake all forreine Jurisdictions, powers, superiorities, and Authorities and do promise, that from henceforth I shall bear faith and true allegeance to the Quenes highnes her heires and lawfull successours, and to my power shall assist and defend all Jurisdictions, privileges, preeminence and Authorities graunted or belonging to the Quenes highnes her heires and successours or united and annexed to thimperiall Crowne of this Realme, so helpe me god and by the contents of this Booke.

Sententia diffinitiva

In dei nomine amen auditis, visis, et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Nicholaum Bullingham legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepiscopi totius

Angliæ primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter deputatus et constitutus, meritis et circumstantiis cuiusdam causæ sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Edwini Sandes sacræ Theologiæ professoris in episcopum et pastorem ecclesiæ cathedralis Wigorniensis per deprivationem et amotionem magistri Richardi Pates sacræ Theologiæ etiam professoris ultimi episcopi ibidem vacantis electi facti et celebrati quæ coram nobis aliquamdiu vertebatur, et in præsenti vertitur et pendet indecisa. Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos ~~toto et integro processu~~ de iure et Statuto huius Regni Angliæ servandis ad nostri decreti finalis sive sententiæ diffinitivæ Confirmationis in huiusmodi negotio ferendi prolationem sic duximus procedendum, et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum ecclesiæ cathedralis Wigorniensis predictæ de prefato magistro Edwino Sandes electo huiusmodi viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato libero et de licito matrimonio procreato, atque in ætate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse seu obviare quominus in episcopum Wigorniensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco nos Nicholaus Bullingham Commissarius antedictus, attentis premissis et aliis virtutum et meritis super quibus prefatus electus Wigorniensis fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris proponentes, de et cum consilio iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus predictam electionem de eodem venerabili viro magistro Edwino Sande factam et celebratam, auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis commissa confirmamus, defectus quoscumque in dicto electionis negotio (si qui forsan sint) intervenientes quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ad petitionem partium ita petentium ferimus et promulgamus in his scriptis.

Consecratio domini Edwini Sande episcopi Wigorniensis

Vicesimo primo die mensis decembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo Nono in Capella Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliæ primatis et Metropolitani infra manerium suum de Lambehith, eadem Capella eo modo ornata prout in Actu Consecrationis dicti Reverendissimi patris describitur, precibus Matutinis finitis, habitaque Concione per magistrum Alexandrum Nowell Capellanum dicti Reverendissimi patris accepto in Themate Attendite vobis et universo gregi etc. Dictus Reverendissimus pater Capa indutus ad sacram cenam peragendam processit. Cui ministrabant operamque suam prestabant magister Nicholaus Bullingham Lincolniensis et Edmundus Gest Cantuariensis respective Archidiaconi similiter Capis induti. Evangelio finito prefatus Reverendissimus pater assistentibus sibi in hac parte Reverendis patribus Willelmo Barlowe Cicestrensi, Johanne Scory Herefordensi respective episcopis, necnon Johanne Hodgeskin Bedfordensi Suffraganeo, superpelliciis amictis, virtute et auctoritate literarum regiarum patentium eidem Reverendissimo patri inscriptarum, Munus Consecrationis Reverendo patri domino Edwino Sande sacræ Theologiæ professori in episcopum et pastorem ecclesiæ cathedralis Wigorniensis electo et confirmato (Ceremoniis et ritibus in Actu Consecrationis dicti Reverendissimi patris expressis) adhibitis impendebat et eum episcopalibus insigniis decoravit et insignivit, presentibus tunc et ibidem egregiis viris magistris Anthonio Huse Armigero dicti Reverendissimi patris Registrario principali, Thoma Argall etiam Armigero Curiæ prerogativæ Cantuariensis Registrario principali, Thoma Doile, Johanne March et Johanne Baker generosis cum multis aliis.

Cicestren

Acta habita et facta in Negocio Confirmationis electionis Venerabilis viri magistri Willelmi Barlowe nuper Bathon et Wellen episcopi in episcopum Cicestren electi, Vicesimo die mensis Decembris Anno domini 1559 Et Regni felicissimi illustrissime in Christo principis et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regine, fidei defensoris etc. Anno Secundo in Ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London, dicte Ecclesie Cantuarien iurisdictionis immediate coram Venerabilibus viris magistris Nicholao Bullingham et Thoma Yale legum doctoribus et Edwardo Leedes in legibus Licentiato Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani, mediantibus literis Commissionalibus patentibus legitime in hac parte sufficienter fulcitis Commissarijs ad infrascripta specialiter deputatis et constitutis, in presentia mei Johannis Incent notarij publici in Actorum Scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonij Huse Registrarij primarij dicti Reverendissimi patris assumpti prout sequitur viz.

Acta confirmationis electionis domini W. Barlo electi Cicestren

Die et loco predictis inter horas nonam et undecimam ante meridiem putatis coram Commissarijs supradictis literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eis in hac parte directis ac per eosdem commissarios visis, perspectis et ponderatis dicti Commissarij ob reverentiam et honorem dicti Reverendissimi patris assumpserunt in se onus dicte Commissionis et decreverunt procedendum fore iuxta vim, formam et effectum earundem et assumpserunt me Johannem Incent notarium publicum antedictum in Actorum Scribam etc. Deinde comparuit personaliter magister Edwardus Bigges, et exhibuit procuratorium suum pro Venerabilibus viris decano et Capitulo ecclesie cathedralis Cicestren et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli presentavit eisdem Commissarijs Venerabilem virum magistrum Walterum Jones in legibus Baccalaureum, ac e regione eorundem Commissariorum sistebat qui exhibuit procuratorium suum pro dicto Venerabili viro magistro Willelmo Barlowe Cicestren electo et fecit se partem pro eodem. Et tunc dictus magister Bigges exhibuit mandatum Citatorium originale, una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt omnes et singulos Citatos preconizari. Ac consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum etc. ad fores dicte ecclesie parochialis de Arcubus predicte et nullo eorum comparente nec aliquid in hac parte obijciente vel opponente dictus magister Edwardus Bigges accusavit eorum contumacias, et petijt eos et eorum quemlibet reputari contumaces, ac eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius in hac parte opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam precludi. Ad cuius petitionem dicti domini Commissarij pronunciarunt eos contumaces, ac in penam huiusmodi viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet precluserunt, necnon ad petitionem dicti magistri Bigges ad ulteriora in dicto Confirmationis negocio procedendum fore decreverunt, prout in Schedula per prefatum magistrum Nicholaum Bullingham de Consensu collegarum suorum lecta plenius continetur. Qua quidem Schedula sic lecta prefatus magister Edwardus Bigges in presentia prefati magistri Walteri Jones procuratoris dicti electi Cicestren antedicti dedit Summariam petitionem in Scriptis quam petijt admitti. Ad cuius petitionem dicti Commissarij admiserunt dictam Summariam petitionem et assignarunt dicto magistro Bigges ad probandum contenta in eadem ad statim. Deinde Bigges in subsidium probationis Contentorum in dicta Summaria petitione exhibuit literas patentes Regias de Consensu suo Regio eidem electioni adhibito, ac prefato Reverendissimo patri pro Confirmatione eiusdem electionis directas. Quibus sic factis dicti Commissarij ad petitionem dicti magistri Bigges assignarunt sibi ad proponendum omnia ad statim. Et tunc Bigges exhibuit omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita et proposita, quatenus sibi conducunt et non aliter nec alio modo. Et tunc dicti ad petitionem Bigges assignarunt sibi ad concludendum ad statim, dicto Bigges concludente cum eisdem dictis Commissarijs secum etiam concludentibus. Qua conclusione sic facta dicti ad petitionem Bigges assignarunt ad audiendum sententiam suam finalem decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina preconizatione oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte opponentium, dicti Commissarij ad petitionem Bigges pronunciarunt eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi decreverunt procedendum fore ad prolacionem sentencie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferende, ipsorum sic citatorum et non comparentium absencia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per memoratum magistrum Nicholaum Bullingham de consensu collegarum suorum lecta dilucidius continetur. Quibus itaque in ordine gestis, ac prestito per magistrum Walterum Jones nomine procuratorio prefati domini electi Cicestren, ac in animam ipsius domini electi juramento corporali juxta formam descript. in Statut. parliamenti Anno primo Regni domine nostre Regine Elizabethe edit. fa prefati domini Commissarii tulerunt et promulgarunt sentenciam diffinitivam in scriptis per prefatum magistrum Nicholaum Bullingham de consensu collegarum suorum lectam, pronunciando decernendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur, Super quibus tam prefatus magister Walterus Jones quam dominus Edwardus Biggs procuratores respective antedicti, nos eundem Johannem Incent sibi unum vel plura, publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt. Postremo autem dicti domini Commissarii ad peticionem tam procuratoris prefati domini electi et confirmati quam procuratoris decani et Capituli dicte cathedralis ~~divi Petri~~ Cicestren predict. decreverunt ipsum dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore, Curamque regimen, et Administracionem spiritualium et temporalium dicti episcopatus Cicestren eidem domino electo et confirmato commiserunt, Ac in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus Cicestren juriumque, dignitatum, honorum, preeminenciarum et pertinenciarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore etiam decreverunt per Archidiaconum Cantuar. vel eius deputatum juxta dicte cath. Cicestren morem legibus et statutis huius Regni Anglie non repugnantem aut adversantem. / / / / / /

Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina, fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri domino Matheo Archiepiscopo Cantuarien. totius Anglie primati et Metropolitano salutem. Cum vacante nuper sede episcopali Cicestren per mortem Johannis Christopherson ultimi episcopi eiusdem ad humilem peticionem decani et Capituli ecclesie cathedralis Cicestren eisdem per literas nostras patentes licenciam concesserimus alium sibi eligendi in episcopum et pastorem sedis predicte, idemque decanus et capitulum vigore et obtentu licencie nostre predicte dilectum nobis in Christo Willelmum Barlo sacre theologie professorem ac nuper episcopum Bathon. et Wellen. sibi et ecclesie Cicestren predict. elegerunt in episcopum et pastorem, prout per literas suas patentes sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum Assensum adhibuimus pariter et favorem et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, quatenus eundem magistrum Willelmum Barlo in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Cicestren predicte (sicut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare, ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali juxta formam et effectum Statutorum in ea parte edit. et provis. velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. T. meipsa apud Westm. xviij die Decembris Anno r. n. secundo. / / Ha. / / / Cordell. / / / / /

Lre patentes de Assensu regio

Pateat universis per presentes quod nos decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Cicestren, dilectos nobis in Christo Edwardum Biggs, Thomam Willett, Willelmum Saye, Robertum Alley, Johannem Incent, Petrum Smith, Petrum Clarke et Willelmum Babham notarios publicos coniunctim et divisim nostros veros, certos, legitimos, ac indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumque nostrorum gestores, et nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus, et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice, loco et nominibus nostris venerabilem et egregium virum magistrum Willelmum Barlo sacre theologie professorem in episcopum et pastorem ecclesie cath. Cicestren predicte per nos electum seu eius procuratorem legitimum temporibus et loco congruis et oportunis adeundi, ipsumque ex parte nostra ad consentiendum electioni de persona sua facte et celebrate debita cum instantia petendum et requirendum, necnon electionem huiusmodi per nos de persona prefati magistri Willelmi Barlowe

Procuratorium Capituli Cicestren

(vel preficitur) factam et celebratam excellentissime in Christo principi, et domine nostre, domine Eliza=
bethe dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defensori etc. dicte ecclesie cathedralis
patrone et fundatrici intimandi et notificandi, ac eius consensum et assensum regios in ea
parte humiliter implorandi, ac decretum electionis predicte et personam per nos (vel pre=
mittitur) electam coram quibuscumque personis una vel pluribus regia auctoritate vel alia in hac
parte legitime fulcitis presentandi et exhibendi, dictumque decretum sive processum electionis predicte
et personam sic (vel premittitur) electam in debita juris forma confirmari et approbari de=
fectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petendi, requirendi et
obtinendi, agendique et defendendi ac litem seu lites contestandi, et contestari videndi, ar=
ticulum seu articulos, libellum sive libellos, seu quascumque summarias petitiones dandi et pro=
ponendi, testes, literas, et instrumenta, ac alia quecumque probationum genera producendi
et exhibendi, testesque huiusmodi iurari videndi et audiendi, in causa seu causis concludendi
et concludi videndi, dictumque confirmationis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem
inclusive prosequendi, necnon administrationem omnium et singulorum spiritualium et tem=
poralium dicti episcopatus eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corpo=
ralem possessionem eiusdem episcopatus, iuriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et
pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum prout decet, petendi, requirendi
et obtinendi / Et generaliter omnia et singula alia faciendi, exercendi, et expediendi que
in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de=
se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittimusque nos ratum,
gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri aut
eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca
et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus
per presentes. In cuius rei testimonium sigillum venerabilium virorum decani et capituli
ecclesie cath. et metropolitice Christi Cantuarien. quo utimur tempore vacationis
sedis archiepiscopalis ibidem presentibus apponi (eo quod sigillum nostrum in presenti ad manus
nostras non habemus) fecimus et obtinuimus / Dat. nono die mensis Decembris Anno domini 1559.

Procuratorium Domini electi Cicestrensis

Pateat universis per presentes / quod ego Willelmus Barlowe in episcopum Cicestrensem
per venerabiles viros decanum et capitulum ecclesie cath. Cicestrensis legitime electus, dilectum
mihi in Christo Walterum Jones in legibus Baccalaureum meum verum, et legitimum procuratorem
actorem, factorem, negotiorumque meorum gestorem, ac nuntium specialem ad infrascripta, nomino,
ordino, facio, et constituo per presentes, doque et concedo eidem procuratori meo potestatem gene=
ralem et mandatum speciale pro me ac vice, loco, et nomine meis coram Reveren=
dissimo in Christo patre et domino, domino Matthaeo permissione divina Cantuarien. Archiepiscopo totius
Anglie primate et metropolitano seu eius commissariis in hac parte specialiter
et legitime deputatis, comparendi meque a personali comparitione excusandi ac causam et
causas absentie mee huiusmodi allegandi, et proponendi ac si opus fuerit fidem desuper
faciendi, et iurandi, electionemque de me et persona mea ad dictum episcopatum Cicestrensem
per prefat. decanum et capitulum ecclesie cath. Cicestrensis factam et celebratam per dictos
commissarios regios approbari et confirmari, meque in episcopum Cicestrensem predict. recipi
et admitti, atque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus Cicestrensis
iuriumque et pertinentiarum suorum universorum induci et inthronizari petendi, requirendi et
impetrandi, decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et interponi
petendi et obtinendi, iuramentumque insuper tam de fidelitate, subiectione, et obedientia domine Se=
renissime domine nostre Regine Elizabethe, heredibusque et successoribus suis prestandum et exhi=
bendum necnon de renuntiando, recusando, et refutando omnem et omnimodam auctoritatem, potestatem,
iurisdictionem, et superioritatem forinsecas et extraneas secundum vim, formam, et effectum
statut. huius inclyti Regni Anglie in ea parte editorum et provisorum quam etiam aliud
quodcumque iuramentum licitum et honestum, ac de iure, legibus et statutis huius regni
Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandi
subeundi et iurandi / Et generaliter omnia et singula alia faciendi, exercendi, expediendi
et exequendi que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam=
si mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum, promittoque me
ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus procurator
meus fecerit in premissis vel aliquo eorundem sub ypotheca et obligatione omnium et
singulorum bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem

apponi per presentes. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri Officialis domini Archidiaconi predicti presentibus apponi procuravi. Et nos Officialis antedictus ad specialem rogatum dicti constituentis sigillum Officii nostri huiusmodi presentibus apposuimus. Dat. xviijo die mensis Decembris Anno domini 1559 Regnique felicissimi dicte serenissime domine nostre Regine Anno secundo.

Citatio contra oppositores

Matheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus Universis et singulis Rectoribus, Vicariis, Capellanis, Curatis et non Curatis clericis et litteratis quibuscumque per provinciam nostram Cantuarien ubilibet constitutis salutem, graciam et benedictionem. Cum vacante nuper ecclesia cathedrali Cicestren per mortem naturalem domini Johannis Christoferson ultimi et immediati episcopi eiusdem, Decanus et Capitulum dicte ecclesie cathedralis Cicestren predicte pro electione novi et futuri episcopi et pastoris eiusdem dicte, (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negocio (termino ad id rite assignato) procedentes, venerabilem virum magistrum Willelmum Barlowe nuper Bathon et Wellen episcopum in eorum et dicte ecclesie cathedralis predicte episcopum elegerunt, Cumque serenissima in Christo princeps et domina nostra, domina Elizabeth, dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina, fidei defensor etc. ad humilem petitionem dictorum Decani et Capituli eidem electioni de persona prefati electi (ut premittitur) facte et celebrate, et persone electe regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per litteras suas patentes magno sigillo suo sigillatas nobis significaverit, Mandando quatenus personam electam et electionem huiusmodi confirmare et iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda prout per easdem litteras patentes regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem serenissime domine nostre Regine mandatis pro Officii nostri debito parere, ac in huiusmodi confirmationis negocio iuxta iuris et Statutorum huius inclyti Regni Anglie exigentiam procedere, Omnes et singulos (si qui essent) qui contra dictam electionem, seu formam eiusdem, personamve electam dicere vel opponere voluerint ad diem et locum et effectus subscriptos vocandos et citandos fore decrevimus iustitia id poscente; Vobis igitur coniunctim et divisim committimus, et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie, publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Arcubus London, decanatus de Arcubus nostri, et dicte nostre ecclesie Christi Cant. iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra dictam parrochiam predictam, vel in aliis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam, dicere, obiicere, excipere, vel opponere voluerint, Quod compareant coram nobis, aut Vicario nostro in spiritualibus generali seu Commissario nostro in hac parte speciali in eadem ecclesia parrochiali beate Marie de Arcubus die Mercurii prox. futur. viz. vicesimo die presentis mensis Decembris inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum tunc sequen. et locorum (si oportebat) contra huiusmodi electionem, formam eiusdem, et personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) dictur., excepitur et propositur., factur. ulterius et recepturi quod iustitia in hac parte suadebit et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt, Intimantes insuper modo et forma prerecitatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere, quibus nos etiam harum serie sic intimamus, Quod sive ipsi sic citati dictis die, hora et loco coram nobis aut nostro Vicario in spiritualibus generali aut Commissario antedict. comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam obiicere, excipere et opponere curaverint sive non, Nos nihilominus in dicto negocio iuxta iuris et Statutorum in hac parte editorum exigentiam procedemus seu sic procedet noster in spiritualibus Vicarius generalis sive Commissarius huiusmodi, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis Nos, aut Vicarium nostrum sive Commissarium huiusmodi dictis die et loco debite certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum duxerit exequendum prout decet. In cuius rei testimonium sigillum quo in similibus ad presens utimur presentibus apponi fecimus Dat. xviijo die mensis Decembris Ao domini 1559 et nostre Cons. Anno primo.

Vicesimo die mensis Decembris Anno domini 1559 in Ecclesia parochiali beate Marie
de Arcubus London coram magistris Nicholao Bullingham, Thoma Yale, et Edwardo
Leedes Commissariis etc. in presentia mei Johannis Incent notarii publici Comparuit personaliter
Robertus Haynes Mandatarius etc. et certificavit se executum fuisse istud presens
mandatum in Ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus predicta isto die mane
circa horam septimam ante meridiem iuxta formam retroscriptam super quibus
fecit fidem.

prima Schedula contra oppositores

In dei nomine amen, Nos Nicholaus Bullingham legum doctor, Reverendissimi
in Christo patris, et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius
Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim
specialiter deputatus et constitutus, In negotio Confirmationis electionis de persona ve=
nerabilis et eximii viri magistri Willelmi Barlowe in episcopum et pastorem Ecclesie
cathedralis Cicestren electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, Omnes et
singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam
electam, dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis
istis die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem for=
mam eiusdem, aut personam electam in debita iuris forma dicturi excepturi et pro=
posituri legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter
expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris decani et Capituli
Ecclesie cathedralis Cicestren pronunciamus contumaces ac ipsis et eorum cuilibet in
penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra
dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi precludimus
in his scriptis, ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmatio=
nis negotio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie
exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo
non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre, et domino, domino
Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie primate et
Metropolitano, vestrove Vicario in Spiritualibus generali aut Commissario quocumque
procurator venerabilium virorum decani et Capituli dicte Ecclesie cathedralis Cicestren dicit, alle=
gat et in his scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam sum=
marie petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Imprimis videlicet quod Sedes episcopalis Cicestren per mortem naturalem domini Johannis
Christoforson ultimi episcopi Cicestren nuper vacare cepit, et aliquamdiu va=
cavit pastorisque solatio caruit, hocque fuit et est verum, publicum, notorium,
manifestum pariter et famosum, et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet.

Item quod dicta Sede episcopali Cicestren (ut premittitur) sicut vacante, decanus et
Capitulum dicte Ecclesie cathedralis predicte capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia
Regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem et domum suam Capitularem
Ecclesie cathedralis predicte ad electionem futuri episcopi Cicestren celebrandam unanimiter et
concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem Ecclesie Canonicos et preben=
darios ius vocis, aut interesse in eadem electione habentes vel habere pre=
tendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuri et pro=
cedi visuri legitime et peremptorie citari fecerunt hocque fuit et est verum etc.
et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis videlicet die
mensis ultimi preteriti capitulariter congregati et plenum capitulum facientes
servata primitus per eos de iure et dicte Ecclesie Consuetudine servanda
habito primitus tractatu diligenti, de persona idonea in episcopum et pastorem dicte
Ecclesie cathedralis predicte eligenda, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contra=
dicente vel reclamante, venerabilem virum magistrum Willelmum Barlowe

in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum elegerunt et ecclesie memorate de eodem providerunt. Et ponit ut supra

Item quod electio huiusmodi et persona electa die prenotato in ecclesia cathedrali Cicestrensi predicta coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregat' debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra

Item quod dictus venerabilis vir magister Willelmus Barlowe in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Cicestrensis (ut premittitur) electus, huiusmodi electioni de se et persona sua (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem peticionem eorundem decani et capituli debitis loco et tempore consentijt, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra

Item quod prefatus magister Willelmus Barlowe fuit et est vir providus et discretus, sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius, hocque fuit et est verum etc. Et ponit ut supra

Item quod prefati decanus et capitulum huiusmodi electionem et personam electam serenissime domine nostre regine Elizabethe per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas, pro officij sui debito iuxta statutum huius regni Anglie significarunt et intimarunt, hocque fuit et est verum etc. Et ponit ut supra

Item quod presentato pro parte decani et capituli antedict' eidem regie sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem serenissima domina nostra regina pro sua clementia regia huiusmodi electioni de persona prefati magistri Willelmi Barlowe (ut premittitur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque rat' et gratam habuit et habet. hocque fuit et est verum etc. Et ponit ut supra

Item quod dicta serenissima domina nostra regina vobis prefat' reverendissimo patri de assensu et consensu suis regijs huiusmodi, eidem electioni (ut premittitur) adhibitis per suas literas patentes vobis inscript' et direct' non solum significavit et intimavit, verumetiam earundem literarum suarum patentium vigore vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et eundem electum confirmare, ipsumque episcopalibus insignijs insignire et decorare, ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore hocque fuit et est verum etc. Et ponit ut supra

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, unde facta fide de iuris in hac parte requisita, ad quam faciendam offert se pars dict' decani et capituli prompt' et parat' pro loco et tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et statut' huius regni Anglie exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte vigorem / Curamque regimen, et administracionem episcopatus Cicestrensis eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus Cicestrensis, iuriumque honorum, dignitatum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes, si qui forsan in dicto electionis negotio intervenerint. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad

omnia et singula premissa proband, nec ad onus superflue probationis de quo pro-
testatur, sed quatenus probaverit in premissis dabitur obtinat in petitis, Juris bene-
ficio et dicti dni nri Regine gratia speciali in omnibus semper salvis, vestrum officium
dni Judex antedicti humiliter implorand.

Tertia Schedula contra oppositores

In dei noie Amen Nos Nicholaus Bullingham legum doctor Reveren-
dissimi in xpo pris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi
totius Anglie Primate et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clau-
sula co^m et di^m specialr deputatus et constitutus, In negocio confirmationis electionis
de psona venerabilis et egregii viri magri Willmi Barlowe in epum et pasto-
rem ecclie cath Cicestren electi, facte et celebrate rite et lcitime procedentes, omnes
et singulos oppositores, qui contra dcam electionem, formam eiusdem, psonamve in hac
parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint ad comparend coram
nobis isto die hor et loco, (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem, formam
eiusdem, ac psonam electam in debita Juris forma dictur. excipitur et proponitur. rite
et peremptorie citatos, sepius puce preconizatos, diuq et sufficienter expectatos et
nullo modo comparen, nec contra dcam electionem, formam eiusdem, aut psonam electam
hmoi aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes ad peticonem procuratoris
decani et capli eccle cath Cicestren pronunciamus contumaces, et in penam
contumaciarum suarum hmoi decernimus procedend fore ad prolationem sne
diffinitive sive decreti finalis in hmoi causa ferend, ipsorum sic citatorum et non
comparentium contumac in aliquo non obstan.

Juramentum Dni electi Cicestren

I William Barlowe electe Busshoppe of Chichester do utterlie testefie
and declare in my Conscyence, that the Quenys highnes ys thonlie su-
preame Governor of thys Realme and of all other her highnes domions and
Contreys as well in all spuall or ecclastical thinge or causes as Temporall
And that no forraine prince, pson, prelate, State, or Potentate, hath or ought
to have any Jurisdiction, power, Superiorite, preeminence or Authorytie eccles-
iasticall or spirituall within thys Realme, And therfore I do utterlie renownce
and forsake all forraine Jurisdictions, powers, Superiorities, and Authorities
and do promise that from hensforth, I shall bear faith and true Allegeaunce
to the Quenys highnes, her heires and lawfull Successors and to my power
shall assist and defend all Jurisdictions, priviledge, preeminence, and au-
thorities graunted or belonginge to the Quenys highnes her heires, and Succr
or united and annexed to the Imperiall Crowne of thys Realme So helpe
me god and by the Contente of thys Booke.

Snia diffinitiva

In dei noie Amen, Auditis, visis, et intellectis, ac plenarie et mature discus-
sis per nos Nicholaum Bullingham legum doctorem Reverendissimi in xpo pris et
dni, dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie primate
et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula com et div spialr
deputatum et constitutum, meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negocii confir-
mationis electionis de psona venerabilis et egregii viri magri Willmi Barlowe
in epum et pastorem ecclie cathedralis Cicestren per mortem naturalem dni
Johis Christofarson ultimi epi ibm vacan electi, facte et celebrate, que coram
nobis aliquamdiu vertebatur et in pnti vertitur et pendet indecis, rimato primitus
per nos toto et integro processu, coram nobis in dco negocio habito et facto, atq
diligenter recensito. Servatisq per nos de Jure et Statuto huius regni Anglie
servand, ad Jud decreti finalis sive sententie diffinitive in hmoi causa fe-
rend prolationem sic duximus procedend et procedimus in hunc qui sequitur modum
Quia per Acta, exhibita, producta et probata coram nobis in hmoi Confirma-
tionis negocio, comperimus et luculenter invenimus electionem ipam per decanum

et Capituli ecclesie cathedralis Cicestren de prefato venerabili viro magistro Willmo Barlowe electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto esse et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiastice institute obviasse seu obviare, quo minus in episcopum Cicestren auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari. Idcirco nos Nicholaus Bullingham Commissarius antedictus, attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus electus Cicestren fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes, de et cum consensu iurisperitorum cum quibus in hac parte contulimus, predictam electionem de eodem venerabili viro magistro Willmo Barlowe (ut premittitur) factam et celebratam auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus, defectus quoscunque in hoc negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure poterimus supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ad peticionem partium ita poscentium ferimus et promulgamus in his scriptis.

Acta habita et facta in Negocio Confirmationis electionis venerabilis viri magistri Johannis Jewell sacre theologie professoris in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Sarum electi, vicesimo octavo die mensis Januarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, nono et Regni felicissimi, illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine, fidei defensoris etc. Anno Secundo in Ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London, ecclesie Christi Cantuar. Jurisdictionis immediate coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani mediantibus literis Commissionalibus patentibus eiusdem in hac parte legitime fulcito Vicario in spiritualibus generali et officiali principali, ac Commissario in hac parte specialiter deputato, in presentia mei Johannis Incent notarii publici in actorum scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonii Huse Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris assumpti prout sequitur viz.

Sarz

Die et loco predictis inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei putat. coram prefato magistro Thoma Yale Commissario antedicto literis Commissionalibus patentibus eiusdem etc. ac per me prefatum notarium publicum de Mandato dicti magistri Yale publice perlectis, comparuit personaliter magister Edwardus Bigges notarius publicus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et capitulo ecclesie cathedralis Sarum et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli presentavit eidem magistro Yale Commissario antedicto probum virum magistrum Thomam Willett ac e regione dicti Commissarii sistebat, qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Johanne Jewell electo huiusmodi et fecit se partem pro eodem. Et tunc dictus magister Bigges, exhibuit Mandatum citatorium originale una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores citatos preconizari, Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum etc. ad foras ecclesie parochialis de Archubus predict. et nullo eorum comparente nec aliquid in hac parte obiciente, vel opponente, dictus magister Bigges accusavit eorum contumacias, et petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces et eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam precludi, Ad cuius peticionem dictus dominus Commissarius pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam etc. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet precludit, nec non ad peticionem dicti magistri Bigges ad ulteriora in dicto

Acta confirmationis electionis domini Jo. Juell Episcopi Sarz

Confirmationis negotio procedendum fore decrevit, prout in Schedula per eum lecta plenius continetur, Qua quidem Schedula sic lecta prefatus magr Bigge in presentia prefati magri Thome Willett procuratoris dni electi Sarum antedicti dedit Summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti, Ad cuius peticionem dns admisit dictam Summariam peticionem quatenus de iure &c. Et assignavit dco magro Bigge ad probandum contenta in eadem ad statim, Deinde Bigge in subsidium probationis content in dca Summaria petitione hmōi exhibuit lras patentes regias de consensu suo regio electioni de prefato magro Iohe Jewell in hac parte facte et celebrate exhibit ac prefato Reverendissimo pri pro confirmatione eiusdem electionis direct. Quandam processum electionis de persona prefati electi fact et celebrat. Quibus sic gestis dns ad peticionem magri Bigge assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim, Et tunc Bigge exhibuit omnia et singula per eum in dicto negotio exhibita et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter nec alio modo / Et tunc dns ad peticionem Bigge assignavit sibi ad concludendum ad statim. dco Bigge concludente cum dno secum etiam concludente / Qua conclusione sic facta, dns ad peticionem Bigge assignavit ad audiendum Sniam suam finalem decretum ad statim, Consequenter vero facta alia trina preconizatione oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte opponentium dns ad peticionem Bigge pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam contumacie suarum huiusmodi decrevit procedendum fore ad prolationem Sniae diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferend ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in Schedula per dnm lecta plenius continetur, Quibus sic in ordine gestis ac prestito per eundem magrum Thomam Willett noie procuratorio prefati dni electi Sarum, ac in animam ipsius dni electi iuramento corporali iuxta formam descriptam in Statut parliamenti Anno primo regni dne nre Regine Elizabethe edit. dns ad peticionem Bigge tulit et promulgavit Sniam diffinitivam in scriptis per eum lectam, pronunciando, decernendo, declarandum faciendum prout in eadem continetur, Super quibus tam prefatus magr Thomas Willett quam memoratus Edwardus, me eundem notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt. Postremo autem dns ad peticionem tam procuratoris prefati dni electi et confirmati, quam procuratoris decani et Capituli ecclie cath Sarum predicte decrevit eundem dnum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore, curamque Regimen et Administrationem spiritualium et temporalium dci Epatus Sarum eidem dco electo et confirmato commisit, Ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dci Epatus Sarum, iuriumque, dignitatum, honorum, preeminentiarum et spectantium suorum universorum inducendum et intronizandum fore etiam decrevit per Archinum Cantuar. vel eius deputatum iuxta dicte ecclie Sarum morem et consuetudinem, legibus et Statutis huius Regni Anglie non repugnant aut adversant.

lre patentes de Assensu regio

Elizabeth, dei gratia Anglie, ffrancie et Hibernie Regina ffidei defensor &c. Omnibus Archiepis, epis, et aliis quibuscumque quorum in hac parte intererit salutem, Vacante nuper Epatu Sarum per mortem Dni Iohis ultimi epi ibm Decanus et Capitulum ibm licentia primitus a nobis per ipsos alium eligendum in eorum epum petita pariter et obtenta, dnm Iohem Jewell sacre Theologie professorem in eorum pastorem et epum canonice elegerunt et nominaverunt sicut per eorum lras in ea parte, quas vobis mittimus presentibus interclusas plenius liquet, Cui quidem electioni et persone sic electe, humilibus eorum mediantibus supplicationibus, nrum regium adhibuimus favorem pariter et assensum, et eundem electum apud vos recommendatum habemus / Quocirca vobis mandamus qd cetera omnia que per vos ad confirmacionem et consecracionem eiusdem in dicto Epatu fieri consueverunt secundum leges et Statuta Regni nri Anglie in hac parte edit. et provisa cum favore et diligentia facere velitis / In cuius rei testi=

monium has literas nostras fieri fecimus patentes, T. meipsa apud Westm' xvijo die Decem=
bris Anno r. n. secundo. / per breve de privato sigillo et de dat' predicta
auctoritate parliamenti. ff. Cordell /

Pateat universis per presentes quod nos Decanus et Capitulum ecclesie cathedralis
Sar' dilectum nobis in Christo Edwardum Bigge notarium publicum nostrum verum, certum, et
legitimum procuratorem, actorem, factorem, negociorumque nostrorum gestorem et nuncium specialem
ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus, et constituimus per presentes. / Damusque et
concedimus eidem procuratori nostro potestatem generalem, et mandatum speciale pro no=
bis ac vice, loco, et nomine nostris venerabilem et dominum virum magistrum Johannem ~
Jewell sacre Theologie professorem in episcopum et pastorem dicte cath' ecclesie Sar' predict'
per nos electum seu eius procuratorem legitimum temporibus et locis congruis et oportunis
adeundi, ipsumque ex parte nostra ad consentiendum electioni de persona sua facte et ce=
lebrate debita cum instantia petend' et requirend'. / Necnon electionem huiusmodi per
nos de persona prefati magistri Johannis Jewell (ut prefertur) factam et celebratam excel=
lentissimo in Christo principi et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, Fran=
cie, et Hibernie Regine, fidei defensori etc. ac dicte ecclesie patrone et fundatrici intimand' ~
et notificand', ac eius consensum et assensum regios in ea parte humiliter implorand'
Ac decretum electionis predicte et personam per nos (ut premittitur) electam cora[m]
quibuscumque personis vna vel pluribus regia auctoritate vel aliis in hac parte legitime ~
fulcit' petend' et exhibend', dictumque decretum sive processum electionis predicte et per=
sonam sic (ut premittitur) electam in debita iuris forma confirmari et approbari, ac de=
fectus (si qui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petend' requirend'
et obtinend' in causa seu causis concludend' et concludi videnđ. Necnon adminis=
trationem omnium et singulorum spiritualium et temporalium dicti episcopatus, ~~iuriumque~~ eidem
electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem episcopatus
iuriumque, honorum, preeminentiarum, et pertinentiarum suorum universorum inducend' et intro=
nizand' seu decerni petend', requirend', et obtinend'. / Et generaliter omnia et singula
alia faciend', exercend', et expediend' que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu
quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est
expressum, promittimusque nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et
quicquid dictus procurator noster fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca
et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum et in ea
parte cautionem exponimus per presentes. / In cuius rei testimonium sigillum venera=
bilis viri domini Archidiaconi Cicestren' presentibus apponi procuravimus. Et nos Ar=
chidiaconus antedictus ad specialem rogatum dictorum constituentium sigillum nostrum huiusmodi presenti=
bus apposuimus. Dat' vjo die mensis Januarii Ao domini millesimo quingentesimo lixo.

Procuratorium Capituli Sar'

Pateat universis per presentes quod ego Johannes Jewell sacre Theologie professor
in episcopum et pastorem ecclesie cath' Sar' rite et legitime electus dilectum mihi in Christo ~
Thomam Woller notarium publicum meum verum, certum, legitimum, ac indubitatum procuratorem,
actorem, factorem, negociorumque meorum gestorem, et nuncium specialem ad infrascripta
nomino, ordino, facio, et constituo per presentes. / Doque et concedo eidem procuratori meo ~
potestatem generalem et mandatum speciale pro me ac vice, loco, et nomine meis coram
Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuar' Archiepiscopo
totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve Vicario in spiritualibus generali aut
Commissario sive Commissariis quibuscumque per eum in hac parte speciali auctori=
tate comparend', meque a personali comparitione excusand' ac causam et causas absentie mee
huiusmodi allegand' et proponend' ac si opus fuerit fidem desuper faciend' et iurand' ~
Electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Sar' factam et celebratam ~
auctoritate dicti Reverendissimi patris approbari et confirmari, meque in episcopum Sar'
predict' eligi et admitti, ac in realem, actualem, et corporalem possessionem ~
dicti episcopatus, iuriumque et pertinentiarum suorum universorum induci et intronizari petend'
requirend' et impetrand'. / Decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna ~
fieri et interponi petend' et obtinend'. / Iuramentum insuper tam de fidelitate, obedien=
tieque et obedientie illustrissime domine nostre Regine Elizabethe eiusque heredum et successorum
prestand' et exhibend'. Necnon de renunciando, refutand', et recusand' omnem ~
et omnimodam auctoritatem, potestatem, iurisdictionem, et superioritatem forinsecas iuxta et ~

Procuratorium dni electi Sar' ad petend' electionem confirmari secundum vim, formam, et effectum Statutorum huius Regni Anglie in hac parte nuper editorum et provisorum, quam etiam aliud quodcunque Sacramentum licitum et honestum, ac de Jure et Legibus et Statutis huius Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisit' in animam meam et pro me prestand' subeund' et iurand'. Et generaliter omnia et singula alia faciend' exercend' et expediend' que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Promittoque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum, totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis vel aliquo premissorum, sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum tam presentium quam futurorum, et in ea parte cautionem expono per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestren' presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Dat' xvijo die Januarii Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono.

Citatio contra oppositores

Matthaeus permissione divina Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, universis et singulis cler' et laic' quibuscunque per provinciam nostram Cantuar' ubilibet constitut' Salutem, gratiam et ben'. Cum vacante nuper Sede episcopali Sarum per obitum bone memorie domini Johannis Capon ultimi episcopi et pastoris ibidem Decanus et Capitulum ecclesie cath' beate Marie Sarum pro electione novi et futuri episcopi ibidem (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerant, atque in huiusmodi electionis negocio, termino ad id statuto rite procedentes, venerabilem virum magistrum Johannem Juell sacre Theologie professorem in episcopum et pastorem dicte ecclesie cath' Sarum elegerint, Cumque serenissima in Christo princeps et domina nostra domina Elizabetha dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regina, fidei defensor etc. ad humilem petitionem dictorum decani et capituli eidem electioni de persona prefati electi sic premittitur facte, et persone electe regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per easdem literas patentes regias magno Sigillo suo Anglie sigillat' nobis significaverit, Mandando quatenus electionem huiusmodi et personam electam confirmare et eundem Johannem in episcopum Sarum consecrare, iuxta formam Statut' in ea parte edit', velimus cum omni Celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet. Nos vero volentes eiusdem serenissime domine nostre Regine Mandatis pro officii nostri debito parere, ac in huiusmodi confirmationis negocio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos (siqui essent) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve electam, dicere vel opponere voluerint, ad dictum locum, et effectum subscript' evocand' et citand' fore decrevimus Justicia id poscente, Vobis igitur communiter et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Archubus London', nostre et dicte nostre ecclesie Cantuarien' Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem predictam, vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, Qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam dicere, excipere, obicere, vel opponere voluerint, Quod compareant coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali sive Commissario in hac parte speciali quocunque in eadem ecclesia de Archubus, die Jovis prox' futur' viz. xviijo die presentis mensis Januarii inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum et locorum extunc sequentium si oportebat, contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in ea parte electam, si sua putaverint interesse, dictur' excepturi, et proposituri, facturique ulterius et recepturi quod Justicia in hac parte suadebit et dicti negocii qualitas et natura de se exigunt et requirunt, Intimantes insuper modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus si qui sint in specie, alioquin in genere, Quibus nos etiam harum serie sic intimamus, Quod sive ipsi sic citati dictis die, hora et loco coram nobis comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve electam dicere, excipere vel opponere curaverint sive non, Nos nihilominus in dicto negocio iuxta Juris et Statutorum in ea parte editorum exigentiam procedemus, et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis, Nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem sive Commissarium specialem huiusmodi dictis die, hora et loco debite

certificatis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum Mandatum duxerit exequendum / In
cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat xxjo die mensis Januarij
Anno dni iuxta Computacionem ecclie Anglicane Millimo, Quingen° Quinquagesimo
nono et nostre Consecr Anno primo / / / / / / / / /

Executum fuit huiusmodi Mandatum die dicta viz xxvjto Januarij Anno dni
1559 per Robertum Haynes Clericum, in ecclia parochiali beate Marie de Archubus
London iuxta formam eiusdem, et effectum retroscripti Mandati Super quibus fecit fidem

In dei noie amen Nos Thomas Yale Legum doctor, Reverendissimi in xpo patris et
dni dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et
Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialr. et ltime
deputatus, In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregij viri
magri Johis Juell sacre Theologie professoris in Epum et pastorem ecclie cathedralis
beate Marie Sarum elect. facte et celebrate rite et ltime procedentes, Omnes et singulos
oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam
dicere, scribere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis iste die, hora
et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam
electam, in debita iuris forma dictur. excepitur. et proposituri ltime et peremptorie citatos
sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes
ad petitionem procuratoris Decani et Capli ecclie cathis beate Marie Sarum predict.
pronunciamus contumaces et ipsis ac eorum cuilibet, in penam Contumaciarum suarum huiusmodi
viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac
parte electam huiusmodi precludimus in hijs Scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora
in dco confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni
Anglie exigentiam, Eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo
non obstante / / / / / / / / / /

prima Schedula contra oppositores

In dei noie amen, Coram vobis Reverendissimo in xpo patre et dno, dno Mattheo
permissione divina Cantuar. Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano, vestroue
Vicario in Spualibus generali, Sive Commissario quocunque, procurator venerabilium virorum
decani et Capli ecclie cath Sarum dict, allegat et in hijs Scriptis ad omnem Juris effectum
exinde sequi valentem per viam Summarie petitionis in Jure proponit articulatim prout
sequitur / / / / / / / / / / / /

Summaria petitio

Inprimis viz Qd Sedes epalis Sarum per obitum dni Johis Capon ultimi Epi
Sarum nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque Solatio destituta extitit,
Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim
et divisim et de quolibet / / / / / / / / / / /

Item Qd dca Sede Epali Sarum (ut prefertur) dudum vacante Decanus et Capitulum
ecclie cathedralis predict capitulariter congregat et Capitulum facientes (licentia regia primitus
ad id petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclie cath predicte ad
electionem futuri Epi Sarum celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes
et singulos eiusdem ecclie Canonicos et Prebendarios ius vocis et interesse in eadem elec-
tione habentes, seu habere pretendentes ad diem et locum predict in huiusmodi electionis negotio
processur. et procedi visur. ltime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum etc.
Et ponit ut supra / / / / / / / / /

Item Qd prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis viz   die mensis
ultimo elapso capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes servatis primitus per eos
de Jure et dce ecclie cath Consuetudine servandis, habito primitus per eos Tractatu diligenti
de persona idonea eligenda in Epum et pastorem ecclie predict Tandem unanimiter et concor-
diter nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum magrum Johem Juell, sacre
Theologie professorem in eorum et dce ecclie cath Sarum Epum elegerunt, et ecclie
memorate de eodem providerunt, Et ponit ut supra / / / / /

Item Qd electio huiusmodi et persona electa, dic pronunciato, in ecclia cath Sarum pre-
dict coram Clero, et populo tunc ibm in multitudine copiosa congregat debite publi-

cat. et declarat. fuerunt. Et ponit ut supra.

Item Quod dictus venerabilis vir magr Johes Tucke et in epum dicte cathedralis ecclie (ut prefertur) electus huiusmodi electioni de se et persona sua (ut premittitur) facte et celebrate, ad humilem peticionem eorundem decani et capituli debit. loco et tempore constitutus, ~~et~~ consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

Item Quod prefatus magr Johes Tucke fuit et est vir providus et discretus, literarum scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et dicte ecclie memorate apprime necessarius, Et hoc fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item Quod prefat. decanus et capitulum huiusmodi electionem et personam electam serenissime dne nre Regine Elizabethe per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officii sui debito iuxta statuta huius incliti Regni Anglie significaverunt et intimaverunt, Et hoc fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item Quod putat. pro parte decani et capituli audito eidem regie sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem serenissima dna nra Regina pro sua clementia regia huiusmodi electioni de persona prefati magri Johis Tucke (ut prefertur) facte et celebrate, consensum et assensum suos regios graciose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Et hoc fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item Quod dicta serenissima dna nra Regina vobis prefat. reverendissimo patri de assensu et consensu suis regiis huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verumetiam easdem literas suas patentes vobis rogando mandavit, Quatenus vos eandem electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare ipsumque episcopalibus insigniis insignire et decorare, ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore. Et hoc fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta, pariter et famosa, ac de et super eisdem laboraverunt et iugiter laborant publica vox et fama. Unde facta fide de iure in hac parte requisita, Ad quam faciend. offert se pars dictorum decani et capituli prompt. et parat. pro loco et tempore congruis et opportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmand. fore decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte tenorem, Curamque regiminis et administrationis episcopatus sedis eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus sedis iuriumque et pertinentiarum suorum universorum inducend. et inthronizand. fore decerni, Ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque, quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes, siqui forsan in dicte electionis negocio intervenerint, Sed proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, Sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis iuris beneficio et dicte dne nre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis, vestrum officium dne Judex ad dictum humiliter implorando.

Certificatorium Electionis

Excellentissime et illustrissime in Christo principi et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine fidei defensori etc. Vestri humiles et devoti subditi Presidens capitulum ecclesie vestre Cathedralis beate Marie Sarum, et eiusdem ecclesie Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tante illustrissime principi debitas cum omni felicitate successu. Regie vestre Celsitudini tenore presentium intimamus et significamus, Quod decimo die mensis Augusti iam currente literas vestras regias de Congie deslire vestro magno Sigillo Anglie ac etiam literas commendatorias privato Sigillo illustrissime Maiestatis vestre sigillatas et consignatas ac nobis directas in domo nostra Capitulari cum ea qua decuit subditos reverentia recepimus, Iuxtaque earundem vestre Celsitudinis literarum tenorem tunc et ibidem ad electionem futuri episcopi et pastoris in dicta vestra ecclesia cathedrali que iam dudum per mortem recolende memorie Johannis Capon sacre Theologie professoris ultimi pastoris eiusdem viduata et pastoris solatio destituta fuit procedendum fore decrevimus, omnesque eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios, ac alios in ea parte interesse habentes citandos et vocandos ad diem vicesimum primum eiusdem mensis Augusti sua suffragia et voces daturos curavimus, Quo quidem xxj° Augusti adveniente, implorato prius divino auxilio, ac precibus deo optimo maximo suppliciter ante omnia per nos fusis in domo nostra Capitulari congregati, et plenum Capitulum facientes ad electionem predictam canonice iuxta leges ecclesiasticas ac Statuta huius vestri Regni Anglie faciendam processimus, Ac post tractatum diligentem inter nos habitum qua via de futuro episcopo et pastore providere deberemus, Tandem unanimi assensu et consensu omnes et singuli nullo prorsus discrepante subito et repente quasi Spiritus sancti gratia cooperante, ac eo (ut credimus) inspirante, direximus oculos nostre intentionis sive voces nostras in venerabilem et egregium virum magistrum Johannem Juell sacre Theologie professorem virum utique providum et discretum, ac penes nos Clerum et populum suis meritis exigentibus merito commendatum, de licito matrimonio natum, in etate licita et ordine Sacerdotali constitutum, vita, moribus, et literarum scientia merito commendatum in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum, scientem et valentem iura libertates et privilegia dicte ecclesie cath. Sarum et Episcopatus eiusdem laudabiliter defendere, et tueri, in episcopum et eius dicte vestre ecclesie cathedralis Sarum pastorem et episcopum nominavimus et elegimus, Quam electionem sic factam Clero et populo statim in loco publico et consueto publicandam curavimus, Ceteraque in ea parte de iure quomodolibet necessaria fecimus in presentia tabellionis et notarii publici ac aliorum fidedignorum, prout de serie et tenore instrumenti publici quod super tota dicta electione faciendum curavimus plenius liquet et apparet, Que omnia et singula iuxta Statuta Parliamenti ac vestre regie Maiestati significamus, humiliter supplicantes, quatenus huiusmodi electioni Regium vestrum Consensum atque assensum impartiri, necnon Archiepiscopo cuicumque sive aliis cuius pro huiusmodi electi confirmatione cum omni favore canonice facienda scribere dignemini, In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus, Dat. in domo nostra Capitulari dicte cathedralis Sarum predict. xxiij° die mensis Augusti Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, nono.

Prima Schedula contra oppositores

In dei nomine amen nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et licite deputatus, In negocio confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Johannis Juell sacre Theologie professoris in episcopum et pastorem dicte cath. beate Marie Sarum electi, facte et celebrate rite et licite procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis iste die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam, in debita iuris forma, dicturos, excepturos vel opposituros licite et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes vel opponentes, ad petitionem procuratoris decani et Capituli dicte cath. Sarum predict. pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decrevimus procedendum fore ad prolationem sententie sive decreti finalis in hac causa eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia non obstante.

Juramentum Domini Electi Sarum

I John Juell elected Bysshoppe of Sarum, do utterly testefie and declare in my Conscyence, That the Quenes highnes ys thonly supreame governor of thys Realme, and of all other her highnes dominions and Cuntreys, as well in all Spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as Temporall, And that no forreyne Prince, person, Prelate, State, or Potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power, Superiority, preemynence, or auctoritie ecclesiasticall or Spirituall within thys Realme, And therfore I do utterly renownce and forsake all forrayne Jurisdictions, powers, Superiorities and Authorities, And do promisse that from hensforth I shall bear faith and true allegeaunce to the Quenys highnes her heires and Lawfull Successors, and to my power shall assist and defend all Jurisdictions, privileges, preemynence, and authorities graunted or belonging to the Quenys highnes her heires, and Successors or united or annexed to thimperiall Crowne of thys Realme, So helpe me god and by the Contente of thys Booke.

Sententia Diffinitiva

In dei nomine amen auditis, visis, et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale Legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuar. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatum. Meritis et Circumstantiis cuiusdam cause sive negocij Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregij viri magistri Johannis Juell sacre Theologie professoris in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis beate Marie Sarum per obitum domini Johannis Capon ultimi episcopi eiusdem vacantis electi, facte et celebrate, quod coram nobis aliquamdiu vertebatur et in presenti vertitur et pendet indecisum. Rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negocio habito et facto atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, ad lationem finalis decreti sive sententie diffinitive confirmationis in huiusmodi negocio ferende prolationem sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per Acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negocio comperimus luculenter et invenimus electionem ipsam per decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Sarum predicte de prefato magistro Johanne electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero, et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima, et ordine Sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse seu obviare quo minus in episcopum Sarum auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari. Idcirco nos Thomas Yale Commissarius antedictus, attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus electus Sarum fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris proponentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus predictam electionem de eodem venerabili viro magistro Johanne Juell factam et celebratam, auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis commissa confirmamus, Defectus quoscunque in dicto electionis negocio (si qui forsan sint) intervenientes, quantum in nobis est et de Jure possumus supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, Quam sive quod ad peticionem partium ita ferimus et promulgamus in hiis scriptis.

Consecratio Domini Johannis Juell Episcopi Sarum

Die dominica viz. xxjo die mensis Januarij Anno domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo, quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, in Capella Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuar. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith, Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate brevium Regiorum Serenissime domine nostre Regine Elizabethe sibi factorum et directorum, assistentibus sibi Reverendis patribus dominis Edmundo London et Richardo Elien respective episcopis, necnon Johanne episcopo Suffraganeo sedis Bedforden, munus Consecrationis Reverendo patri domino Johanni Juell sacre Theologie professori Sarum episcopo electo, et confirmato, impendebat, iuxta morem et formam circa Consecrationem ipsius Reverendissimi patris die dominica xvijo die mensis Decembris ultimo preterito in Capella sua predicta usitatam, habita prius Concione per magistrum Andream Pierson Capellanum dicti Reverendissimi patris, cuius thema

Sic luceat lux vr̄a coram hominibus &c. Act in p̄ntia mei Johis Incent no͡rii pu͡ci deputati mag͡ri Anthonii Huse Registrarii dc̄i Reuerendissimi p̄ris, p̄sentibus tunc ibm mag͡ro Alexandro Nowell sacre Theologie professore, Thoma Doyle, et Johe Baker, et Roberto Willet generosis et multis aliis testibus &c.

Lincoln

Confirmatio Electionis Dn̄i Nicholai Bullingham Ep̄i Lincoln

Acta habita et facta in negocio confirmationis

Electionis venerabilis viri mag͡ri Nicholai Bullinghm legum doctoris in ep̄um et pastorem eccl̄ie cath Lincoln elect, decimo octauo die mensis Januarii Anno dn̄i iuxta computacionem eccl̄ie Anglicane Millimo, Quingen°, Quinquagesimo, Nono et Regni felicissimi illustrissime in xp̄o Principis et dn̄e nr̄e, dn̄e Elizabethe dei gra Anglie, ffrancie, et Hibernie Regine, fidei defens &c Anno secundo Et in eccl̄ia parrochiali beate Marie de Archubus London eccl̄ie xp̄i Cantuarien Jurisd immediate coram venerabili viro mag͡ro Thoma Yale legum doctore Reuerendissimi in xp̄o p̄ris et dn̄i, dn̄i Matthei p̄missione diuina Cantuarien Archiep̄i totius Anglie primatis et metropolitani, mediantibus l̄ris Commissionalibus patentibus Regiis in hac parte sibi fulcit Vicario in spūalibus generali et Officiali principali ac Commissario in hac parte speciali deputato in p̄ntia mei Johis Incent no͡rii publici, in Actorum scribam in hac parte propter absentiam mag͡ri Anthonii Huse Registrarii primarii dc̄i R̄mi p̄ris assumpti prout sequitur, Viz die et loco predictis inter horas nonam et vndecimam ante meridiem eiusdem diei p̄ntatis coram prefato mag͡ro Thoma Yale Commissario antedc̄o l̄ris Commissionalibus patentibus Regiis &c ac per me prefatum notarium publicum de mandato dc̄i mag͡ri Yale publice perlectis, comparuit p̄sonalr mag͡r Edwardus Bigge notarius publicus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano, p̄sidente, et Capitulo eccl̄ie cath Lincoln et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani, p̄sidentis, et Capituli, p̄ntauit eidem mag͡ro Yale Commissario antedc̄o venerabilem virum magistrum Robertum Weston legum doctorem, ac e regione dc̄i Commissarii astabat qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro mag͡ro Nicholao Bullinghm elect huiusmodi et fecit se partem pro eodem / Et tunc dn̄us mag͡r Bigge exhibuit Mandatum originale vnacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores citatos preconizari, Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum &c ad fores eccl̄ie parrochialis de Archubus predict et nullo eorum comparente nec aliquid in hac parte obiciente, vel opponente dn̄us mag͡r Bigge accusauit eorum contumacias, et petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces ac eos et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam precludi, Ad cuius petitionem dn̄us dc̄us Commissarius pronunciauit eos et eorum quemlibet contumaces ac in penam &c viam vlterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad petitionem dicti mag͡ri Bigge ad vlteriora in dc̄o negocio procedend fore decreuit prout in Schedula per eum lecta plenius continetur / Qua quidem Schedula sic lecta prefatus mag͡r Bigge in p̄ntia prefati mag͡ri Roberti Weston procuratoris dn̄i elect Lincoln antedict edidit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti, Ad cuius petitionem dn̄us admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure &c et assignauit dc̄o mag͡ro Bigge ad probandum contenta in eadem ad statim, Deinde Bigge in subsidium probationis content in dc̄a summaria petitione exhibuit l̄ras patentes Regie maiestatis de consensu suo regio electioni de prefato mag͡ro Bullinghm in hac parte fact et celebrat adhibit ac prefato Reuerendissimo p̄ri pro confirmatione eiusdem electionis direct. penes Registrum remanent Quibus sic p̄ctis dn̄us ad petitionem mag͡ri Bigge assignauit sibi ad proponend omnia ad statim, Et tunc Bigge exhibuit omnia et singula per eum in dc̄o negocio exhibita et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter nec alio modo. Et tunc dn̄us ad petitionem Bigge assignauit sibi ad concludend ad statim, dc̄o Bigge concludente cum dn̄o secum etiam concludente. Qua conclusione sic facta dn̄us ad petitionem Bigge assignauit ad audiendum sententiam siue finalem decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina preconi=

zatione oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparen, nec quicquam in hac -
parte opponentium, dns ad peticionem Bigge pronunciavit eos et eorum quemlibet -
Contumaces, ac in penam Contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedend fore ad
prolacionem sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferend, ipsorum sic cita=
torum et non comparen absentia sive Contumacia in aliquo non obstante. prout in Sche=
dula per dnum lecta plenius continetur, Quibus sic in ordine gestis, ac prestito per
eundem magistrum Robertum Weston nomine procuratorio prefati dni electi Lincoln, ac in animam
ipsius dni electi Juramento corporali iuxta formam descript. in Statut. Parliamenti
Anno primo Regni dne nre Regine Elizabethe edit. dns ad peticionem Bigge
tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in scriptis per eum lecte, pronunciando, -
decernendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur / Super quibus tam prefat.
magr. Robertus Weston quam memoratus Edwardus Bigges me eundem notarium
publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta confi=
cere, ac testes inferius notatos testimonium inde perhibere instanter et specialiter roga=
runt et requisierunt / Postremo autem dns ad peticionem tam procuratoris prefati dni
electi et confirmati quam procuratoris dnorum Vicedecani Presidentis et Capli eccle cathis
Lincoln predict decrevit dnm dnm electum et confirmatum consecrand et benedicend -
fore Curamque regimen, et administrationem spiritualium et Temporalium dicti Epa=
tus Lincoln eidem dicto electo et confirmato commisit, ipsumque in realem, actualem, et -
corporalem Possessionem dicti Epatus Lincoln, Iuriumque dignitatum, honorum Pre=
eminentiarum, et pertinentiarum suorum universorum inducend et intronizand fore etiam
decrevit per Archiepum Cantuarien vel eius deputatum iuxta eccle cathis -
Lincoln morem et Consuetudinem Legibus et Statutis huius regni Anglie non
repugnan aut adversan.

Lre patentes de assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina, fidei defensor &c.
Reverendissimo in Christo patri dno Mattheo Archiepo Cantuar. totius Anglie -
Primati et Metropolitano salutem. Cum vacante nuper sede Epali Lincoln
per deprivationem Willmi Epi eiusdem, ad humilem petitionem decani et capli
eccle nre cath. Lincoln eisdem per lras nras patentes licentiam concesserimus alium
sibi eligendi in Epum et pastorem sedis predict, idemque decanus et Capitulum
vigore et obtentu licentie nre predict, dilectum nobis in Christo Nicholaum Bullinghm
Legum doctorem sibi et eccle predict elegerunt in Epum et pastorem, prout
per lras suas patentes, Sigillo eorum communi sigillat nobis inde directas -
plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes eidem electioni -
Regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore -
presentium significamus, Rogantes et requirentes, ac in fide et dilectione quibus -
nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, Quatenus eundem Nichm
Bullinghm in Epum et pastorem eccle cath. Lincoln predict sic (ut prefertur)
electum, electionemque predictam confirmare, et eundem Nichm Bullingham -
Epum et pastorem eccle predict consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere
que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali, iuxta formam et effectum -
Statutorum in ea parte edit. et provis. velitis cum effectu / In cuius rei Testimonium
has lras nras fieri fecimus patentes. T. meipsa apud Westm xxjo die Januarij
Anno Regni nri secundo. / F. / Cordell per bre de privato sigillo et de dat. predicta auctoritate parliamenti.

Procuratorium Capli Lincoln

Pateat universis per presentes, Quod nos Rogerus Bromhall Subdecanus et Pre=
sidens Capituli eccle cath beate Marie Lincoln et eiusdem eccle Capitulum, (decano
ibidem in remotis agente) dilectos nobis in Christo venerabiles et egregios viros magros
Robertum Weston et Thomam Huicke Legum doctores, Willmum Saye Edwardum
Bigge et Johem Incent notarios publicos et Thomam Harrys lratum et eorum -
quemlibet coniunctim et divisim nros veros, et legitimos procuratores, actores, factores, negotio=
rumque nrorum gestores ac nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus -
facimus et constituimus, damusque et tenore presentium concedimus eisdem procuratoribus -
nris potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis vicibus et nominibus -
nris coram illustrissima in Christo Principe et dna nra, dna Elizabeth dei gratia
Anglie Francie, et Hibernie Regina fidei defensore &c. vel Commissario suo
seu aliis ad infrascript. eius deputatis, quocumque comparend, et quoddam decretum.

sue predictissimum nostrum concedendi electionem novi seu futuri episcopi dicte ecclesie nostre cathedralis presentandi et exhibendi assensumque graciosum dicte domine nostre Regine humiliter supplicandi et obtinendi ad electionem nostram huiusmodi, ac in eodem nostro electionis negotio sive decreto [illegible] ulterius procedendi aut procedi faciendi prout sue graciose maiestati videbitur in ea parte expedire vel ad et in finali expeditionem eiusdem/ Dantes insuper dictis nostris procuratoribus (vel prefatis) potestatem, supplicandi petendi faciendi aut fieri procurandi/ Et generaliter omnia alia et singula que in premissis vel eorum aliquibus aut circa eadem necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum exigant magis speciale quam superius est expressum. Promittentes nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri vel eorum aliquis fecerit in premissis circa premissa, aut aliquo premissorum, sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes/ In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum/ dat. in domo nostra Capitulari xvijo die mensis Septembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, et Regni dicte domine Regine Anno Secundo /

Procuratorium electi Lincoln

Pateat universis per presentes, Quod ego Nicholaus Bullingham legum doctor in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Lincoln per Vicedecanum, presidentem, et Capitulum eiusdem ecclesie rite et canonice electus, dilectum mihi in Christo magistrum Robertum Weston legum doctorem, meum, verum, certum, legitimum, ac indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negotiorumque meorum gestorem et nuncium specialem ad infrascripta nomine meo ordino, facio, et constituo per presentes/ Doque et concedo eidem procuratori meo potestatem generalem et mandatum speciale pro me ac vice loco, et nomine meis coram Reverendissimo in Christo patre, et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve Vicario in Spiritualibus generali aut Commissario sive Commissariis quibuscumque per eum in hac parte specialiter deputatis comparendi, meque a personali comparitione excusandi, ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandi et proponendi, ac si opus fuerit fidem desuper faciendi, et curandi Electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Lincoln per prefatos Vicedecanum et Capitulum dicte ecclesie cathedralis Lincoln factam et celebratam per eosdem predict recipi et admitti, acetiam approbari et confirmari, meque in dictum Episcopatum Lincoln predict ac in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus, Juriumque et pertinentiarum suorum universorum induci et intronizari petendi, requirendi et impetrandi decretaque processus in hac parte necessaria et oportuna fieri et interponi petendi et obtinendi/ Juramentum insuper tam de fidelitate, subiectione et obedientia dicte domine nostre Regine Elizabethe heredibusque et successoribus suis prestandi et exhibendi, necnon de renunciandi, refutandi et recusandi omnem et omnimodam auctoritatem, potestatem, iurisdictionem et superioritatem forinsecas et extraneas secundum veram formam et effectum Statuti huius Regni Anglie in hac parte editorum et provisorum quam etiam aliud quodcumque Sacramentum licitum et honestum, ac de iure, legibus, et Statutis huius Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandi subeundi et iurandi/ Et generaliter omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum promittensque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis vel aliquo premissorum, sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono per presentes/ In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi feci/ Et nos Archidiaconus ad dictum et specialem rogatum dicti Constituentis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus/ dat. xvijo die mensis Januarij Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono.

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, universis et singulis clericis et laicis quibuscumque per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem, graciam, et benedictionem/ Cum vacante nuper sede episcopali ecclesie beate Marie Lincoln per deprivationem et amotionem Johannis Watson sacre theologie professoris ultimi episcopi et pastoris eiusdem, presidens et Capitulum ecclie cath. Lincoln predict. pro electione novi et futuri epi et pastoris eiusdem ecclie, licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebrand. certum terminum prefixerint, et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negotio, (termino ad id statuto) rite procedentes, venerabilem virum magistrum Nicholaum Bullingham legum doctorem in epum et dnm ecclie cath. Lincoln. elegerint, Cuique Serenissima in Christo princeps et dna nra, dna Elizabeth, dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina, fidei defensor &c. ad humilem petitionem dictorum Decani et Capituli eidem electioni de persona prefati electi (ut prefertur) facte et celebrate, et persone electe, regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per easdem lras suas patentes magno Sigillo suo Anglie sigillatas, nobis significavit, Mandando quatenus electionem huiusmodi et personam electam confirmare, et eundem Nicholaum in epum Lincoln consecrare, iuxta formam Statut. in ea parte edit. velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem lras regias patentes (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem Serenissime dne nre Regine mandatis pro officii nri debito parere, ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Iuris et Statutorum huius inclyti Regni Anglie exigentiam procedere, Omnes et singulos (si qui essent) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve electam dicere, vel opponere voluerint, ad diem locum, et effectum subscript. evocandos et citandos fore decrevimus, Iustitia id postulante. Vobis igitur com. et dm committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice, altaque et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Archubus London, nostre Cantuarien. Iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem predictam vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, Omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, Qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve electam dicere, obiicere, excipere, vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis, aut vicario nro in spiritualibus generali seu Commissario speciali quocunque in eadem ecclia de Archubus die Iovis proxime futur. viz. xviijo die presentis mensis Januarii inter horas octavam et nonam antemeridiem eiusdem diei, cum Continuatione et prorogatione dierum extunc sequen. et locorum (si oporteat) contra electionem huiusmodi formam eiusdem, et personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) dictur. excepetur. et opposituri facturique ulterius et recepturi quod iustum fuerit in hac parte, et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes insuper modo et forma predictis, omnibus et singulis oppositoribus si qui sint in specie, alioquin in genere, Quibus nos etiam hac serie sic intimamus, Quod sive ipsi sic citati dictis die, hora et loco coram nobis aut vicario sive Commissario nris huiusmodi comparuerint sive non, et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam excipere vel opponere curaverint sive non, Nos nihilominus in dicto negotio iuxta Iuris et Statutorum in ea parte editorum exigentiam procedemus, et procedere intendimus, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis, Nos, aut vicarium nrum in spiritualibus generalem sive Commissarium specialem huiusmodi dictis die, hora et loco debite certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nrum Mandatum fuerit executus. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat. xvj die mensis Januarii Anno dni iuxta Computationem ecclie Anglicane Millimo, Quingen., Quinquagesimo, Nono, et nre Cons. Anno primo.

Decimo octavo die Januarii Anno dni iuxta Computationem ecclie Anglicane Millimo, Quingen., Quinquagesimo Nono, coram venerabili viro magro Thoma Yale Reverendissimi pris Cantuar. Archiepi Commissario ad infrascript. ltime deputato in ecclia parochiali de Archubus London pro Tribunali sedente, comparuit personaliter Robertus Haynes literatus et certificavit se omnes et singulos oppositores preconizatos et monitionatos publice ac intelligibili voce in ecclia parochiali beate Marie de Archubus London predict. ac per affixionem presentis retroscripti mandati in valvis eiusdem ecclie dimissi iuxta omnem vim, formam, tenorem, et effectum eiusdem peremptorie citasse; Super quibus fecit fidem.

Prima Schedula
contra oppositores

In dei noie Amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepi totius

Anglie Primate et Metropolitani, Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus. In negocio Confirmacionis eleccionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Nicholai Bullingham legum doctoris in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis beate Marie Lincoln' electi, facte et celebrate, rite et legitime procedentes, Omnes et singulos oppositores, qui contra dictam eleccionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis iste die, hora et loco, (si sua putaverint interesse) contra dictam eleccionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturi, excepturi et proposituri legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, ad peticionem procuratoris presidentis et Capituli ecclesie cathedralis beate Marie Lincoln' predicti pronunciamus contumaces, et ipsis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dictam eleccionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis, Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmacionis negocio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigenciam, ipsorum sic citatorum et non comparentium contumacia in aliquo non obstante.

In dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre, et domino, domino Matheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano vestrove Vicario in Spiritualibus generali aut Commissario quocunque, procurator venerabilium virorum presidentis et Capituli ecclesie cathedralis Lincoln' dicte, allegat, et in hiis scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam Summarie peticionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Summaria petitio

Inprimis videlicet quod ecclesia cathedralis Lincoln' per deprivacionem Thome Watson ultimi episcopi ibidem nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio caruit et caret. Et hoc fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum, pariter et famosum, Et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet.

Item, quod dicta ecclesia cathedralis Lincoln' (ut premittitur) dudum vacante, Vicedecanus, presidens, et Capitulum ecclesie cathedralis predicte capitulariter congregati et Capitulum facientes (licencia regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem et domum suam Capitularem dicte ecclesie cathedralis predicte, ad eleccionem futuri episcopi Lincoln' celebrandam, unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios ius, vocem aut interesse in eadem eleccione habentes vel habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi eleccionis negocio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt, hocque fuit et est verum et cetera. Et ponit ut supra.

Item quod prefati Vicedecanus, presidens, et Capitulum die et loco prefixis videlicet die mensis ultimi preteriti Capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes, servatis primitus per eos de iure et dicte ecclesie consuetudine servandis, Habito primitus inter eos tractatu diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis predicte eligenda, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum magistrum Nicholaum Bullingham legum doctorem in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum elegerunt, et ecclesie memorate de eodem providerunt. Et ponit ut supra.

Item quod eleccio huiusmodi et persona electa die prenotato in ecclesia cathedrali Lincoln' predicta coram Clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

Item quod dictus venerabilis vir magister Nicholaus Bullingham in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Lincoln' (ut premittitur) electus, huiusmodi eleccioni de se et persona sua (ut premittitur) facte et celebrate ad humilem peticionem eorundem Vicedecani, presidentis, et Capituli debitis loco et tempore consentiit, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

Item Qd prelibatus magr Nicholaus Bullinghm fuit et est vir providus et discretus, sacrarum literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et ecclie memorate apprime necessarius, Hocque fuit et est verum et ponit ut supra.

Item Qd prefati Vicedecanus, presidens, et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime dne nre Regine Elizabethe per lras suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officij sui debito iuxta Statut. huius Regni Anglie significarunt et intimarunt, Hocque fuit verum. Et ponit ut supra.

Item Qd petito pro parte Vicedecani, presidentis, et Capituli antedict. eidem Regie Sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem Serenissima dna nra Regina pro sua Clementia regia huiusmodi electioni de persona prefati magri Nicholai Bullingham (ut premittitur) fact. et celebrat. Consensum et Assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque rat. et grat. habuit et habet, Hocque fuit et est verum etc. Et ponit ut supra.

Item Qd dca Serenissima dna nra Regina vobis prefat. Reverendissimo pri de assensu et consensu suis regijs, huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibitis, per suas lras patentes vobis inscript. et direct. non solum significavit et intimavit, verumetiam earundem lrarum suarum patentium tenore, vobis rogando mandavit quatenus vos electionem predictam et eundem electum confirmare, ipsumque episcopalibus insignijs insignire et decorare, ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statut. in ea parte edit. et provis. et lrarum patentium huiusmodi vestre cum favore, Hocque fuit verum etc. Et ponit ut supra.

Item Qd premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciend. offert se pars dictorum Vicedecani, presidentis et Capituli prompt. et parat. pro loco et tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmari fore decerni, et eum electum confirmari iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon et lrarum regiarum patentium huiusmodi vobis direct. in hac parte seriem, Curamque regiminis, et administrationem Episcopatus Lincoln. eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dci Episcopatus Lincoln., Iuriumque honorum, dignitatum, preeminentiarum, et pertinentiarum suorum universorum inducend. et intronizand. fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis, et ea concernen. quibuscunque quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenien. si qui forsan in dict. electionis negotio intervenerint, Quod proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, Sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio et dce dne nre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis, vestrum Officium dne Iudex antedicte humilt. implorand.

Scda Schedula contra Oppositores

In dei noie Amen Nos Thomas Yale Legum doctor Reverendissimi in Christo patris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepi, totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios unacum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus, In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregij viri magri Nicholai Bullinghm legum doctoris in episcopum et pastorem ecclie cathedr. Lincoln. electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, Omnes et singulos Oppositores, qui contra dcam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparend. coram nobis iste die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem, formam eiusdem, aut personam electam in Iuris debita forma dictur. exceptur. vel oppositur. legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dcam electionem, formam eiusdem, aut personam electam aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes, ad petitionem procuratoris presidentis et Capituli Lincoln pronunciamus contumaces, et in penam contumaciae suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolacionem sententie sive decreti finalis in hac causa ferend., ipsorum sic citatorum et non comparentium contumacia in aliquo non obstante /

I Nicholas Bullingham elected Busshopp of Lincoln do utterly testefie and declare in my Conscyence, that the Quenys highnes ys thonlie Supreame Governor of thys Realme, and of all other her highnes domynions and contreys, as well in all Spuall or ecclasiasticall thinge or causes, as Temporall. And that no forraine prince, pson, prelate, State, or potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power, Superioritie, preemynence, or authoritie ecclasticall or Spuall within thys Realme/ And therfore I do utterly renounce and forsake all forraine Jurisdictions, powers, Superiorities, and authorities and do promise that from hensforth I shall bear faith and true allegeaunce to the Quenys highnes her heires and lawfull Successors, and to my power shall assist and defend all Jurisdictions privilege, preemynence and authorities graunted or belonging unto the Quenys highnes her heires and Successors, or united or annexed to thimperiall Crowne of thys Realme, so helpe me god, and by the Contente of thys Booke./

Juramentum Dni Electi lincoln

In dei nomine amen auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuar. Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium inter alios vigore clausule cum et dum specialiter et legitime deputatum, meritis et circumstanciis cuiusdam cause sive negocii confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Nicholai Bullingham legum doctoris in episcopum et pastorem ecclesie cath. beate Marie Lincoln per deprivacionem et amotionem Thome Watson sacre Theologie professoris ultimi episcopi ibidem vacan., electi facte et celebrate quod coram nobis aliquamdiu vertebatur, et in presenti vertitur et pendet indecis., rimato primitus per nos toto et integro processu, coram nobis in dicto negocio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, ad nostrum decretum finale sive sententiam diffinitivam confirmationis in huiusmodi negocio ferendam prolacionem, sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negocio, comperimus luculenter et invenimus electionem ipsam per presidentem et Capitulum ecclesie cath. Lincoln predict. de prefato magistro Nicholao electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis Institutis obviasse seu obviare quo minus in episcopum Lincoln, auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Ideirco nos Thomas Yale legum doctor Commissarius antedictus attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus electus Lincoln fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes, de et cum concilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, predictam electionem de eodem venerabili viro magistro Nicho. Bullingham factam et celebratam, auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis commissa confirmamus, defectus quoscumque in dicto electionis negocio (si qui fuerint) intervenientes, quantum in nobis est et de iure poterimus supplentes, et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ad petitionem partium ita [illegible] ferimus et promulgamus in his scriptis./

Sententia diffinitiva

Die Dominica videlicet vicesimo primo die mensis Januarii Anno Domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono in Capella Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith, Idem Reverendissimus pater (vigore et auctoritate litterarum patentium illustrissime domine nostre Regine Elizabethe sibi fact. et direct.) assistentibus sibi venerandis patribus dominis Edmundo London et Richardo Elien episcopis necnon Johanne episcopo Suffraganeo sedis Bedforden, munus Consecrationis Reverendo patri domino Nicholao Bullingham ~

Consecratio D. Nich. Bullingham Epi lincoln episcopo Lincoln electo et confirmato, impendebat, iuxta morem et formam circa Consecrationem ipsius Reverendissimi patris dicto die Dominica vicesimo die mensis Decembris ultimi preterit. in Capella sua predicta usitat. habita prius Concione per magistrum Andream Pierson Capellanum dicti Reverendissimi patris assumpto pro Themate / Sic luceat lux vestra coram hominibus &c. Acta in presentia mei Johannis Incent notarii publici deputati magistri Anthonii Huse Registrarii dicti Reverendissimi patris, presentibus tunc et ibidem magistro Alexandro Nowell clerico, Thoma Doile, Johanne Baker, et Roberto Willett generosis et multis aliis testibus &c.

Meneven

Acta confirmationis electionis Domini Thome Yonge Episcopi Meneven

Acta habita et facta in Negocio Confirmatio

nis electionis venerabilis viri magistri Thome Yonge legum professoris in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Menevensis electi, decimo octavo die mensis Januarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, nono, et Regni felicissimi illustrissime in Christo principis et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, ffrancie, et Hibernie Regine fidei defensoris &c. Anno secundo in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London, ecclesie Christi Cantuar. Jurisdictionis immediate, coram venerabili viro magistro Thoma Yale Legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani, mediantibus literis commissionalibus patentibus regiis in hac parte eidem fulciti, Vicario in Spiritualibus generali, Officiali principali, ac commissario in hac parte speciali deputato, in presentia mei Johannis Incent notarii publici in Actorum Scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonii Huse Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris assumpti prout sequitur / Viz die et loco predictis inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, putato coram prefato magistro Thoma Yale Commissario antedicto literis commissionalibus patentibus regiis, &c ac per me prefatum Notarium Publicum de mandato dicti magistri Yale publice lectis comparuit personaliter magister Edwardus Bigge notarius publicus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Vicedecano, Presidente et Capitulo ecclesie cathedralis Lincoln, et fecit se partem pro eisdem, ac non Presidente et Capitulo, putavit eidem magistro Yale Commissario antedicto, venerabilem virum magistrum Walterum Jones legum Baccalaureum ac e regione dicti Commissarii assistebat, qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Thoma Yonge electo huiusmodi, et fecit se partem pro eodem / Et tunc dictus magister Bigge exhibuit Mandatum citatorium originale una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem et petiit omnes et singulos oppositores citatos preconizari, Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum &c. ad fores dicte ecclesie parochialis de Archubus predict. et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte obiiciente vel opponente, dictus magister Bigge accusavit eorum contumacias, et petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces ac eis et eorum cuilibet in pena Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam precludi, Ad cuius petitionem dictus commissarius pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces ac in pena &c. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit. Necnon ad petitionem dicti magistri Bigge ad ulteriora in dicto confirmationis negocio procedendum fore decrevit, prout in schedula per eum lecta plenius continetur, Qua quidem schedula sic lecta prefatus magister Bigge in presentia prefati Walteri Jones procuratoris dicti electi Menevensis audientis dedit Summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti, Ad cuius petitionem dictus admisit dictam Summariam petitionem quatenus de iure &c. et assignavit dicto magistro Bigge ad probandum contenta in eadem ad statim, Deinde Bigge in subsidium probationis contentorum in dicta Summaria petitione exhibuit literas patentes regie maiestatis de Consensu et Assensu suo regio, electioni deprefato magro Thoma Yonge in hac parte fact et celebrat. adhibit ac prefato Reuerendissimo pri pro Confirmatione eiusdem electionis direct. penes Registrum remanend. Quibus sic gestis dns ad peticionem magri Bigge assignauit sibi ad proponend omnia ad statim, Et tunc Bigge exhibuit omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita et producta, Quatenus sibi conducunt et non alr. nec alio modo, Et tunc dns ad peticionem Bigge assignauit sibi ad concludend ad statim dicto Bigge concludente cum dno secum etiam concludente Qua conclusione sic facta dns ad peticionem Bigge assignauit ad audiend Sniam siue finale decretum ad statim, Consequenter vero facta alia trina preconizatione oppositorum sic (vt premittitur) citatorum et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium, dns ad peticionem Bigge pronunciauit eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam contumaciae suarum huiusmodi decreuit procedend fore ad prolacionem Sniae diffinitiuae siue Decreti finalis in hac causa ferend, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue Contumac. in aliquo non obstan, prout in Schedula de per eum lecta plenius continetur, Quibus sic in ordine gestis, ac prestito per eundem mrum Walterum Iones noie procurio prefati dni electi Meneuen, ac in animam ipsius dni electi Iuramento corporali iuxta formam descriptam in Statut. Parliamenti Anno primo Regni dne nre Regine Elizabethe edit. dns ad peticionem Bigge tulit et promulgauit in Sniam diffinitiuam in Scripto per eum lect, pronunciando, decernendo, ceteraque faciend prout in eadem continetur, Super quibus omnibus et singulis tam prefatus magr. Walterus Iones quam memoratus Edwardus Bigge me eundem Iohem Incent sibi vnum vel plura pucum seu puca Instrumentum siue Instrumenta conficere, ac testes inferius noiatos testimonium inde perhibere instanter respectiue rogarunt et requisierunt, Postremo autem dns ad peticionem tam procuris prefati dni electi et confirmati quam procuratoris dict. Presidente et Capitli dicte cath Meneuen prefat. decreuit eund dnm electum et confirmatum consecrand et benedicend fore, Curamque regimen et administracionem Spualium et temporalium dci Epatus Meneuen eidem dno electo et confirmato commisit, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dci Epatus Meneuen, Iuriumque dignitatum, honore, preeminen et ptinen suorum vniuersorum inducend et inthronizand fore etiam decreuit per Archinum Cantuarien vel eius deputatum iuxta dicte cath Meneuen morem et Consuetudinem, Legibus et Statutis huius Regni Angliae non repugnan aut aduersan. / / / / / /

lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei Gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina, fidei defensor &c. Reuerendissimo in xpo pri dno Mattheo permissione diuina Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano Saltm/ Cum vacante nuper Sede Epali Meneuen per legitimam depriuacionem Henrici Morgan vltimi Epi eiusdem, ad humilem peticionem Presidente et Capitli dicte cathedralis Meneuen eisdem per lras nras patentes licentiam concesserimus, alium sibi eligend in Epum et pastorem Sedis predce, ijdem Presidens et Capitlum vigore et obtentu licentie nre predce, dilcm nobis Thomam Yonge legum professorem sibi et dicte predce elegerunt in Epum et pastorem, prout per lras suas patentes sigillo eorum communi sigillat. nobis inde direct. plenius liquet et apparet/ Nos electionem illam acceptantes, eidem electioni regium nrum assensum adhibuimus pariter et fauorem Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes et in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiend mandantes, Quatenus eundem Thomam Yonge in Epum et Pastorem dicte cath Meneuen predce sic (vt prefertur) electum, electionemque predictam confirmare, et eundem Thomam Yonge in Epum et pastorem dicte predce consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere que vro in hac parte incumbunt Officio Pastorali iuxta formam et effectum Sta=

futurorum in hac parte editore et promiss' velite cum effectu / In cuius rei Testimonium has litteras nras fieri fecimus patentes. T. me ipsa apud Westm' ix die Januarij Anno r. n. Secundo. / Ha. / Cordell / per bre de priuat' si. et de dat' pdca auct' pliament'.

Procuratorium Capitli Meneven

Pateat universis per presentes, quod cum ecclia Menevensis Cathedr' spalis pastore sit destituta, ratione clare deprivationis Henrici Morgan ultimi ibm et immediati pretensi Epi, Cuius rei causa lre Serenissime in xpo principis et dne nre, dne Elizabethe dei gratia Anglie, ffrancie, et hibernie Regine, fidei defensor' &c presidem et Capitlo dce eccle cath' nuper fuerunt directe, de aliquo idoneo viro in Epum et pastorem ibm eligend' / Quibus receptis Nos presidens et Capitlum predce eccle cath' eisdem more gerentes in domo nra Capitlari clare congregat' habita matura huius negotij deliberatione, Venerabilem virum magrum Thomam Yonge legum professorem in Epum et pastorem dce eccle cath' rite et clare elegimus, Nos igr antedci presidens et Capitlum dilectos nobis in xpo providos viros Walterum Jones in Legibus Bachalarium, dce q eccle procuratorem, et Edwardum Bigge notarium publicum Curie Cantuar' procuratorem generalem, coniunctim et quemlibet eorum per se divisim et insolid ita qd non sit melior Conditio occupantis, sed qd unus eorum inceperit, id eorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire, nros veros et lcitimos procuratores, actores, factores, negotiorumque nrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) divisim et insolid potestatem generalem et Mandatum speciale pro nobis et vice et noie nris, electionem nram de antedicto venerabili viro magro Thoma Yonge legum professore in Epum et pastorem dce eccle cathedralis Menevensis per nos rite et clare celebrata Serenissime in xpo principi et dne nre, dne Elizabethe dei gra Anglie, ffrancie, et hibernie Regine fidei defens' &c. cum reverentia et honore debitis exhibend', et intimand' / Eidemque excellentissime regie maiestati ut eidem electioni nre Regium et provalem assensum impendere, Necnon lras sue celsitudinis super hoc cuicumque Archiepo vel Epo aut aliter, prout sue maiestati videbitur pro confirmatione dce nre Electionis, ac ceteris in ea parte necessarijs et requisitis in forma consueta dirigere dignetur humiliter supplicand', rogand', et petend' / Ac insuper hanc nram electionem eidem venerabili viro magro Thome Yonge de se in Epum (ut prefertur) fact' intimand' / Suumque assensum eidem electioni iuxta iuris effectum prestand', rogand', petend' et obtinend' / Ceteraque agend', exercend', faciend', et expediend' in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna licet mandatum exigant magis speciale quam superius est expressum / promittimusque nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dci procuratores nri fecerint aut eorum alter fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nrorum et in ea parte Cautionem exponimus per presentes. / Et quia sigillum nrum commune ad manus non habemus, Ideo sigillum Regium quo utuntur venerabiles viri Richardus Davyes Sacre Theologie professor, Thomas Yonge, et Rolandus Merike Legum professores, et Richardus Pates Jurisperitus dce Serenissime dne nre Regine visitatores ad visitand' tam in Capite quam in membris Civitatem et Dioc'. Meneven, Bangor, Assaven &c. in sua antedca regia visitatione presentibus apponi procuravimus vice capitlari / Et nos visitatores antedci ad specialem Rogat' dictorum presidentis et Capitli dictum Regium Sigillum quo in dca visitatione utimur presentibus apposuimus / Dat' decimo die Januarij Anno dni Millimo, Quingen[tesi]mo Quinquagesimo nono, Et Regni dce illustrissime dne nre Regine Anno Secundo. /

Procurator domini electi Menevensis

Pateat universis per presentes quod ego Thomas Yonge Legum professor in Episcopum
Menevensem per dominos et venerabiles viros presidentem et Capitulum ecclesie cath.
rite et legitime electus dilectum mihi in Christo Walterum Jones in Legibus Bacchalarium, ecclesie
dicte cath. prebendarium meum verum, et legitimum procuratorem, actorem, factorem, negocio-
rumque meorum gestorem et nuncium specialem ad infrascripta nomine ordino, facio, et consti-
tuo per presentes. Doque et concedo eidem procuratori meo potestatem generalem, et mandatum
speciale pro me ac vice loco, et nomine meis coram Reverendissimo in Christo patre, et domino,
domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et
Metropolitano eiusve Vicario in spiritualibus generali, aut suis Commissario sive
Commissariis quibuscumque per eum in hac parte specialiter deputatis comparendum,
meque a personali comparicione excusandum, ac causam et causas absencie mee huiusmodi allegandum
et proponendum, ac (si opus fuerit) fidem desuper faciendum et iurandum, Electionemque
de me et persona mea ad dictum Episcopatum Menevensem per prefatos presidentem et
Capitulum ecclesie cath. Menevensis factam et celebratam per eosdem commissarios regios
approbari et confirmari, meque in Episcopum Menevensem predictum recipi et admitti, atque in
realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Menevensis, iuriumque et
pertinencium suorum universorum induci et intronizari petendum, requirendum et obtinendum decretaque
quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et interponi petendum, et obtinendum
Iuramentum insuper tam de fidelitate, subiectione et obediencia dicte Serenissime domine nostre
Regine Elizabethe heredibus et successoribus suis prestandum et exhibendum, necnon de re-
nunciando, recusando et refutando omnem et quamdam auctoritatem, potestatem, iurisdictio-
nem, et superioritatem forinsecas et extraneas secundum vim, formam et effectum
Statutorum huius inclyti Regni Anglie in hac parte editorum et provisorum quam
etiam aliud quodcumque Iuramentum licitum et honestum, ac de iure, legibus, et
Statutis huius Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro
me prestandum, subeundum, et iurandum/ Et generaliter omnia et singula alia faci-
endum, exercendum, exequendum et expediendum, que in premissis aut circa ea necessaria
fuerint seu quomodolibet oportuna; etiamsi mandatum de se exigant magis speciale
quam superius est expressum,/ Promittoque me ratum, gratum, et firmum perpetuo
habiturum totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis/ vel
aliquo eorundem, sub ypotheca et obligacione omnium et singulorum Bonorum meorum
tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono per presentes. In
cuius rei testimonium Sigillum venerabilis viri Officialis domini Archidiaconi
Bedford presentibus apponi procuravi. Et nos officialis antedictus ad specialem
rogatum dicti constituentis Sigillum officii nostri huiusmodi presentibus apposuimus/ Dat. [illegible]
die mensis Februarii Anno domini 1559. Regnique felicissimi dicte Serenissime
domine nostre Regine Anno secundo.

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Pri-
mas et Metropolitanus/ Universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per Pro-
vinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem in Auctore salutis. Cum
vacante nuper Sede episcopali Menevensi per deprivacionem et amocionem Henri-
ci Morgan ultimi episcopi et pastoris eiusdem, presidens et Capitulum ecclesie cath.
Menevensis predicte pro electione novi et futuri episcopi et pastoris eiusdem ecclesie
(licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum Terminum
prefixerint et assignaverint atque in huiusmodi negocio, ~~rite~~ (termino ad id statuto)
et assignato rite procedentes, Venerabilem virum magistrum Thomam Yonge
legum professorem in eorum et dicte ecclesie cath. episcopum elegerint, Cumque Sere-
nissima in Christo princeps et domina nostra, domina Elizabetha dei gratia Anglie
Francie, et Hibernie Regina fidei defensor etc. ad humilem peticionem dictorum
presidentis et Capituli eidem electioni de persona prefati electi (ut premittitur)
facte et celebrate et persone electe Regium suum adhibuerit assensum pariter
et favorem, prout per easdem literas suas patentes magno Sigillo suo Anglie
sigillatas nobis significaverit, Mandando quatenus nos electionem huiusmodi et personam
electam confirmare, et eundem Thomam Yonge in Episcopum et Menevensem conse-

crare, iuxta formam Statut. in ea parte edit. Volumus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem lras patentes regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem Serenissime dne nre Regine Mandato pro officij nri debito parere, ac in huiusmodi Confirmationis negocio, iuxta Iuris et Statutorum huius inclitj Regni exigentiam procedere, omnes et singulos (si qui essent) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve electam dicere, vel opponere voluerint ad diem et locum et effectum subscriptos evocandos et citandos fore decreuimus, Iustitia id postulante. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice, altaque et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Archubus London, ecclie nre Cantuar. Iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti vel in aliis locis prout vobis videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam dicere, obijcere, excipere vel opponere voluerint, quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in Spiritualibus generali siue Commissario speciali quocunque in eadem ecclia de Archubus die Iovis prox futur. viz xviijo die presentis mensis Ianuarij inter hor. octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) contra electionem huiusmodi formam eiusdem, aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) dictur. excepturi. et oppositur. facturique vlterius et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negocij qualitas et natura de se exigant et requirunt. Intimantes insuper modo et forma predictis citatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere, quibus nos etiam harum serie sic intimamus, quod siue ipsi sic citati dictis die, hor. et loco coram nobis comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam excipere vel opponere curauerint siue non, nos nihilominus in dicto negocio, iuxta Iuris et Statutorum in ea parte editorum exigentiam procedemus, et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue Contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis, nos, aut Vicarium nrum in Spiritualibus generalem siue Commissarium specialem quemcunque dictis die, hor. et loco vel citra debite certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nrum Mandatum duxerit exequendum. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat. vijo die mensis Ianuarij Anno dni iuxta Computationem ecclie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono et nre Consecrationis Anno primo.

Decimo octavo die Ianuarij Anno dni secundum Computationem ecclie Anglicane 1559 coram magro Thoma Yale legum doctore Reuerendissimi dni Archiepi Cantuar. Commissario in hac parte litime deputato in ecclia paroch. beate Marie de Archubus London pro Tribunali sedente, comparuit personaliter Robertus Haynes literatus, ac certificavit se omnes et singulos oppositores retroscript. ad comparendum coram eo die hora et loco in mandato retroscript. certificat. et specificat. ad omnem Iuris formam, Tenorem, et effectum eiusdem mandati peremptorie citasse super quibus fidem fecit.

prima Schedula
contra oppositores

In dei noie amen Nos Thomas Yale legum doctor Reuerendissimi in xpo patris et dni, dni Matthei permissione diuina Cantuarien. Archiepi, totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et litime deputatus. In negocio confirmationis electionis de persona venerabilis et egregij viri magri Thome Younge legum professoris in epum et pastorem ecclie cath. Meneven. electi facte et celebrate, rite et litime procedentes. Omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die, hor. et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi vel in debita Iuris forma dictur. excepturi. vel oppositur.

ltime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes, ad petitionem presidentis et Capituli Menevensis pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam precludimus, ac ad vlteriora in dicto negocio procedendum fore decernimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentiis siue contumaciis in aliquo non obstantibus.

Summaria petitio

In dei nomine amen. Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione diuina Cantuar. Archiepiscopo totius Anglie primate et metropolitano, vestrove vicario in spiritualibus generali, aut Commissario quocumque, pars venerabilium virorum presidentis et Capituli ecclesie cathedralis Menevensis dicit, allegat, et in hiis scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summarie petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis videlicet quod ecclesia cathedralis Menevensis per deprivationem Henrici Morgan vltimi episcopi ibidem, nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio caruit, hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum, pariter et famosum. Et ponit coniunctim et diuisim et de quolibet.

Item quod dicta ecclesia cathedrali Menevensi (vt prefertur) dudum vacante, presidens et Capitulum ecclesie cathedralis predicte capitulariter congregati, et Capitulum facientes, (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem, ac domum suam capitularem ecclesie cathedralis predicte, ad electionem futuri episcopi Menevensis celebrandam, vnanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios, ius, voces, aut interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes, ad diem et locum predict. in huiusmodi electionis negocio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt, hocque fuit et est verum.

Item quod prefati presidens et Capitulum die et loco prefixis videlicet septimo die mensis decembris ~~vltimo elapsi~~ capitulariter congregat. et plenum Capitulum facientes, forma de iure et Statuto huius Regni Anglie in ea parte servanda servata, tractatu primitus inter eos habito diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis predicte eligenda, tandem vnanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum magistrum Thomam Yonge legum doctorem in eorum et dicte ecclesie cathedralis Menevensis episcopum elegerunt, et ecclesie memorate de eodem providerunt. Et ponit vt supra.

Item quod electio huiusmodi et persona electa, die prenotato, in ecclesia cathedrali Menevensi predicta, coram Clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregat. debite publicat. et declarat. fuerunt. Et ponit vt supra.

Item quod dictus venerabilis vir magister Thomas Yonge in episcopum ecclesie cathedralis predicte electus, huiusmodi electioni de se et persona sua fact. et celebrat. ad humilem petitionem eorundem presidentis et Capituli debitis loco et tempore consensit, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis. Et ponit vt supra.

Item quod prefatus electus fuit et est vir providus et discretus, literarum eminenti scientia, vita, et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, ecclesie dei devotus, et ecclesie memorate apprime necessarius, hocque fuit verum et ponit vt supra.

Item quod prefati presidens et Capitulum huiusmodi electionem, et personam electam serenissime domine nostre Regine per suas literas patentes sigillo eorum communi roborat. pro officii sui debito significarunt et intimarunt. Et ponit vt supra.

Item quod putat. pro parte dictorum presidentis et capituli antedict. eidem Regie Sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem domina nostra Regina pro sua clementia Regia, huiusmodi electioni de persona prefati magistri Thome Yonge (ut prefertur) fact. et celebrat. Consensum et Assensum suos Regios graciose adhibuit et adhibet, illamque rat. et grat. habuit et habet, Hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra

Item quod dicta Serenissima domina nostra Regina, vobis prefat. Reverendissimo patri de assensu et consensu suis Regijs huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibit. per literas suas patentes vobis inscript. et direct. nonsolum significavit, Verumetiam easdem literas suas patentes Regias, vobis rogando mandavit Quatenus vos electionem predictam, et electum huiusmodi confirmare, ipsumque spiritualibus insignijs insignire, et consecrare, Ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statut. in ea parte edit. et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore Hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, et manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam quidem faciend. Offert se pars dictorum presidentis et capituli prompt. et parat. pro loco et tempore congruis et opportunis petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmand. fore decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigen., necnon et literarum Regiarum patent. huiusmodi vobis direct. in hac parte exigen., Curamque, regimen, et administracionem, Episcopatus Menevensis eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Menevensis, iuriumque et pertinentium suorum universorum inducend. et intronizand. fore decerni, Ceteraque fieri et statui in premissis et ea concernen. quibuscumque quod iuris fuerit et rationis, Supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenien. si qui forsan in dicto electionis negotio intervenerunt. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur Sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, iuris beneficio et dicte domine nostre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis, vestrum Officium domine Iudex eciam humiliter implorand.

Certificatorium Electionis

Illustrissime et invictissime in Christo Principi ac domine nostre, domine Elizabeth Dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defensor. etc. Vestri humiles et devotissimi oratores, Presidens, et Capitulum ecclesie vestre cathedralis Menevensis vestri omnimodas obedienciam et reverenciam tante excellentissime Principi debitas et condignas cum omni subiectionis honore / Maiestati vestre Regie tenore presentium innotescimus et significamus Quod vacante nuper per deprivacionem Henrici Morgan ultimi eiusdem Episcopi, et pastoris ibidem, ecclesia vestra cathedral. Menevensis, et concessa nobis a Maiestate vestra Regia, alium nobis et dicte ecclesie in Episcopum eligend. licentia / Nos prefati Presidens et Capitulum Sexto die mensis Decembris, Anno domini millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, nono, Et Regni vestri felicissimi Secundo, in domo Capitulari dicte ecclesie capitulariter congregati, ac ad electionem futuri Episcopi ibidem procedentes, Venerabilem virum magistrum Thomam Yonge virum utique providum et discretum in Spiritualibus et Temporalibus valde circumspectum, Vitaque et moribus merito commendandum, nobis et dicte ecclesie cathedrali in Episcopum, per viam Compromissi elegimus, Hinc est quod eundem et dictam electionem nostram de eo factam, vestre Regie Celsitudini presentamus, devote precibus supplicantes quatenus predicte electioni nostre Regium et principalem assensum liberaliter impendentes literas vestras super hoc eiusdem Archiepiscopo vel Episcopo seu alijs secundum arbitrium vestrum Regium pro Confirmatione dicte electionis et ceteris in ea parte requisitis in forma consueta dirigere dignemini graciose cu sancte, Et sic vestram ecclesiam Cathedralem diu conservet in prosperis altissimus / In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum Commune presentibus apposuimus / Dat in domo nostra Capitulari Cathedrali die, mense et anno predictis. /

Instrumentum super consensu Electi

In dei nomine amen Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum. Quod anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, mensis vero Januarii die nono in ecclesia cath. divi Pauli London, in mei notarii publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentiis, Constitutus personaliter discretus vir Walterus Jones in Legibus Bacchalaureus procurator (ut asseruit) venerabilium virorum presidentis et Capituli ecclesie cath. Menevensis nomine procuratorio eorundem presidentis et Capituli presentavit venerabili viro magistro Thome Yonge legum professori, tunc et ibidem personaliter presenti, Electionem de ipso et eius persona in Episcopum et pastorem ecclesie cath. Menevensis predicte per ipsos presidentem et Capitulum fact. et celebrat. Ipsumque venerabilem virum instanter rogavit et requisivit, quatenus electioni huiusmodi consentire, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur. Qui quidem magister Thomas Yonge sic requisitus et interpellatus electioni predicte consentiebat, prout in Schedula per eum lecta tenorem subscriptum in se complectente plenius continetur. **In dei nomine amen** Ego Thomas Yonge Legum professor in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus ac de legitimo matrimonio procreatus in episcopum et pastorem ecclesie cath. Menevensis rite et legitime electus, atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in ea parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum presidentis et Capituli ecclesie cath. Menevensis instanter rogatus et requisitus, dei omnipotentis Clementia fretus, Electioni predicte de me et persona mea (ut premittitur) facte et celebrate consentio, ac consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus, prebeo eidem in hiis Scriptis / **Super** quibus et singulis premissis tam ipse venerabilis vir magister Thomas Yonge electus antedictus quam prenominatus Walterus Jones procurator memoratus me eundem Notarium publicum subscriptum, sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogaverunt et requisiverunt / Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur, sub anno domini mense die, et loco predictis presentibus tunc et ibidem discretis personis magistro ~~Thom~~ Hugone Evans clerico, et Willelmo Horton literato Testibus ad premissa videndum, audiendum, et testificandum vocatis et specialiter requisitis

Et ego Johannes Incent Cantuarien dioc publicus auctoritate legitima notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini, mense, die, et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi, scivi, et audivi, atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum, exinde confeci, subscripsi, et publicavi, atque in hanc publicam et autenticam formam redegi, Signoque, nomine, cognomine, et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus /

Secunda Scedula contra oppositores

In dei nomine amen nos Thomas Yale Legum doctor Reverendissimi in christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuar Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus, In negotio confirmationis electionis de persona venerabilis et eximii viri magistri Thome Yonge legum professoris in episcopum et pastorem ecclesie cath. Menevensis electi, facte et celebrate, rite et legitime procedentes, Omnes et singulos Oppositores, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis isto die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi in debita iuris forma dicturi, excepturi vel oppositores ultimo et peremptorie citatos, saepius publice preconizatos, diutius et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem, formam sive eiusdem, aut personam in hac parte electam aliquid dicentes, excipientes vel opponentes, ad petitionem Presidentis et Capituli Meneven pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolacionem sententie sive decreti finalis in hac causa ferende, eorum sic citatorum et non comparentium contumacia in aliquo non obstante.

Iuramentum Dni electi Meneven

I Thomas Younge Elected Busshopp of Saint Davyes do utterlie testifie and declare in my Conscience, That the Quenys Highnes ys thonlie Supreme Governour of thys Realme, and of all other her highnes domions and countryes as well in all Spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as Temporall, And that no forraine Prince, person, prelate, State, or potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power, Superioritie, preeminence or authoritie ecclesiasticall or Spirituall within thys Realme / And therfore I do utterlie renounce and forsake all forraine Jurisdictions, powers, Superiorities, and authorities, And do promisse that from henceforth, I shall bear, faith, and true allegeaunce to the Quenys Highnes, her heires and lawfull Successours, And to my power shall assist and defend all Jurisdictions, privileges, preeminence and Authorities graunted or belonging to the Quenys highnes her heires and Successours or united or annexed to thimperiall Crowne of thys Realme, So helpe me god and by the contente of thys Booke.

Decretum finale

In dei nomine amen Auditis, visis, ac intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale Legum doctorem, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Mathei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatum, meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Thome Younge Legum doctoris in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Meneven per deprivacionem Henrici Morgan sacre Theologie professoris ultimi episcopi ibidem vacantem, electi, facte, et celebrate, quod coram nobis aliquamdiu vertebatur et in presenti vertitur et pendet indecisum, rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, ad nostri decreti finalis sive sententie diffinitive confirmationis in huiusmodi negotio ferende prolacionem sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus, electionem ipsam per Presidentem et Capitulum ecclesie cathedralis Meneven predict. de prefato magistro Thoma Younge electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis Institutis obviasse seu obviare quo minus in episcopum Meneven auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari / Ideirco nos Thomas Yale Legum doctor Commissarius antedictus, attentis premissis et aliis virtutum meritis, super quibus prefatus electus Meneven fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes, de et cum Concilio iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, predictam electionem, de eodem venerabili viro magistro Thoma Younge factam et celebratam, auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus / Supplentes quoscunque defectus in dicto electionis negotio (si qui forsan sint) intervenientes, quantum in nobis est, et de iure poterimus supplendos et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam, sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ad petitionem partis ita petentis ferimus et promulgamus in hiis scriptis.

Consecratio Dni Thome Yonge Epi Meneven

Die Dominica videlicet vicesimo primo die mensis Ianuarii, Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo Nono in Capella Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuar. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith, Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate literarum patentium illustrissime domine nostre Regine Elizabethe sibi fact. et directarum, assistentibus sibi Reverendis patribus dominis Edmundo London. et Richardo Elien. respective episcopis, necnon Johanne episcopo Suffraganeo sedis Bedforden., munus Consecrationis Reverendo patri domino Thome Yonge Menevensi electo et confirmato impendebat, iuxta morem et formam circa Consecrationem ipsius Reverendissimi patris die dominica xvijo die mensis Decembris ultimo preterit. in Capella sua predicta usitat. / habita prius Concione per magistrum Andream Peerson Capellanum dicti Reverendissimi patris cuius thema. Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. Act. in presentia mei Johannis Incent notarii publici deputati magistri Anthonij Huse Registrarii dicti Reverendissimi patris / presentibus tunc et ibidem magistro Alexandro Nowell clerico, Thoma Doile, Johanne Baker et Roberto Willott generos. et multis aliis Testibus etc.

Assaphen

Confirmatio Electionis Domini Ricardi Davies Episcopi Assaphensis electi

Acta habita et facta in Negocio Confirmationis

Electionis venerabilis viri magistri Richardi Davyes in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Assaphen. electi, decimo octavo die mensis Januarii Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo, Nono, et Regni felicissimi, illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. Anno Secundo, in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London., ecclesie Christi Cantuar. Jurisdictionis immediate coram venerabili viro magistro Thoma Yale Legum doctore, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani mediantibus literis Commissionalibus patentibus eiusdem in hac parte legitime fulciti, Vicario in Spiritualibus generali, et Officiali Principali, ac Commissario in hac parte specialiter deputato, in presentia mei Johannis Incent notarii publici in Actorum Scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonij Huse Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris assumpti prout sequitur / Viz. die et loco predictis inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, sedente coram prefato magistro Thoma Yale Commissario antedicto literis Commissionalibus patentibus eiusdem etc. ac per me prefatum notarium publicum de mandato dicti magistri Yale prius porrecte, comparuit personaliter magister Edwardus Bigge notarius publicus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris presidente et Capitulo ecclesie cathedralis Assaphen., et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem presidentis et Capituli presentavit eidem magistro Yale Commissario antedicto venerabilem virum magistrum Walterum Jones in Legibus Bacchalaureum, ac e regione dicti domini Commissarii sistebat, qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Richardo Davyes electo huiusmodi, et fecit se partem pro eodem. Et tunc dictus magister Bigge exhibuit Mandatum originale unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores Citatos preconizari / Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum etc. ad foras ecclesie parochialis de Archubus predicte et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte obiiciente, vel opponente, dictus magister Bigge accusavit eorum Contumaciam et petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces ac eis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam precludi / Ad cuius peticionem, dictus dominus Commissarius pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces ac in penam etc. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet precludit, necnon ad peticionem dicti magistri Bigge ad ulteriora in dicto confirmationis negocio procedendum fore decrevit, prout in Schedula per eum lecta plenius continetur, Qua quidem Schedula sic lecta, prefatus magister Bigge in presentia prefati magistri Walteri Jones procuratoris dicti electi sedis Assaphen. antedict. dedit Summariam peticionem in Scriptis quam petiit ad=

mitti, Ad cuius peticionem dominus admisit dictam Summariam peticionem quatenus de iure etc. et assignauit dicto magistro Bigge ad probandum contenta in eadem ad statim, Deinde Bigge in Subsidium probationis contentorum in dicta Summaria peticione exhibuit literas patentes regie Maiestatis de Consensu et Assensu suo regio, electioni de prefato magistro Richardo Dauyes in hac parte facte et celebrate adhibit. ac prefato Reuerendissimo patri pro Confirmatione eiusdem electionis directas, prout [illegible] [illegible]. Quibus sic gestis dominus ad peticionem magistri Bigge assignauit sibi ad probandum et proponendum omnia ad statim / Et tunc Bigge exhibuit omnia et singula per eum in dicto negotio exhibita et proposita, Quatenus sibi conducunt et non aliter neque alio modo / Et tunc dominus ad peticionem Bigge assignauit sibi ad concludendum ad statim, dicto Bigge concludente cum domino secum etiam concludente Qua conclusione sic facta, dominus ad peticionem Bigge assignauit ad audiendum Sententiam siue finale decretum ad statim / Consequenter vero facta alia trina preconizatione oppositorum sic (ut premittitur) citatorum, et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium, dominus ad peticionem Bigge pronunciauit eos et eorum quemlibet Contumaces, ac in pena Contumaciarum suarum huiusmodi decreuit procedendum fore ad prolacionem Sententie diffinitiue, siue decreti finalis in hac causa ferende, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue Contumacia in aliquo non obstante prout in Schedula per dominum lecta plenius continetur, Quibus sic in ordine gestis, ac prestito per eundem magistrum Walterum Jones nomine procuratorio prefati domini electi Assaphensis, ac in animam ipsius domini electi Iuramento corporali iuxta formam descript. in Statuto parliamenti Anno primo regni domine nostre regine Elizabethe edit. dominus ad peticionem Bigge tulit et promulgauit Sententiam diffinitiuam in Scriptis per eum lecte, pronunciando, decernendo, Ceteraque faciendo prout in eadem continetur, Super quibus tam prefatus magister Walterus Jones quam memoratus Edwardus Bigge me eundem Notarium publicum, sibi vnum vel plura, publicum seu publica Instrumentum siue Instrumenta conficere, ac Testes infrascriptos nominatos testimonium inde perhibere instanter respectiue rogarunt et requisiuerunt Postremo autem dominus ad peticionem tam procuratoris prefati domini electi et confirmati quam procuratoris presidentis et Capituli ecclesie cathedralis Assaphensis predict. decreuit dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore / Curamque regiminis, et Administrationem Spiritualium et Temporalium dicti Episcopatus Assaphensis eidem domino electo et confirmato commisit / Ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Assaphensis, Iuriumque dignitatis, honoris, preeminentie, et pertinentium suorum vniuersorum inducendum et inthronizandum fore etiam decreuit, per Archidiaconum Cant. vel eius deputatum iuxta ecclesie cathedralis Assaphensis morem et consuetudinem legibus et Statutis huius regni Anglie non repugnantes aut aduersantes / / / / /

Lre patentes de assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina, fidei defensor etc. Reuerendissimo in Christo patri, domino Matheo permissione diuina Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano salutem, Cum vacante nuper sede episcopali Assaphen. per vltimam depriuationem Thome Goldwell vltimi episcopi eiusdem, ad humilem peticionem presidentis et Capituli ecclesie cathedralis Assaphen., eisdem per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in episcopum et pastorem sedis predicte, iidem presidens et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte, dilectum nobis Richardum Dauyes sacre Theologie professorem sibi et ecclesie predicte elegerunt in episcopum et pastorem prout per literas suas patentes Sigillo eorum communi sigillat. nobis inde direct. plenius liquet et apparet / Nos electionem illam acceptantes, eidem electioni regium nostrum Assensum adhibemus pariter et fauorem / Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes et in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, Quatenus prefatum Richardum Dauyes in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Assaphen. predict. sic (ut prefertur) electum, Electionemque predictam confirmare, et eundem Richardum Dauyes in episcopum et pastorem ecclesie predicte consecrare, Ceteracque omnia et singula peragere que vero in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam et effectum Statutorum in hac parte editorum et provisorum velit cum favore. In cuius rei Testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes, T[este] me ipsa apud Westm' imo die Januarij Anno r[egni] n[ostri] Secundo.

Procuratorium Capituli Assaphen'

Pateat universis per presentes, Quod nos decanus et Capitulum eccl[es]ie cath[edra]lis Assaphen' dilectos nobis in Christo Edwardum Bigge, Georgium Harryson, Thomam Willet et Johannem Incent notarios publicos Curie Metropolitice Cant' procuratores generales et speciales nostros veros, certos, legitimos, ac indubitatos procuratores, actores, factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per presentes. Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem, et Mandatum speciale pro nobis ac vice loco, et nominibus nostris, venerabilem et egregium virum magistrum Richardum Davys in episcopum et pastorem eccl[es]ie cath[edra]lis Assaphen' predict' per nos electum, seu eius procuratorem legitimum, temporibus et locis congruis et oportunis adeundum, ipsumque ex parte nostra ad consentiendum electioni de persona sua facte et celebrate, debita cum instantia petendum et requirendum, necnon electionem huiusmodi per nos de persona prefati magistri Richardi Davys (ut prefertur) factam et celebratam, excellentissime in Christo principi et domine nostre, domine Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine fidei defensori etc. dicte eccl[es]ie cathedralis patrone et fundatrici intimandum et notificandum, ac eius Consensum et assensum regios in ea parte humiliter implorandum, ac decretum electionis predicte et personam per nos (ut premittitur) electam, coram quibuscumque personis, una vel pluribus, regia auctoritate vel alias in hac parte legitime fulcit' presentandum et exhibendum, deindeque decretum huiusmodi electionis predicte et personam sic (ut premittitur) electam, in debita iuris forma confirmari, et approbari, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petendum, requirendum et obtinendum, Agendum et defendendum ac litem seu lites contestandum et contestari videndum, Articulum seu articulos, libellum sive libellos seu quascumque summarias petitiones dandum et proponendum, Testes literas et instrumenta, ac alia quecumque probationum genera producendum et exhibendum, Testesque huiusmodi iurari videndum et audiendum, In causa seu causis concludendum et concludi videndum, Ceterumque Confirmationis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendum, necnon administrationem omnium et singulorum spiritualium et temporalium dicti episcopatus Assaphen' eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem episcopatus, iuriumque, dignitatum, honorum, preeminenciarum, et pertinentium suorum universorum inducendum, et inthronizandum seu decerni petendum, requirendum, et obtinendum, Et generaliter omnia et singula alia faciendum, exercendum, et expediendum, que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittimusque nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum, sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum, et in ea parte cautionem exponimus per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum venerabilis viri Officialis dni Archini Bedon presentibus apponi procuravimus. Et nos Officialis antedictus ad specialem Rogatum decani Constitutum Sigillum Officij huiusmodi presentibus apposuimus Dat' xxvijo die mensis Novembris Anno Dni 1559.

Procuratorium Dni electi Assaphen'

Pateat universis per presentes, Quod ego Richardus Davys in episcopum et pastorem eccl[es]ie cath[edra]lis Assaphen' per decanum et Capitulum eiusdem eccl[es]ie rite et legitime electus dilectum mihi in Christo Walterum Jones in Legibus Bacchalaurium meum verum, certum, legitimum ac indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negotiorumque meorum gestorem, et nuntium specialem ad infrascripta nomino, ordino, facio, et constituo per presentes, Doque et concedo eidem procuratori meo, potestatem generalem, et Mandatum speciale pro me ac vice loco, et nomine meis coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Matheo permissione divina Cantuar' Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusdem vicario in spiritualibus generali aut eius Commissario sive Commissariis quibuscumque per eum in hac parte specialem et eius deputatum comparendum, meque a personali Comparitione excusandum ac causam et causas ibidem mee huiusmodi allegandum et proponendum ac (si opus fuerit) fidem desuper faciendum et iurandum / Electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Assaphensem factam et celebratam per eosdem approbari et confirmari, meque in Episcopum et pastorem Assaphensem predictum erigi et admitti, atque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus, Iuriumque et pertinentium suorum universorum induci et inthronizari petendum, requirendum et impetrandum / Decretaque quecunque in hac parte necessaria et oportuna fieri et interponi petendum et obtinendum / Iuramentum insuper tam de fidelitate, Subiectione et obedientia dicte domine nostre Regine Elizabethe, heredum et Successorum suis prestandum et exhibendum, necnon de renunciandum, refutandum et recusandum omnem et quamcunque externam potestatem, iurisdictionem et Superioritatem extraneas iuxta vim, formam et effectum Statutorum huius Regni Anglie in ea parte editorum et provisorum, quam etiam aliud quodcunque Sacramentum licitum et honestum ac de Iure, Legibus et Statutis huius Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandum, subeundum et iurandum / Et generaliter omnia et singula alia faciendum, exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi Mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittoque me ratum, gratum et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte Cautionem expono per presentes / In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi procuravi / Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus / Dat. xiiijo die mensis decembris Anno domini 1559o / / / /

Citatio contra oppositores

Matthew permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus. Universis et singulis clericis et literatis quibuscunque per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem, graciam et benedictionem / Cum vacante nuper Ecclesia Cathedrali Assaphensi predicta per deprivacionem Thome Goldwell ultimi Episcopi et pastoris ibidem, Decanus et Capitulum dicte Cathedralis Ecclesie Assaphensis predicte pro electione novi et futuri Episcopi et pastoris eiusdem Ecclesie (licencia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerunt et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negotio (termino ad id statuto) rite procedentes, venerabilem virum magistrum Richardum Davyes in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Episcopum elegerint. Cumque Serenissima in Christo princeps et domina nostra, domina Elizabeth dei gratia Anglie Ffrancie et Hibernie Regina, fidei defensor etc. ad huiusmodi peticionem dictorum Decani et Capituli, eidem electioni de persona prefati electi (ut premittitur) facte et celebrate, et persone electe, Regium suum adhibuerit Assensum pariter et favorem, prout per easdem literas suas patentes magno Sigillo suo Anglie sigillat. nobis significaverit, Mandando quatenus electionem huiusmodi, et personam electam confirmare, et eundem Richardum in Episcopum Assaphensem confirmare, et consecrare, iuxta Statut. parliament. in ea parte edit. velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem Serenissime domine nostre Regine Mandato pro officii nostri debito parere, atque in huiusmodi Confirmationis negotio, iuxta Iuris et Statutorum huius inclyti Regni Anglie exigentiam procedere, Omnes et singulos (si qui essent) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, vel opponere voluerint, ad diem, horam et locum ac effectum subscript. evocandos et citandos fore decrevimus iusticia id poscente / Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Arcubus London, Ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco conveniente infra ecclesiam parochialem predict. vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos Oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, qui contra dictam Electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, obiicere, excipere, vel opponere voluerint, Quod compareant coram nobis, aut vicario nostro in spiritualibus generali, sive Commissario speciali quocunque in eadem ecclesia de Arcubus die Lune proxime futur. viz. xviijo die mensis presentis Januarii inter horas

nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei, cum Continuacione et prorogatione dierum
extunc sequen et locorum (si oporteat) contra electionem huiusmodi, formam eiusdem, et personam
in ea parte electam (si sua putaverint interesse) dictur. excepturi et opposituri. factu=
rosque vlterius et recepturi quod Iusticia in hac parte suadebit et ea negocij qualitas
et natura de se exigunt et requirunt, Intimantes insuper modo et forma prerecitate
omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere, quibus ~
nos etiam harum serie sic intimamus Quod siue ipsi sic citati dictis die, hora et
loco coram nobis comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, personamue in
hac parte electam dicere, excipere, vel opponere curaverint siue non / Nos nihilo=
minus in dicto negocio iuxta Iuris et Statutorum in ea parte editorum exigentiam procede=
mus et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue Con=
tumacijs in aliquo non obstante / Et quid in premissis feceritis, Nos, aut vicarium nostrum
in spiritualibus generalem siue Commissarium specialem quemcumque dictis die hora et loco vel
citra debite certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum Mandatum fuerit ~
executus / In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus, Dat. in ~
Manerio nostro de Lambehith, sexto die mensis Januarij Anno domini iuxta Computacionem
ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo, Nono, Et nostre Consecrationis Anno ~
Primo

Decimo octavo die mensis Januarij Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quin=
quagesimo, Nono in ecclesia parochiali Beate Marie de Archubus London. ecclesie Xpi
Cantuarien Iurisdictionis immediate, coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum
doctore, Reverendissimi in Christo patris domini Matthei Archiepiscopi Cantuarien Commissario
in hac parte speciali deputato in presentia mei Johannis Incent notarii publici etc. Comparuit ~
personaliter Robertus Haynes literatus et certificavit se executum fuisse presens Mandatum
in ecclesia parochiali de Archubus predict. die dominica vltimo preterito. viz. sexto die
presentis mensis Januarij iuxta formam eiusdem Mandati, super quibus fecit fidem /

prima Schedula contra oppositores

In dei nomine amen Nos Thomas Yale legum doctor, Reverendissimi in Christo ~
patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie
Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim
specialiter et legitime deputatus In negocio Confirmationis electionis de persona venerabilis
et egregij viri magistri Richardi Davyes in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Assaphen
electi, facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores, qui ~
contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, ~
excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis iste die, hora et loco
(si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in
hac parte electam, in debita Iuris forma dictur. excepturi et propositur. legitime et ~
peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo
modo comparentes, ad peticionem procuratoris presidentis et Capituli Assaphen
predict. pronunciamus Contumaces, et ipsis et eorum cuilibet in penam Contuma=
ciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi contra dictam electionem, formam
eiusdem, et personam electam huiusmodi precludimus in hijs scriptis Ac etiam ~
decernimus ad vlteriora in dicto Confirmationis negocio procedendum fore iuxta ~
Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non com=
parentium Contumacia in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre, et domino, domino
Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primate
et Metropolitano, vestroue vicario in spiritualibus generali siue Commissario ~
quocumque / Pars venerabilium virorum presidentis et Capituli ecclesie cathedralis
Assaphen, dicit, allegat et in hijs scriptis ad omnem Iuris effectum exinde
sequi valentem per viam Summarie petitionis in Iure proponit articu=
latim prout sequitur

Inprimis viz. Quod Ecclesia Cathedralis Assaphensis per amotionem et deprivacionem domini Thome Goldwell vltimi Episcopi et pastoris eiusdem ecclesie nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacauit, pastorisque solatio caruit, Hocque fuit et est verum, publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit coniunctim divisim ac de quolibet

Item Quod dicta Ecclesia Cathedralis Assaphensis (vt prefertur) dudum vacante, presidens et Capitulum eiusdem ecclesie capitulariter congregati, et Capitulum facientes (licencia regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclesie cathedralis predicte ad electionem futuri Episcopi Assaphensis celebrandam vnanimiter et concorditer prefixerunt, Ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios, Jus vocem et interesse in eadem electione habentes, vel habere pretendentes, ad diem et locum predictos, in huiusmodi electionis negocio processuros, et procedi visuros, legitime et peremptorie citari fecerunt, Hocque fuit et est verum etc. Et ponit vt supra

Item Quod prefati presidens et Capitulum die et loco prefixis viz. die vltimo preterit. capitulariter congregat. et plenum Capitulum facientes (seruatis primitus per eos de iure et dicte ecclesie cathedralis consuetudine seruandis) habito prius inter eos tractatu diligenti, de persona idonea in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis predicte eligenda, Tandem, vnanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum magistrum Richardum Dauyes in eorum et dicte ecclesie cathedralis Assaphensis episcopum elegerunt, et ecclesie memorate de eodem prouiderunt. Et ponit vt supra

Item Quod electio huiusmodi et persona electa die prenotato in ecclesia cathedrali Assaphensi predicta coram Clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregat. debite publicat. et declarat. fuerunt. Et ponit vt supra

Item Quod dictus venerabilis vir magister Richardus Dauys in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Assaphensis (vt prefertur) electus, huiusmodi electioni de se et persona sua (vt premittitur) facte et celebrate, ad humilem peticionem eorundem presidentis et Capituli, debitis loco et tempore consentiebat, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lecte. Et ponit vt supra

Item Quod prefatus magister Richardus Dauys, fuit et est vir prouidus et discretus, literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber, et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus necnon deo deuotus, et ecclesie memorate apprime necessarius. Hocque fuit et est etc. Et ponit vt supra

Item Quod prefati presidens et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime domine nostre Regine Elizabethe, per literas suas patentes Sigillo eorum Communi sigillatas, pro Officij sui debito iuxta Statuta huius Regni Anglie significarunt et intimarunt. Hocque fuit et est etc. Et ponit vt supra

Item Quod presentat. pro parte presidentis et Capituli antedict. eidem regie Sublimitati, processu electionis huiusmodi, eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua Clementia regia, huiusmodi electioni de persona prefati magistri Richardi Dauyes (vt premittitur) facte et celebrate, Consensum et assensum suos regios graciose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet. Hocque fuit et est verum etc. Et ponit vt supra

Item Quod dicta Serenissima domina nostra Regina, vobis prefato Reuerendissimo patri de assensu et consensu suis regijs huiusmodi electioni (vt premittitur) adhibit. per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significauit, verumetiam earundem literarum suarum patentium tenore vobis rogando mandauit, quatenus vos Electionem predictam et electum huiusmodi confirmare, ipsumque Episcopalibus Insignijs insignire et decorare, Ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte edit. et literarum patentium huiusmodi velletis favore / hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra. / / / / / /

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta, pariter et famosa, ac de et super eisdem laborarunt, et in presenti laborant publica vox et fama. Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciend. offert se pars dominorum presidentis et capituli prompt. et parat. pro loco et tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam electionem, et personam electam confirmand. fore decerni, et cum effectu confirmari, iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, necnon et tenorem regiarum, patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte literarum, Curamque regimen, et administrationem spiritualium episcopatus Assaphen. eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus Assaphen., iuriumque et pertinentium suorum universorum inducend. et intronizand. fore decerni / ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernen. quibuscumque quod iuris fuerit et rationis, Supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes (si qui forsan in dicto electionis negotio intervenerint) Ac ulterius proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis, eatenus obtineat in petitis iuris beneficio et domine nostre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis / Vestrum officium domine Iudex [illegible] humiliter implorando. / / / /

Certificatorium electionis

Illustrissime et invictissime in Christo principi ac domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori etc. / Vestri humiles et devotissimi oratores presidens et capitulum ecclesie vestre cathedralis Assaphen. omnimodam obedientiam et reverentiam tante principi debitas et condignas cum omni subiectionis honore, Maiestati vestre regie tenore presentium innotescimus, et significamus, quod vacante nuper per deprivationem Thome Goldwell ultimi iusti episcopi et pastoris ibidem, ecclesia vestra cathedrali Assaphen., et concessa nobis a maiestate vestra regia alium nobis et dicte ecclesie in episcopum eligendi licentia / Nos prefati presidens et capitulum quarto die mensis decembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, et regni vestri felicissimi Secundo, in domo capitulari dicte ecclesie capitulariter congregat. ac ad electionem futuri episcopi ibidem procedentes, venerabilem virum magistrum Richardum Davyes verbi dei concionatorem probatum, virum utique providum et discretum in spiritualibus et temporalibus valde circumspectum, vita et moribus merito commendandum, nobis et dicte ecclesie cathedrali in episcopum per viam compromissi rite eligimus / Hinc est quod eundem et eandem electionem nostram factam, vestre regie celsitudini intimamus, devotis precibus supplicand., Quatenus predicte electioni nostre regium et patronalem assensum liberaliter impendentes literas vestras super hoc [illegible] Archiepiscopo vel episcopo seu alii secundum arbitrium vestrum regium pro confirmatione dicte electionis, et ceteris in ea parte requisitis in forma consueta dirigere dignemini gratiose cum favore / Et sic vestram regiam celsitudinem diu conservet in prosperis altissimus / In cuius rei testimonium Sigillum nostrum commune presentibus apposuimus / Dat. in domo nostra Capitulari eodem die mensis, et anno predictis / per me Hugonem Poulston clericum canonicum Assaphen. per me Mauritium Birkinshawe clericum canonicum Assaphen. per me Iohannem Price clericum canonicum Assaphen. / per me Morice Thomas clericum canonicum Assaphen., per me Iohannem Powell clericum et canonicum Assaphen. / / / / / / /

Instrumentum super consensu dicti electi

In dei nomine amen Per presens publicum instrumentum cunctis evidenter appareat et sit notum, Quod Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, mensis vero decembris die vicesimo sexto, In quodam inferiori cubiculo infra Rectoriam ecclesie parochialis de Holborne Civitate London. notorie sit. et situat. In meique notarii publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentiis, Constitutus personaliter discretus vir magister Iohannes Incent notarius publicus alme Curie Cantuarien. procuratorio nomine, ac procurator venerabilium virorum decani et capituli ecclesie cathedralis Assaphen. (de cuius procurationis mandato mihi Notario publico satis abunde constare fecit) nomine procuratorio eorundem decani et capituli realiter exhibuit et intimavit venerabili viro magistro Richardo Davyes sacre Theologie professori.

57

tunc et ibm psonalr pnte, ac processum electionis de ipso et dne psona in epm et pas-
torem eccle cath Assaphen predce fact. et celebrat. eundemq magrum Richardum
Davys instanter et instantissime rogavit et requisivit, Quatenus eidem electioni de
ipso et dne psona (ut premittitur) fact. et celebrat. consentire dignaretur. Qui quidem
magr. Richardus Davys sic requisitus et interpellatus electioni predce coram notar
ibm pnte perlect. consentiebat, Ac consensum et assensum suos eidem prebuit in
scripto per eum lecte, tenorem qui sequitur de verbo in verbum in se
complectend. **In dei noie amen** Ego Richardus Davys sacre Theologie professor
in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, ac in et de legitimo matrimonio procreatus
in epm et pastorem eccle cath Assaphen electus, atq ad consentiendum huiusmodi elec-
tioni de me et psona mea in ea parte fact. et celebrat. ex parte et per partem
venerabilium virorum decani et Capitli eccle cath Assaphen instanter rogatus et
requisitus, dei omnipotentis Clementia fretus, electioni huiusmodi de me et psona mea
in ea parte facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis, patris, filij, et spus
sancti consentio, Atq consensum et assensum meos semel atq iterum rogatus et inter-
pellatus prebeo eidem in hijs scriptis. **Super** quibus omnibus et singulis pre-
missis, tam ipse electus qm memoratus magr. Johes Incent procurator ac antedictus me
eundem Notarium pntem subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica
Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde
perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt. Acta fuerunt hec omnia et
singula prout suprascribuntur et recitantur, sub anno dni, mense, die, et loco predcis
presentibus tunc et ibm Johe Jaques et Johe Walhome, testibus ad premissa vi=
dend. et audiend. vocatis specialr et requisitis. /c/c/

Et ego Willmus Babham London dioc. Notarius publicus, Quia premissis
omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno dni, mense, die, et loco pre=
dictis agebantur et fiebant, una cum prenotatis testibus presens psonalr interfui,
eaq omnia et singula sic fieri, vidi, scivi, et audivi, Ideo hoc presens publicum
Instrumentum, manu alterius scriptum, (me interim aliunde occupato) exinde confeci,
subscripsi, et publicavi atq in hanc pntem et autenticam formam redegi, Signoq
et nomine meis solitis et consuetis signavi, meq hic subscripsi in fidem et testimonium
omnium et singulorum premissorum ad id rogatus, specialr et requisitus. /c/c/

Certa Schedula contra oppositores

In dei noie amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in
xpo patris et dni dni Matthei pmissione divina Cantuar. Archiepi totius
Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula
coniunctim et divisim specialr et legitime deputatus, In negotio Confirmationis electionis de
psona venerabilis et egregij viri magri Richardi Davys sacre Theologie
professoris in epm et pastorem eccle cath Assaphen electi, facte et celebrate
rite et legitime procedentes, Omnes et singulos oppositores, Qui contra dictam
electionem formam eiusdem, aut psonam in hac parte electam, dicere, excipere,
vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis isto die hor. et loco
(si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem, aut
psonam in hac parte electam in debita iuris forma dictur. exceptur. et propo-
situr. legitime et peremptorie citatos sepius pntr preconizatos, diuq et sufficienter
expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem,
aut psonam electam huiusmodi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes ad
petitionem procuratoris presidentis et Capitli dicte eccle cath Assaphen predict.
pronunciamus contumaces, et in pena contumaciarum suarum huiusmodi decernimus
procedendum fore ad prolationem Sententie sive decreti finalis in hac causa, eorunde
ipsorum sic citatorum et non comparentium contumac. in aliquo non obstante. /c/

Iuramentum dni electi Assaphen

I Richard Davys elected Busshope of St Assaph at do utterlye
testefie and declare in my Conscyence, that the Quenys Highnes ys the
onlie Supreame Governor of thys Realme and of all other her highnes
dominions and contreys, as well in all Spuall, or ecclesiasticall thinges or causes
as Temporall, And that no forraine prince, pson, prelate, State, or po=

tentate hath or ought to haue any Iurisdiccion Power Superiority, Preeminence or Authority ecclesiasticall or spirituall within this Realme, And therfore I do vtterlie renounce and forsake all forraine Iurisdiccions Powers Superiorities and Authorities, And do promisse that from henceforth I shall bear faith and true allegeaunce to the Quenys Highnes her heires and lawfull successors, and to my power shall assist and defend all Iurisdiccions Priuileges Preeminences and Authorities graunted or belonging to the Quenys Highnes her heires and successors or vnited and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme, So helpe me god, and by the contents of this Booke

Sententia diffinitiua

In dei noie Amen, auditis, visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam yale legum doctorem Reuerendissimi in xpo patris et dni, dni Mathei permissione diuina Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et diuisim specialiter et legitime deputatum meritis et circumstancijs cuiusdam cause siue negocij confirmacionis eleccionis de persona venerabilis et egregij viri magistri Richardi Dabys sacre Theologie professoris in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Assaphen per deprivacionem Thome Goldwell vltimi episcopi ibidem vacantis electi facte et celebrate quod coram nobis aliquamdiu vertebatur, et in presenti vertitur et pendet indecisum, rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negocio habito et facto, atque diligenter recensito, seruatisque per nos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte seruandis, ad nostri decreti finalis siue sententie diffinitiue confirmacionis in huiusmodi negocio ferende prolacionem sic ducimus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi Confirmacionis negocio comperimus luculenter et inuenimus, eleccionem predictam per presidentem et Capitulum ecclesie cathedralis Assaphen predicte de prefato magistro Richardo Dabys electo huiusmodi, viro vtique prouido, et discreto vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis Institutis obuiasse seu obuiare quominus in episcopum Assaphen auctoritate dicti Reuerendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco Nos Thomas yale legum doctor Commissarius antedictus attentis premissis et alijs virtutum meritis super quibus prefatus electus Assaphen fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes, de et cum Concilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicauimus predictam eleccionem de eodem venerabili viro magistro Ricardo Dabys factam et celebratam, auctoritate dicti Reuerendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus, Defectus quoscunque in dicto eleccionis negocio, (si qui forsan fuerint) interuenientes, quantum in nobis est et de iure poterimus supplentes, et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitiuam siue hoc nostrum finale decretum, quam siue quod ad peticionem partium sic presentium ferimus et promulgamus in his scriptis.

Consecratio dni Rici Dabis Epi Assaphen

Die Dnica vizt vicesimo primo die mensis Januarij Anno dni iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, quingentesimo quinquagesimo, nono, in Capella Reuerendissimi in xpo patris et dni, dni Mathei permissione diuina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith, Idem Reuerendissimus pater, vigore et auctoritate literarum patentium Serenissime dne nostre Regine Elizabethe sibi in hac parte factarum et directarum, assistentibus sibi Reuerendis patribus dnis Edmundo London et Rico Elien respectiue Epis necnon Johe Epo Suffraganeo sedis Bedforden, munus Consecracionis Reuerendo patri dno Rico Davyes Epo Assaphen Epo electo et confirmato impendebat, iuxta morem et formam circa Consecracionem ipsius Reuerendissimi patris die Dnica xvij°

die mensis Decembris ultimo preterit. in Capella sua predict. visitat. habita primo Concione per magistrum Andream Peerson Sacellanum dicti Reverendissimi primo, accept. pro themate Sic luceat lux vestra coram hominibus &c. Act. in presentia mei Johannis Incent notarii publici deputati magistri Anthonii Huse Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris, presentibus tunc et ibidem magistro Alexandro Nowell Theologo, Thoma Doile, Johanne Baker, et Roberto Wyllet generosis, et multis aliis testibus &c.

Roffen
Acta confirmationis electionis electi Roffen

Acta habita et facta in Negocio Con-

firmationis Electionis Venerabilis viri magistri Edmundi Gest sacre Theologie Baccalaurei in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Roffen electi xxiiij die mensis Marcij anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono et Regni illustrissime in Christo Principis et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regine fidei defensoris &c. anno secundo, in ecclesia parrochiali beate Marie de Archubus London ecclesie Christi Cantuar Jurisdictionis immediate coram venerabili viro magistro Thoma Yale Legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani, mediantibus literis Commissionalibus patentibus Regijs in hac parte suffulcit. Vicario in Spiritualibus generali et officiali principali ac Commissario in hac parte speciale deputato, in presentia mei Johannis Incent notarii publici in Actorum Scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonii Huse Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris assumpti prout sequitur / Quibus die et loco predictis inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei judicialiter coram prefato magistro Thoma Yale Commissario antedicto, literis Commissionalibus patentibus Regijs &c. ac per me prefatum notarium publicum de mandato dicti magistri Yale publice perlectis, comparuit personaliter magister Georgius Harryson notarius publicus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et capitulo ecclesie cathedralis Roffen, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani et capituli, presentavit eidem magistro Yale Commissario antedicto probum virum Robertum Cole clericum Rectorem ecclesie parochialis beate Marie de Archubus predict. ac e regione dicti domini Commissarij sistebat. Qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Edmundo Gest electo huiusmodi et fecit se partem pro eodem / Et tunc dictus magister Harryson exhibuit Mandatum Citatorium originale una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt omnes et singulos oppositores citatos preconizari / Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum &c. ad fores ecclesie parochialis de Archubus predict. et nullo eorum comparente nec aliquid in hac parte obijciente vel opponente, dictus magister Harryson accusavit eorum contumaciam et petijt eos et eorum quemlibet reputari contumaces, ac eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dictam electionem formamque eiusdem, ac personam electam precludi, Ad cuius peticionem dictus dominus Commissarius pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam &c. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit, Necnon ad peticionem dicti magistri Harryson ad ulteriora in eodem Confirmationis negocio procedendum fore decrevit, prout in schedula per eum lecta plenius continetur, Quaquidem schedula sic lecta prefatus magister Harryson in presentia dicti magistri Roberti Cole procuratoris dicti electi Roffen antedicti dedit summariam peticionem in scriptis, quam petijt admitti, Ad cuius peticionem dictus dominus admisit dictam summariam peticionem quatenus de iure &c. et assignavit dicto magistro Harryson ad probandum ad statim, Deinde Harryson in subsidium probationis contentorum in dicta summaria peticione exhibuit literas patentes regie Maiestatis de-

Consensu suo regio eidem electioni de prefato magistro Edmundo Gest in hac parte fact' et celebrat' adhibito, ac prefato reverendissimo patri pro Confirmacione eiusdem electionis directis patentibus Regiis comendatoriis Quibus sic gestis dominus ad peticionem magistri Harrison assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim, Et tunc magister Harrison exhibuit omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita, et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter nec alio modo, Et tunc dominus ad peticionem Harryson assignavit sibi ad concludendum ad statim, dicto magistro Harryson concludente cum domino secum etiam concludente. / Qua Conclusione sic facta dominus ad peticionem magistri Harrison assignavit ad audiendum sententiam sive finale decretum ad statim, Consequenter vero facta alia trina preconizatione oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium dominus ad peticionem Harrison pronunciavit eos et eorum quemlibet Contumaces ac in penam Contumaciarum huiusmodi decrevit procedendum fore ad prolacionem sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferendum, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante, prout in Schedula per dominum lecta plenius continetur, Quibus sic in ordine gestis, ac prestito per eundem Robertum Cole nomine procuratorio prefati domini electi Roffen, ac in animam ipsius domini electi Iuramento Corporali iuxta formam descriptam in Statuto parliamenti Anno primo Regni domine nostre Regine Elizabeth edit' dominus ad peticionem Harryson tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in Scriptis per eum lecte, pronunciando decernendo ceteraque faciendo prout in eadem continetur Super quibus omnibus et singulis premissis tam prefatus Robertus Cole, quam memoratus magister Georgius Harryson me eundem notarium publicum sibi unum vel plura, publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac Testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt / Postremo vero dominus ad peticionem eiusdem procuratoris respective, decrevit dictum dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore, Curamque, regimen, et administracionem spiritualium et temporalium dicti episcopatus Roffen eidem domino electo et confirmato, commisit, Ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus Roffen, Iuriumque, dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore etiam decrevit iuxta ecclesie cath. Roffen morem et Consuetudinem, Legibus et Statutis huius Regni Anglie non repugnantem aut adversantem / Presentibus tunc et ibidem Willelmo Soter, Johanne Browne, et Rogero Ffynderd clerke testibus etc.

Elizabeth, ~~permissione divina~~ dei gratia Anglie, Ffrancie, et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in christo patri, domino Mattheo Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano Salutem / Cum vacante nuper Sede Episcopali Roffen per mortem naturalem ultimi episcopi eiusdem ad humilem peticionem decani et Capituli ecclesie cath. Roffen, eisdem per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in episcopum et pastorem ecclesie predicte, iidemque decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte, dilectum nobis in christo magistrum Edmundum Gest sacre Theologie Baccalaureum sibi et ecclesie predicte elegerunt in episcopum et pastorem prout per literas suas patentes Sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet / Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum Assensum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes et in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, Quatenus eundem magistrum Edmundum Gest in episcopum et pastorem ecclesie cath. Roffen predicte sic (ut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare, et eundem magistrum Edmundum Gest in episcopum et pastorem ecclesie predicte consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam et effectum Statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum effectu / In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes, Teste meipsa apud Westm' xxjo die Martij Anno r. n. Secundo / / / / Ha / / Cordell

Litere patentes de Assensu regio

Procuratorium Capituli Roffen

Pateat universis per presentes, Quod nos Decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Roffensis unanimi assensu et consensu nostris, Dilectos nobis in Christo magistros Thomam Huike legum doctorem, Johannem Riddisdall clericum ecclesie cathedralis Roffensis Canonicum et prebendarium, et Georgium Harrison notarium publicum coniunctim et divisim nostros veros, certos, legitimos ac indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumque nostrorum gestores, et nuncios speciales ad infrascripta nominamus ordinamus, facimus, et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se divisim et insolidum potestatem generalem, et Mandatum speciale pro nobis ac vice loco, et nominibus nostris venerabilem virum magistrum Edmundum Gest sacre Theologie Baccalaureum in episcopum et pastorem ecclesie nostre cathedralis Roffensis per nos vigore et auctoritate licencie regie nobis in hac parte facte electum, Temporibus et locis congruis et oportunis electum, Eundemque ex parte nostra ad consentiendum electioni de persona sua in hac parte facte et celebrate debita cum Instantia petendi et requirendi, necnon electionem predictam per nos de persona prefati magistri Edmundi Gest (ut prefertur) factam et celebratam illustrissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine fidei defensori &c ac dicte ecclesie nostre cathedralis patrone et fundatrici notificandi et intimandi ac eius Consensum et Assensum regios in ea parte humiliter implorandi, Ac decretum electionis predicte ac personam per nos (ut premittitur) electam, coram reverendissimo in Christo patre et domino, domino Matheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve vicario in spiritualibus generali sive Commissario quocumque presentandi et exhibendi, eundemque decretum sive processum electionis predicte et personam sic (ut premittitur) electam in debita iuris forma approbari et confirmari, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petendi, requirendi et obtinendi, Agendique et defendendi, ac litem seu lites contestandi et contestari videndi, articulum sive articulos, libellum seu libellos seu quascumque summarias petitiones dandi et proponendi, Testes, literas, et Instrumenta et alia quecumque probationum genera producendi et exhibendi, Testesque huiusmodi iurari videndi et audiendi, In causa seu causis concludendi et concludi videndi, eundemque Confirmationis negocium usque ad finalem expedicionem eiusdem inclusive prosequendi, necnon administracionem omnium et singulorum Spiritualium et Temporalium dicti episcopatus eidem electo committi, Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem episcopatus, Iuriumque et pertinentiarum suorum universorum inducendi et inthronizandi fieri decerni petendi et obtinendi, Et generaliter omnia et singula alia faciendi, exercendi, et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittimusque nos ratum, gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis fecerint vel fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum et in ea parte Cautionem exponimus per presentes / In cuius rei testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi procuravimus, Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dictorum Constituentium Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus/ Dat' primo die mensis Marcij Anno domini 1559 / / / / /

Procuratorium domini electi Roffen

Pateat universis per presentes, Quod ego Edmundus Gest sacre Theologie Baccalaureus in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Roffensis rite et legitime electus Dilectum mihi in Christo Robertum Cole clericum meum verum, certum, legitimum ac indubitatum procuratorem, actorem factorem, negociorumque meorum gestorem et nuncium specialem ad infrascripta nomino, ordino, facio et constituo per presentes Doque et concedo eidem procuratori meo potestatem generalem et Mandatum speciale pro me ac vice, loco, et nomine meis coram reverendissimo in Christo patre et domino, domino Matheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve vicario in spiritualibus generali aut Commissario quocumque comparendi, meque a personali comparitione excusandi, ac causam et causas alias meas huiusmodi allegandum et proponendum, ac (si opus fuerit) fidem desuper faciendum et iurandum. Electionem de me et persona mea in ea parte factam et celebratam auctoritate dicti Reverendissimi patris approbari et confirmari, meque in Episcopum Episcopatus predicti erigi et admitti, atque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem Episcopatus, Iuriumque et pertinentiarum suorum universorum induci et inthronizari petendum, requirendum et obtinendum; Decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et promulgari petendum et obtinendum; Iuramentum insuper tam de fidelitate, subiectione, et obedientia illustrissime domine nostre Regine Elizabethe, suisque heredibus et Successoribus prestandum et exhibendum, necnon de renunciando, refutando et recusando omnem et omnimodam potestatem, auctoritatem, et Superioritatem forinsecas iuxta et secundum vim, formam, et effectum Statuti parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, quam etiam aliud quodcumque Sacramentum licitum et honestum, ac de Iure, Legibus, et Statutis huius Regni Anglie in ea parte requisitum, in animam meam et pro me prestandum, subeundum, et iurandum. Et generaliter omnia et singula alia faciendum, exercendum, et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittensque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Datum xx° die mensis Martii Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo nono.

Citatio oppositorum

Matthew permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis, Salutem, gratiam et benedictionem. Cum vacante nuper sede episcopali Roffensi per mortem naturalem domini Mauritii Griffith ultimi et immediati episcopi et pastoris ibidem, Decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Roffensis predicte pro electione novi et futuri episcopi eiusdem (licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negocio, termino ad id statuto rite procedentes, venerabilem virum magistrum Edmundum Gest sacre theologie Bacchalaureum in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum et pastorem elegerunt, Cumque serenissima in Christo princeps et domina nostra domina Elizabeth dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regina, fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli, eidem electioni de persona prefati electi (ut premittitur) facte et celebrate et persone electe Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per easdem literas suas patentes magno sigillo suo Anglie sigillatas nobis significaverit, mandando quatenus nos electionem huiusmodi et personam electam confirmare, et eundem Edmundum in episcopum Roffensem consecrare, iuxta formam Statuti in ea parte editi, velimus cum omni Celeritate accommoda prout per easdem literas Regias (ad quas habetur relatio) plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem serenissime domine nostre Mandato pro officii nostri debito parere, atque in huiusmodi Confirmationis negocio iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere, Omnes et singulos (si qui essent) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad diem, horam et locum et effectum subscriptos evocandos et citandos fore decernimus, Iusticia id postulante. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus, et firmiter iniungendo mandamus, quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie, publice altaque et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Arcubus Londoncalie nostre Metropolitice predicte Cantuar Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem ecclesiam, vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie aliquin in genere, Qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam, dicere, excipere vel opponere voluerint, Ad comparendum et eorum quilibet compareat coram ~~vobis~~ nobis, aut Vicario nostro in Spiritualibus generali sive Commissario quocumque in eadem ecclesia de Archubus die Sabbati viz xxiij die mensis Martij inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) dicturi excepturi et opposituri ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotij Qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes insuper modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie aliquin in genere, Quibus nos etiam hac serie sic Intimamus Quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario sive Commissario nostro huiusmodi comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam dicere, excipere vel opponere curaverint sive non, Nos nihilominus in dicto negotio iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus, et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis feceritis Nos, aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem sive Commissarium huiusmodi dictis die hora et loco debite certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum Mandatum fuerit executus In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nostro de Lambehith xvijo die mensis Martij Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, nono, et nostre Consecrationis Anno primo./

Vicesimo tertio die mensis Martij Anno domini 1559 in Edibus solite habitationis magistri Thome Yale legum doctoris Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuar Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Vicarij in Spiritualibus generalis et officialis principalis in vico vulgariter vocato pater noster Rowe infra parochiam sancte fidei Virginis Civitatis London notorie situate, coram eodem magistro Thoma Yale, in presentia mei Johannis Incent notarij publici &c. comparuit personaliter Robertus Walker Mandatarius &c. et certificavit se executum fuisse istud presens Mandatum in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London ecclesie predicte Cantuar Jurisdictionis immediate, xviijo die presentis mensis Martij iuxta tenorem retroscriptum, Super quibus fecit fidem/

prima Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus In negotio Confirmationis electionis de persona Venerabilis et egregij viri magistri Edmundi Gest sacre Theologie Baccalaurei in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Roffen electi, facte et celebrate rite procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis isto die, hora et loco si sua putaverint interesse contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam, in debita Iuris forma dicturi excepturi et opposituri legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris eleti=

ni et Capituli dicte ecclesie cathedralis Roffen pronunciamus Contumaces, et ipsis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, et personam electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negocio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium Contumaciis in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine amen coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano vestrove vicario in spiritualibus generali sive Commissario quocumque / procurator venerabilium virorum dominorum decani et Capituli dicte ecclesie cathedralis Roffen dicit, allegat, et in hiis scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem per viam summarie petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis videlicet quod Ecclesia episcopalis Roffen per mortem naturalem domini Mauricii Gryffith ultimi episcopi ibidem nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio caruit, Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit coniunctim divisim et de quolibet.

Item quod dicta Ecclesia episcopali Roffen (ut premittitur) durante vacatione, decanus et Capitulum eiusdem ecclesie cathedralis capitulariter congregati, et capitulum facientes (licentia regia Capitulo primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem ad domum suam Capitularem ecclesie cathedralis predicte, ad electionem novi et futuri episcopi Roffen celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt, Ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios, ius, vocem, aut interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes, ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negocio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt, Hocque fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis viz xxvj° die mensis Januarii ultimo preterito capitulariter congregati, et plenum Capitulum facientes, (servatis primitus per eos de Jure et dicte ecclesie cathedralis Consuetudine servandis) habito primitus inter eos tractatu diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis predicte eligenda tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum magistrum Edmundum Gest sacre Theologie Bacchalaureum in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum et pastorem elegerunt, et ecclesie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra.

Item quod electio huiusmodi et persona electa die prenotato in ecclesia cathedrali Roffen predicta coram Clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra.

Item quod dictus venerabilis vir magister Edmundus Gest in episcopum Roffen (ut prefertur) electus huiusmodi electioni de se et persona sua (ut premittitur) facte et celebrate ad humilem petitionem dictorum decani et Capituli debite loco et tempore consentiebat, ac Consensum et Assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

Item quod prefatus magister Edmundus Gest fuit et est vir providus et discretus, literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et dicte ecclesie memorate apprime necessarius, Hocque fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime domine nostre Regine Elizabethe per literas suas patentes Sigillo eorum communi sigillatas pro officii sui debito iuxta Statuta huius Regni Anglie significaverunt et intimarunt Hocque fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item quod habita pro parte decani et Capituli eadem regie Sublimitati recognitione electionis huiusmodi, eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua Clementia Regia huiusmodi electioni de persona prefati magistri Edmundi Gest (ut premittitur) facte et celebrate Consensum et Assensum suos regios graciose exhibuit et exhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet. Hocque fuit et est et ponit ut supra

Item Quod dicta Serenissima domina nostra Regina, vobis prefatis reverendissimis patribus de assensu et consensu suis regiis, huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibit. per literas suas patentes vobis inscriptas non solum significavit, verumetiam earundem literarum tenore vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et electum huiusmodi confirmare, ipsumque episcopalibus insigniis insignire et decorare, ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore. Hocque fuit et est et ponit ut supra

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta, pariter et famosa ac de et super eisdem laborarunt, et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert se pars domini decani et capituli predictorum et parata pro loco et tempore congruis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari, iuxta iura et statuta huius regni Anglie exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis in hac parte directarum exigentiam, curamque et regimen, et administrationem episcopatus Roffensis eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem episcopatus iuriumque et pertinentium suorum universorum induci et inthronizari fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes si qui forsan in dicto electionis negotio intervenerint. Que proponit et fieri petit, pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in premissis iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium domine iudex eidem humiliter implorando.

Certificatorium electionis

Excellentissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie regine fidei defensori etc. fundatrici nostre, vestri humiles et obedientes subditi et oratores vestri, Walterus Phillipps decanus ecclesie vestre fundationis Christi et Beate Marie Virginis Roffensis et eiusdem ecclesie Capitulum obedientiam tante potentissime principi condignam cum honore. Mandatum vestrum regium sive breve de Congedelyer pro electione novi et futuri episcopi et pastoris dicte vestre ecclesie cathedralis Roffensis per mortem naturalem ultimi episcopi eiusdem iam vacantis cum ea qua decuit reverentia nuper recepimus sequentis, sub eo qui sequitur verborum tenore. Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Dilectis sibi in Christo decano et Capitulo ecclesie cathedralis Roffensis salutem. Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum, ut cum ecclesia predicta per mortem naturalem ultimi episcopi ibidem iam vacet, et pastoris sit solatio destituta alium vobis eligendi in episcopum et pastorem licentiam nostram fundatoriam vobis concedere dignaremur Nos precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, licentiam illam vobis duximus concedendam Rogantes quod talem vobis eligatis in episcopum et pastorem qui deo devotus, nobisque et regno nostro utilis et fidelis existat, In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes, Teste meipsa apud Westmonasterium xxijdo die Januarij Anno regni nostri secundo. Cuius quidem mandati sive brevis regii vestri vigore pariter et auctoritate, nos decanus et Capitulum antedicti, in domo nostra capitulari dicte vestre ecclesie cathedralis Roffensis capitulariter congregati, die lune vizt xxixo die mensis Januarij ultimo preterito venerabilem virum magistrum Edmundum Gest in sacra theologia baccalaureum in episcopum et pastorem dicte vestre ecclesie cathedralis Roffensis nominavimus et elegimus in eum, prout in quodam nostro instrumento sive processu electionis dicti episcopi sigillo nostro capitulari sigillato ac reverendissimo in Christo patri ac domino, domino Mattheo permissione divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie primati et metropolitano exhibito ac cum eo remanente plenius liquet et apparet. In cuius rei testimonium sigillum nostrum capitulare presentibus apposuimus. Dat. in domo nostra capitulari vijo die mensis Februarij Anno domini iuxta cursum ecclesie Anglicane 1559. et vestri regni felicissimi Anno secundo.

Instrumentum super consensu Electi Roffen.

In dei noie Amen Per presens publicum Instrumentum cunctis evidenter appareat et sit notum, Quod anno dni iuxta Computacionem ecclie Anglicane Millimo Quingen° Quinquagesimo, Nono, mensis vero ffebruarij die vndecimo in Capella Reverendissimi dni Archiepi Cantuarien apud Lambehith, ecclie xpi Cantuarien Jurisdictionis immediate, in meiq notarij publici subscripti ac testium inferius nominatorum presencia Constitutus personaliter discretus vir Johes Fiddisdale clericus ecclie cath Roffen predict. Canonicus et prebendarius, ac procurator (vt asseruit) venerabilium virorum decani et Capituli ecclie cath Roffen sufficienter constitutus, de cuius procuracionis Mandato michi eidem notario publico subscripto, satis abunde constari fecit, noie procuratorio eorundem decani et Capituli, predicto venerabili et eximio viro magro Edmundo Gest sacre Theologie Baccalaureo tunc ibm personaliter presenti, Electionem de ipso et eius persona in Epum et pastorem ecclie cath Roffen predict. per prefat. decanum et Capitulum fact. et celebrat. Ipsumq magrum Edmundum Gest instanter rogavit et requisivit, Quatenus electioni predce consentire, ac Consensum et Assensum suos eidem prebere dignaretur, Qui quidem magr. Edmundus sic rogatus et requisitus electioni predce de ipso et eius persona facte et celebrat. consentiebat in scriptis per eum lecte tenorem subscriptum de verbo in verbum in se continen, In dei noie Amen Ego Edmundus Gest sacre Theologie Baccalaureus in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus, ac in et de legitimo matrimonio procreatus, in Epum et pastorem ecclie cath Roffen electus, atq ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in ea parte facte et celebrate, ex parte et per partem venerabilium virorum decani et Capituli eiusdem ecclie instanter rogatus et requisitus, dei omnipotentis Clementia fretus, Electioni predce de me et persona mea (vt premittitur) facte et celebrate, ad honorem dei omnipotentis Clementia fretus, Electioni predce de me et persona mea (vt premittitur) facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis patris, filij et Spiritus sancti consentio, ac consensum et Assensum meos semel atq iterum rogatus et requisitus prebeo eidem in his scriptis/ Super quibus omnibus et singulis premissis tam prefatus venerabilis vir magr. Edmundus Gest electus huiusmodi quam memoratus Johes Fiddisdale procurator antedictus me eundem Notarium pubcum subscriptum sibi vnum vel plura pubcum seu pubca Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt, Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub anno dni, mense, die et loco predict, presentibus tunc et ibm venerabili viro magro Thoma Yale legum doctore et Richardo Hendry lrato, testibus ad premissa videndum, audiendum, et testificandum vocatis et specialiter requisitis

Et ego Johes Incent Cantuarien dioc. publicus auctoritate sufficienti notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (vt premittitur) sub anno dni, mense, die et loco predict agebantur et fiebant vnacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaq omnia et singula sic fieri vidi, scivi, et audivi, atq in notam sumpsi, Ideo hoc presens pubcum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, et publicavi, atq in hanc pubcam et autenticam formam redegi, Signoq nomine, Cognomine, et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

Prima Schedula contra oppositores

In dei noie Amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in xpo patris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus, In negocio Confirmacionis electionis de persona venerabilis et eximij viri magri Edmundi Gest sacre Theologie Bacchi in Epum et pastorem ecclie cath Roffen electi, facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis isto die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam, in debita Juris forma dicturi excepturi et opposituri legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuq et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes ad petitionem procuratoris decani et Capituli ecclesie cathedralis Roffensis pronunciavimus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decrevimus procedendum fore ad prolationem sententie sive decreti finalis in hac causa ferendi ipsorum sic citatorum et non comparentium absentiis sive contumaciis in aliquo non obstantibus.

Juramentum domini electi Roffensis

I Edmund Gest elected Busshoppe of Rochester do utterlie testifie and declare in my Conscience That the Quenys Highnes ys thonlie supreme Governor of thys Realme, and of all other her highnes Dominions and Contreys as well in all spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as Temporall, And that no forraine prince, person, prelate, State or potentate hath or ought to have any Jurisdiction power, Superioritie and Authority within thys Realme, And therfore I do utterlie renounce and forsake all Jurisdiction, powers Superiorities and Authorities, And do promisse That from hensforth I shall bear faith and true allegeance to the Quenys Highnes her heires and Lawfull Successors, and to my power shall assist and defend all Jurisdictions, privileges, preeminence, and Authorities graunted or belonging to the Quenys highnes her heires and Successors or united or annexed to thimperiall Crowne of thys Realme so helpe me god and by the Contente of thys Booke

Sententia diffinitiva

In dei nomine amen, Auditis, visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale legum doctorem, Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatum, meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Edmundi Gest sacre Theologie Baccalaurei in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Roffensis per mortem naturalem Mauritii Griffith ultimi Episcopi et pastoris ibidem vacante electi, facte et celebrate, quod coram nobis aliquandiu vertebatur et in presenti vertitur et pendet indecisum, Rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter recensito (Servatisque per nos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) ad nostri decreti finalis sive sententie diffinitive Confirmationis in huiusmodi negotio ferende prolationem, sic duximus procedendum, et procedimus in hunc qui sequitur modum / Quia per acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi Confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus, electionem ipsam per decanum et capitulum ecclesie cathedralis Roffensis de prefato magistro Edmundo Gest electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis Institutis obviasse seu obviare quominus in Episcopum Roffensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco nos Thomas Yale legum doctor Commissarius antedictus attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus electus Roffensis fidedigno commendatur Testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris proponentes de et cum Consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, predictam electionem de eodem magistro Edmundo factam et celebratam auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis commissa confirmamus, defectus quoscumque in dicto Electionis negotio (si qui forsan sint) intervenientes, quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ad petitionem partium ita proferimus et promulgamus in hiis scriptis

Consecratio domini Edmundi Gest episcopi Roffensis

Die Dominica viz vicesimo quarto die mensis Martii Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo, nono, Et Regni illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc Anno Secundo in Capella Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith situ et Diocesi sue Cantuariensis Jurisdictionis immediate, Idem Reverendissimus pater assistentibus sibi reverendis patribus –

Dnis Nicholao Bullok et Johe Ward respective eorundem rigore brevium patentium dne Illustrissime dne nre Regine Sigillo suo magno sigillat. eidem reverendissimo pri in hac parte direct. munus Consecrationis venerabili viro dno Edmundo Gest in Epum et pastorem eccle cath. Roffen elect. et confirmat. impendebat, adhibitis Ceremonijs consuetis, ac prestito Juramento solito iuxta formam descriptam in Actis Consecrationis hmoi reverendissimi pris, Act. in ptia mei Johis Incent notarij publici deputati magri Anthonij Huse Registrarij dci Reverendissimi pris Presentibus tunc et ibm magro Thoma Yale legum doctore, Thoma Willo, et Johe Baker generosis Andrea Peirson clico et multis alijs testibus etc.

Lichfen

Confirmatio Electionis D. Thome Bentham Epi Coven et Lichfen

Acta habita et facta in negocio Confirmationis

Electionis venerabilis viri magri Thome Bentham in Epum et pastorem eccle cath. Lichfeld elect. xxijo die mensis Martij Anno dni iuxta Computacionem eccle Anglicane Millimo Quingentmo Quinquagesimo Nono et Regni illustrissime in xpo principis et dne nre dne Elizabethe dei gra Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. Anno Secundo in eccla pochiali beate Marie de Archubus London eccle xpi Cantuarien Jurisdictionis immediate, coram venerabili viro magro Thoma Yale legum doctore, reverendissimi in xpo patris et dni dni Matthei pmissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani, mediantibus lris Commissionalibus patentibus Regijs in hac parte sibi directis fulcit. Vicario in Spualibus generali, et Officiali Principali, ac Commissario in hac parte specialiter deputato, in ptia mei Johis Incent notarij pubci in Actorum Scribam in hac parte propter absentiam magri Anthonij Huse Registrarij primarij dicti reverendissimi pris assumpti prout sequitur, Quibus die et loco predictis inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, putat coram prefato magro Thoma Yale Commissario antedicto lris Commissionalibus patentibus Regijs etc ac per me prefatum notarium pubcum de Mandato dni magri Yale pubce perlectis, Comparuit psonaliter magr Georgius Harryson notarius pubcus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Presidente et Capitulo eccle cath Lichfeld et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Presidentis et Capituli presentavit eidem magro Thome Yale Commissario antedicto probum virum Robertum Cole clicum Rectorem eccle parochialis beate Marie de Archubus predict. ac e regione dci dni Commissarij tunc sistebat qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magro Thoma Bentham electo hmoi et fecit se partem pro eodem. Et tunc dcus magr Harryson exhibuit Mandatum originale una cum Certificatorio in dorso sup executione eiusdem, et petijt omnes et singulos oppositores citatos preconizari. Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum etc ad fores dicte eccle pochialis de Archubus predict. et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte obijcien vel opponen, dictus magr Harryson accusavit eorum contumacias et petijt eos et eorum quemlibet reputari contumaces, ac eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut psonam in hac parte electam precludi, Ad cuius peticionem dcus dnus Commissarius pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces ac in penam etc viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit. Deinde ad peticionem dci magri Harryson ad ulteriora in eodem Confirmationis negocio procedend fore decrevit, prout in Schedula per eum lecta plenius continetur, Qua quidem Schedula sic lecta prefatus magr Harryson in ptia dci Roberti Cole procuratoris dci electi Lychfeld audien. dedit Summariam peticionem in scriptis qua petijt admitti. Ad cuius peticionem dcus admisit dictam Summariam peticionem quatenus de iure etc et assignavit eidem Harryson ad probandum ad statim, Deinde Harryson in Subsidium Probationis contentorum in dicta Summaria peticione exhibuit lras patentes regie maiestatis de Consensu suo regio eidem electioni de prefato magro Thoma Benthm in hac parte fact et celebrat exhibit ac prefato reverendissimo patri pro Confirmatione eiusdem electionis direct petiit iuris remedium, Quibus sic gestis dnus ad peticionem magri Harrison assignavit sibi ad omnia proponend ad statim, Et tunc magr Harrison exhibuit omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita et proposita, Quatenus sibi conducunt, et non aliter nec alio modo; Et tunc dnus ad peticionem Harryson assignavit sibi ad concludendum ad statim, dicto magro Harrison concludente cum dno secum etiam concludente Qua conclusione sic facta, dnus ad peticionem magri Harrison assignavit ad audiend sententiam sive finale decretum ad statim Consequenter vero facta alia trina preconizatione oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium, dnus ad peticionem Harr pronunciavit eos et eorum quemlibet contumac ac in penam Contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedend fore ad prolacionem sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferend, ipsorum sic citatorum et non comparentium absencia sive Contumacia in aliquo non obstan, prout in schedula per eundem lecta plenius continetur Quibus sic in ordine gestis, ac prestito per eundem Robertum Cole nomine procurio prefati dni electi Coven et Lichef, ac in animam ipsius dni electi, Iuramento corporali iuxta formam descriptam in Statuto Parliamenti Anno primo Regni dne nre regine Elizabethe edit dnus ad peticionem magri Harryson tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in scriptis per eum lectis pronunciando decernendo ceteraque faciendo prout in eadem continetur, Super quibus omnibus et singulis premissis, tam prefatus Robertus Cole quam memoratus magr Georgius Harryson me eundem Iohem fieri sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt, Postremo vero dnus ad peticionem eorundem procuratorum decrevit dictum dnum electum et confirmatum consecrand et benedicend fore, Curamque, regimen et administracionem spiritualium et temporalium dicti episcopatus Coven et Lichefeld eidem dno electo et confirmato commisit, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus, iuriumque, dignitatum, honorum, preeminenciarum, et pertinenciarum suorum universorum inducend et intronizand fore etiam decrevit, iuxta ecclie cathis Lichfeld morem et consuetudinem, legibus et Statutis huius Regni Anglie non repugnan aut adversan, presentibus tunc et ibidem Willmo Coke, Iohe Browne, et Rogero ffynerd literatis testibus &c.

Lre patentes de assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie, ffrancie et Hibernie regina, fidei defensor &c reverendissimo in xpo patri dno Mattheo Archiepo Cantuar totius Anglie primati et Metropolitano salutem, Cum vacante nuper sede epali Lichfeld et Coven per legitimam deprivacionem ultimi epi eiusdem ad humilem peticionem decani et Capituli ecclie cathis Lichfeld et Coven eisdem per lras nras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligend in epum et pastorem sedis predce, iidemque decanus et Capitulum vigore et obtentu licencie nre predce dilectum nobis in xpo magrum Thomam Benthm sacre Theologie Baccalaur sibi et ecclie predce elegerunt in epum et pastorem prout per lras suas patentes sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem, Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes et in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, Quatenus eundem magrum Thomam Benthm in epum et pastorem ecclie cath Lichfeld et Coven predict sic (ut prefertur) electum, electionemque predcam confirmare, et eundem magrum Thomam in epum et pastorem ecclie predce consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam et effectum Statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum effectu, In cuius rei testimonium has lras nras fieri fecimus patentes T. meipsa apud Westm vicesimo die ffebruarij Anno r. nr secundo

per bre de privato Sigillo &c. f. Cordell

Procuratorium dni electi Lichfeld

Pateat vniuersis per presentes, Quod ego Thomas Bentham sacre Theologie ac
Bacchalaureus in Episcopum et pastorem ecclesie cath Coven et Lichfeld elect et electus
dilectum mihi in Christo Robertum Cole clericum, meum verum, certum, et indubitatum
procuratorem, actorem, factorem, negotiorumque meorum gestorem et nuncium specialem ad
infrascripta nomine ordino, facio, et constituo per presentes, Doque et concedo eidem procura-
tori meo potestatem generalem et Mandatum speciale pro me ac vice, loco, et nomine meis
coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuar-
iensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano, eiusve Vicario in Spiritua-
libus generali aut Commissario quocumque comparendum, meque a personali Comparitione
excusandum, ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandum et proponendum, ac (si opus
fuerit) probandum, fidemque desuper faciendum et iurandum, Electionemque de me et
persona mea in ea parte factam et celebratam auctoritate dicti reverendissimi patris appro-
bari et confirmari, meque in Episcopum Coven et Lichfeld predict erigi et admitti,
atque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus, Iuriumque et per-
tinentiarum suorum universorum induci et inthronizari petendum, requirendum et obtinendum,
decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et promulgari petendum et
obtinendum, Iuramentum insuper tam de fidelitate Subiectione, et obedientia illustrissime domine
nostre Regine Elizabethe, eiusque heredibus et successoribus prestandum et exhibendum, Necnon
de renunciando, refutando, et recusando omnem et omnimodam potestatem, auctoritatem, Su-
perioritatem, et Iurisdictionem forinsecas, iuxta et secundum veram formam, et effectum
Statuti parliamenti huius regni Anglie in ea parte edit et provis, quam-
etiam quodcumque aliud Sacramentum licitum et honestum, ac de iure legibus et
Statutis huius inclyti regni Anglie in ea parte requisitum in animam meam et
pro me prestandum, subeundum et iurandum Et generaliter omnia et singula
alia faciendum, exercendum, et expediendum, que in premissis et circa ea necessaria fuerint
seu quomodolibet oportuna, etiamsi Mandatum de se magis exigant speciale quam supe-
rius est expressum, promittoque me ratum, gratum et firmum perpetuo habiturum
totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis vel aliquo premisso-
rum, sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum meorum tam
presentium quam futurorum, Et in ea parte Cautionem expono per presentes. In cuius
rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Arthuri Cicestren presentibus
apponi procuravi Et nos Arthurus Cicestren ad specialem rogatum
dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Dat vicesimo
die mensis Martii Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane
Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo nono.

Citatio oppositorum

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie
Primas et Metropolitanus, Vniversis et singulis clericis et literatis quibuscumque per
provinciam nostram Cantuarien vbilibet constitutis Salutem gratiam et benedictionem.
Cum vacante nuper sede episcopali Coven et Lichfeld per deprivacionem
Radulphi Bayne sacre Theologie professoris ultimi episcopi ibidem, presidens et capitulum
ecclesie cath predict pro electione novi et futuri episcopi et pastoris eiusdem ecclesie
(licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum
prefixerint et assignaverint, atque in huiusmodi Electionis negotio rite procedentes
venerabilem virum magistrum Thomam Bentham sacre Theologie Bacchalaureum
in eorum et dicte ecclesie cathedralis Episcopum et pastorem elegerint, Cumque Sere-
nissima in Christo princeps et domina nostra, domina Elizabeth dei gratia Anglie,
Francie, et Hibernie Regina fidei defensor etc. ad humilem petitionem
eorundem presidentis et Capituli eidem electioni de persona prefati electi
(ut prefertur) sic facte et celebrate et persone electe regium suum adhibuerit
assensum pariter et favorem, prout per easdem literas suas patentes magno
Sigillo suo Anglie sigillatas nobis significaverit, Mandando quatenus nos
electionem huiusmodi et personam electam confirmare et eundem Thomam Bentham
in Episcopum Coven et Lichfeld confirmare et consecrare iuxta formam Statuti
Parliamenti in ea parte edit. vellemus cum omni celeritate accommoda, prout
per easdem literas regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet

Nos vero volentes eidem Reverendissimo dno nro Regio Mandato pro officii nri -
debito parere, Atque in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum -
huius regni Anglie exigentiam procedere, Omnes et singulos (si qui sint) qui con=
tra dictam electionem, firmam eiusdem, personamve in hac parte electam, dicere,
excipere, vel opponere voluerint ad diem, hor. locum, et effectum subscript. evo=
cand. et citand. fore decrevimus Justicia id postulante. Vobis igitur coniunctim et divisim com=
mittimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis
peremptorie publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate -
Marie de Archubus London. ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuarien. Jurisdictionis nostre
immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem
ecclesiam vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos -
oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere Qui contra dictam electio=
nem, firmam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, excipere, vel
opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis
aut vicario nostro in spiritualibus generali, sive Commissario quocunque in eadem -
ecclesia de Archubus die Sabbati prox. futur. viz. xxiijo die presentis mensis -
Martij inter horas octavam et decimam ante meridiem eiusdem diei cum con=
tinuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) con=
tra dictam electionem, firmam eiusdem, aut personam in hac parte electam, (si sua
putaverint interesse) dicturi, excepturi et opposituri, Ulteriusque facturi et
recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii Qualitas et natura
de se exigunt et requirunt, Intimantes insuper modo et forma precedentibus om=
nibus et singulis oppositoribus (si sint) in specie, alioquin in genere, Quibus nos etiam
harum serie sic intimamus, Quod sive ipsi sic citati dictis die, hor. et loco coram
nobis comparuerint et contra dictam electionem, firmam eiusdem, aut personam
in hac parte electam excipere vel opponere curaverint, sive non, Nos -
nihilominus in dicto negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie -
exigentiam procedemus, et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non-
comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in pre=
missis feceritis Nos, aut vicarium, sive Commissarium nostrum huiusmodi, dictis die, hor. et
loco debite certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum Mandatum
fuerit executus. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus
Dat. in Manerio nostro de Lambehith xx° die mensis Martij Anno dni 1559
et nre Consecr. Anno primo.

Vicesimo tertio die mensis Martij Anno dni 1559 in edibus solite habitatio=
nis magistri Thome Yale legum doctoris vicarii in spiritualibus generalis Reverendissi=
mi in Christo patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepiscopi
totius Anglie Primatis et Metropolitani in vico vulgariter nuncupat. Pater nr
Rowe infra parochiam Sancte fidis virginis Civitate London. notorie situat. -
coram eodem magistro Yale in presentia mei Johannis Incent notarii publici etc. comparuit -
personaliter Robertus Walker Mandatarius etc. et certificavit se executum fuisse
istud Mandatum in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London. -
ecclesie Christi Cantuar. Jurisdictionis immediate xxjo die mensis Martij presentis iuxta
formam retroscriptam super quibus fecit fidem.

prima Schedula
contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris
et dni, dni Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepiscopi totius Anglie Primatis
et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et
legitime deputatus In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri
magistri Thome Bentham sacre Theologie Baccalaurei in Episcopum et pastorem ecclesie
cathedralis Coventren. et Lichfelden. electi, facte et celebrate rite et legitime procedentes, Omnes et
singulos oppositores, qui contra dictam electionem, firmam eiusdem, aut personam in -
hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram
nobis istis die, hor. et loco, (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, firmam

eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dictum decretum et propositum legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, ad peticionem procuratoris presidentis et Capituli ecclesie cathedralis Lichfeldensis pronunciamus contumaces, et ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem et personam electam huiusmodi precludimus in hiis Scriptis. Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius inclyti regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium Contumacia in aliquo non obstante.

In dei nomine Amen Coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et metropolitano, vestrove vicario in Spiritualibus generali sive Commissario quocunque, pars venerabilium virorum presidentis et Capituli ecclesie cathedralis Lichfeldensis dicit, allegat et in hiis Scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam Summarie petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Summaria petitio

Inprimis, viz. quod ecclesia cathedralis Coventrensis et Lichfeldensis, per deprivationem Radulphi Bayno sacre Theologie professoris ultimi episcopi et pastoris eiusdem nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio caruit, hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet.

Item quod dicta ecclesia cathedrali Coventrensi et Lichfeldensi (ut prefertur) dudum vacante, presidens et Capitulum eiusdem ecclesie capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem, ac domum suam Capitularem ecclesie cathedralis predicte ad electionem futuri episcopi Coventrensis et Lichfeldensis celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt. Ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios suos, votum aut interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes, ad diem et locum predictos in huiusmodi electione processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt, hocque fuit et est verum etc. Et ponit ut supra.

Item quod prefati presidens et Capitulum, die et loco prefixis viz. xxvto die mensis Januarii ultimo preterit. capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes, servataque primitus per eos de iure et dicte ecclesie cathedralis Consuetudine servanda, habito primitus inter eos tractatu diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis predicte eligenda, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum magistrum Thomam Bentham sacre Theologie Baccalaureum in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum et pastorem elegerunt, et dicte ecclesie memorate de eodem providerunt. Et ponit ut supra.

Item quod electio huiusmodi et persona electa die prenotato in dicta ecclesia cathedrali Lichfeldensi coram Clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

Item quod dictus venerabilis vir magister Thomas Bentham in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Coventrensis et Lichfeldensis (ut prefertur) electus, huiusmodi electioni de se et persona sua facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem presidentis et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, ac Consensum et assensum suos eidem prebuit in Scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

Item quod prefatus magister Thomas Bentham fuit et est vir providus et discretus, literarum eminenti Scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo devotus, et dicte ecclesie memorate apprime necessarius, hocque fuit et est verum etc. Et ponit ut supra.

Item quod prefati presidens et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam serenissime domine nostre Regine Elizabethe per literas suas patentes, Sigillo eorum communi sigillatas, pro officii sui debito iuxta Statuta huius Regni Anglie significaverunt et intimaverunt, hocque fuit etc. Et ponit ut supra.

Item quod intimato pro parte presidentis et Capituli huiusmodi eidem regie Sublimitati processu Electionis huiusmodi, eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua

Clementia regia, huiusmodi electioni de persona prefati magistri Thome Bentham (ut prefertur) facte et celebrate, Consensum et Assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Hocque fuit et est &c. Et ponit ut supra.

Item quod dicta Serenissima domina nostra Regina, vobis prefato reverendissimo patri de Assensu et Consensu suis regiis, huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verumetiam earundem literarum serie vobis rogando mandavit, Quatenus vos electionem predictam et electum huiusmodi confirmare, ipsumque spiritualibus insigniis insignire et decorare, Ceteraque peragere (que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali, iuxta formam Statuti in ea parte editi, et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore, Hocque fuit et est verum &c. Et ponit ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa, ac de et super eisdem laborarunt, et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert se pars dicti presidentis et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam Electionem et personam electam confirmari fore decerni, et cum effectu confirmari, iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem, Curamque regiminis, et administrationem episcopatus Coven. et Lichen. eidem committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus, iuriumque et pertinentium suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque, quod iuris fuerit et rationis, Supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes, si qui fuerint in dicto electionis negotio intervenerint, Quod proponit et fieri petit, pars ista proponens coniunctim et divisim, non artans se ad omnia et singula premissa probandum, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur. Sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum Officium domine Iudex antedicte humiliter implorando.

Processus Electionis Epi Lichen

Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Matheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano, aut alii cuicumque potestatem et auctoritatem in hac parte habenti, vestri humiles et devoti Richardus Walker presidens et Capitulum ecclesie cathedralis Lichen. vestre Cantuar. provincie, omnimodas reverentiam et obedientiam tanto reverendissimo patri debitas cum honore. Ad vestram notitiam deducimus, et deduci volumus per presentes, Quod vacante nuper dicta ecclesia cathedrali Lichen. per liberam deprivationem Bone memorie domini Radulphi Bayne sacre Theologie professoris ultimi Coven. et Lichen. Episcopi, attendentes gravia Incommoda et dispendia que per ipsius diutinam vacationem memorate ecclesie cathedrali Lichen. ac dioc. Lichen. et Coven. verisimiliter evenire possunt, dictisque omni Solicitudine qua decet occurrere summopere cupientes in domo nostra Capitulari ad effectum infrascriptum die Sabbati videlicet Sexto die Instantis mensis Januarii Anno domini secundum cursum et computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo, Nono, Regni vero preclarissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia, Anglie Francie et Hibernie regine, fidei defensoris &c. Secundo, capitulariter congregati in presentia mei magistri Johannis Incent notarii publici subscripti (licentia regia nobis in hac parte concessa, diem lune videlicet decimum quintum diem eiusdem mensis Januarii Anno predicto, atque horam nonam ante meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium (si oporteat) ad electionem novi et futuri episcopi dicte ecclesie cathedralis ac dioc. predicte celebrandam, prefiximus et assignavimus, Atque ad ipsos diem hor. et locum omnes et singulos Canonicos et prebendarios eiusdem ecclesie cathedralis Lichen. vocatim et in scriptis, aliosque omnes et singulos de iure seu consuetudine ius et vocem in huiusmodi electione sese habere pretendentes in genere, iuxta Antiquam et laudabilem Consuetudinem in dicta ecclesia antiquitus usitat. citari, premoneri et decani sigillatim fecimus, decrevimus, et mandavimus sub modo et forma sequenti viz **Presidens** et Capitulum ecclesie cath. Lichfeld dilecto nobis in Christo domino Willelmo Smith Scrutatori ecclesie cath. predicte salutem in domino / Cum dicta ecclesia cath. Lichfeld per deprivationem ultimi episcopi eiusdem iam sit pastoris solatio destituta, Cuius petenda tam de licentia regia nobis in hac parte concessa, quam de iure statutis et constitutionibus approbatis utriusque ecclesie, de consilio et consensu nostris, electio futuri episcopi iminet celebranda die Lune viz xv^tus diei instantis mensis Januarii hora nona eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium (si oporteat) ad celebrandam electionem in domo Capitulari ecclesie cath. Lichfeld predict. sit statutum, pariter et prefixum, Tibi committimus ac firmiter iniungendo mandamus, Quatenus cites seu citari facias premoneas, seu premoneri facias peremptorie omnes et singulos Canonicos et prebendarios dicte ecclesie cath. Lichfeld, ac alios quoscumque, ac alios quoscumque qui huiusmodi electioni debent, volunt, aut possunt commode interesse, personaliter (si poterunt inveniri) sin autem publice Citationis edicto in suis prebendis sive stallis in Choro ipsius ecclesie palam et publice proposito iuxta morem et Consuetudinem predicti temporis in hac parte hactenus observat. Quod in dicta domo Capitulari Lichfeld dicto die Lune, hora predicta compareant et intersint, compareatque et intersit eorum Quilibet, de electione novi et futuri episcopi huiusmodi tractatur. et suum consensum in ea parte impensur. ac in dicto electionis negotio cum Continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium (si oporteat) usque ad finalem expeditionem eiusdem in debito modo processur. / Intimantes eisdem quod si in dicto termino minime comparuerint nos in dicto electionis negotio quantum de iure poterimus procedemus, eorum absentijs non obstan., licet etiam ad alios terminos fuerit electio huiusmodi proroganda, Quid autem in premissis feceris, ac de modo et forma Citationis et premonitionis huiusmodi dicto die Lune in domo Capitulari audit. debite certifices per literas tuas patentes harum seriem in se continent. nominibus et cognominibus Canonicorum et aliorum per te in hac parte citandorum plenius continent. autentice sigillat. Dat. Lich. in domo nostra Capitulari, sub sigillo nostro quo in hac parte fungimur sexto die mensis Januarii Anno domini secundum cursum et Computationem ecclesie Anglicane Millesimo, quingentesimo quinquagesimo, nono, **Quo die** Lune viz xv^o die mensis Januarii Anno domini et Regni regine antedicto adveniente, divinum Officium vulgariter dictum the morning prayer and the Communion in dicto ecclesie cath. Lichfeld Choro solempniter celebrari et decantari fecimus, Quaque finita, ac statim (ut moris est) Campana ad Capitulum congregandum pulsata, Nos Richardus Walker presidens et Capitulum viz magister Arthurus Dudley prebendarius de Colwich in dicta ecclesia cath., Thomas Bolt prebendarius de Stotfold, Canonici residen., Henricus Hilin prebendarius de Ryton, Henricus Wilshawe prebendarius de Dasset, et Thomas Chedulton prebendarius de parva Pipa, etiam dicte ecclesie cath. Canonici, personaliter in predictam domum Capitularem una cum notario et testibus infrascriptis pariter convenimus et intravimus, Ubi proposito verbo dei per magistrum Thomam Byddy, in sacra Theologia Baccalaureum sub themate. Christus videns turbam minime confectus est erga eos capitulo nono Mathei. Ac invocata Spiritus sancti gratia exhibita et lecta licentia regia magno Sigillo Anglie sigillat. cuius tenor sequitur. **Elizabeth** dei gratia Anglie, Francie et Hibernie regina fidei defensor etc. dilectis sibi in Christo decano et Capitulo ecclesie cath. Lichfeld et Coventr. salutem, Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum, ut cum ecclesia predicta per ultimam deprivationem ultimi episcopi eiusdem iam vacet, et pastoris sit solatio destituta alium vobis eligendi in episcopum et pastorem licentiam nostram fundatoriam vobis concedere dignaremur, Nos precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, licentiam illam vobis duximus concedend., Rogantes quatenus talem vobis eligatis in episcopum et pastorem qui deo devotus, nobisque et regno nostro utilis et fidelis existat. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste meipsa apud Westm. xxvij die decembris Anno regni nostri secundo f. Cordell, per breve de privato Sigillo et de dat. predicta auctoritate parliamenti. **Quo[illegible]** venerandis et secularibus prelibatus dominus Willelmus Smith predicte ecclesie cath. Scrutator exhibuit memoratas literas Citatorias et premonitorias, de quibus supra fit mentio unacum Certificatorio earundem, in quo quidem Certificatorio apparuit ipsum Mandatum nostrum debite executum fuisse in omnibus iuxta Tenorem et effectum eiusdem, Quibus quidem literis Citatorijs et Certificatorio lectis, preconizatisque Canonicis et prebendarijs omnibus et singulis citatis et premonitis (ut moris est)

nullis procuratoribus pro absentibus canonicis exhibitis, factaque ipsa preconizatione ad ostium domus
nostre Capitularis pro absentibus in specie atque omnibus aliis et singulis qui de iure seu
Consuetudine in huiusmodi electione interesse debuerunt, voluerunt seu quomodo potu-
erunt per Mattheum Smith iuxta morem preteriti temporis in genere decla-
ratisque ipsis Contumacibus vice et auctoritate nostris prout sequitur. **In dei nomine**
Amen Vacante ecclesia cathedrali Lichfeld per deprivacionem domini Radulphi Bayne
ultimi eiusdem ecclesie episcopi et pastoris, Ego Richardus Walker presidens capituli
huius ecclesie cathedralis Lichfeld nomine meo ac omnium Canonicorum eiusdem ad eligendum
futurum pontificem et pastorem iuxta prefixionem diei factam ad celebrandum
huiusmodi electionem in hac domo Capitulari personaliter comparentium omnes procedentes vos et
singulos hic per se neque per procuratores suo nomine constitutos presentes, Jus et vocem
in hoc ~~loco~~ electionis negotio habentes sive habere pretendentes ad hos diem horam
et locum legitime premonitos, citatos ac vocatos, diutiusque expectatos, et nullo modo com-
parentes pronunciamus contumaces, et in penam Contumaciarum suarum huiusmodi
decerno procedendum fore ad electionem novi sive futuri pontificis ecclesie cathedralis Lichfeld
[illegible], ipsorum absentiis in aliquo non obstante, ac pro pleno et integro Capitulo
vice et auctoritate predictis etiam decerno in his scriptis. **Deinde** nos presidens
et Capitulum huiusmodi prenominatum magistrum Richardum Walker canonicum et
prebendarium de pipa minori in dicta ecclesia cathedrali in directorem huius electionis
et magistrum Johannem Dyot notarium publicum in Actorum nostrorum Scribam in hac
parte, necnon magistros Thomam Bycley in sacra Theologia Baccalaureum
Henricum Ewstocke notarium publicum ac Georgium Bagshawe et Johannem Hurle-
ston literatos in testes huiusmodi electionis nostre nominavimus, elegimus et assumpsimus
Eundemque magistrum Johannem Dyot notarium publicum auditum ad redigendum in scriptis
omnia et singula que in huiusmodi electionis negotio coram nobis acta fuerint ac unum
publicum instrumentum sive plura instrumenta publica conficiendum, ac testes predictos
testimonium perhibendum super eisdem instanter requisivimus, deinde dictus magister
Richardus Walker presidens Capituli antedicti, voce sua et totius Capituli
quandam monitionem, et protestationem simul in scriptis redactas fecit et
legit, ac protestabatur sub hoc verborum tenore. **In dei nomine amen**
Vacante ecclesia cathedrali Lichfeld per deprivacionem bone memorie domini Radulphi
Bayne ultimi eiusdem ecclesie cathedralis episcopi et pastoris, Ego Richardus Walker
presidens Capituli predicti nomine meo et omnium Canonicorum ad eligendum futurum
pontificem ac pastorem eiusdem ecclesie, ac iuxta prefixionem diei factam ad cele-
brandum huiusmodi electionem in hac domo Capitulari personaliter comparentium ac de
mandato eorundem specialiter mihi facto, moneo primo, secundo, et tertio palam
publice et expresse omnes et singulos excommunicatos, suspensos, et interdictos,
necnon quoscumque alios hic presentes, qui de iure seu consuetudine vel quavis
alia ratione instanti electionis negotio interesse non possunt vel non debent, quod de
ista domo Capitulari recedant, nec electioni huiusmodi faciende se intromittant sed
nos qui huiusmodi electioni interesse debemus eligere, et electionem futuri pontificis et
pastoris dicte ecclesie cathedralis libere celebrare permittant, protestans nomine meo et
concanonicorum meorum predictorum quod non est mea nec eorum intentio cum
talibus eligere vel ad electionem procedere cum eisdem, sed volumus et quilibet
nostrum vult, quod voces talium siqui forsan inter nos reperiantur quod absit nullo
prestent suffragium aut aliquod afferant nocumentum, sed pro non receptis
et non habitis penitus censeantur et habeantur. **Quibus** monitione et
protestatione publice perlectis, supradictus magister Richardus Walker director
[illegible] famosam Constitutionem quia propter etc. publice legit et exposuit, ac
declaravit, post cuius quidem capituli sive Constitutionis lecturam, expositionem, et
declarationem sic (ut premittitur) factam, Et post tractatum et communicationem per quam
viam in huiusmodi electionis negotio melius videbatur procedendum, Tandem placuit
nobis presidenti et capitulo, nemine nostrum penitus reclamante, dissentiente, aut in
aliquo contradicente, quod ad huiusmodi electionem melius et efficacius celebrandum et fini-
endum per viam Compromissi procederetur, et de futuro episcopo et pastore ipsius
ecclesie cathedralis per eandem viam provideretur. Et adtunc nos presidens et capitulum

predict' magistrum Thomam Bolt Canonicum residentiarium eiusdem in compromissarium
Arbitratorem, sive provisorem elegimus in hac parte et assumpsimus, damus et concedimus
eidem potestatem, facultatem, et auctoritatem sufficientem et plenam eligendi, nominandi, providendi
et postulandi, in episcopum et pastorem suum et dicte ecclesie cath. Lich. quamcumque personam
idoneam voluerit, Ita quod huiusmodi Electio fiat ante eius recessum a dicta domo capitulari
Quibus ita peractis ipse Compromissarius sive Arbitrator et provisor onus huiusmodi
Compromissi, Arbitrii et provisionis huiusmodi in se assumpsit / Et in loco ubi sedebat
in domo Capitulari eiusdem electionem novi et futuri episcopi et pastoris dicte cath.
Lich. supradict' ac Coven. et Lich. dioc. nomine suo et totius Capituli predict'
protulit in eos sub hac forma **In dei nomine Amen** Cum nuper vacante ecclesia
cath. Lich., et episcopatu Lich. et Coven. per deprivacionem bone memorie domini
Radulphi Bayne ultimi eiusdem ecclesie et episcopatus episcopi et pastoris placuit presi-
denti ac omnibus et singulis Canonicis et prebendariis dicte ecclesie cath. personaliter
comparentibus, ius et vocem in electionis negocio et electione novi et futuri episcopi sive
pastoris, habentibus, Capituloque (ut supra) facientibus, et propter electionem huiusmodi in
domo capitulari eo tunc congregatis per formam Compromissi, provisionis, sive
Arbitrii, ad electionem novi sive futuri episcopi fore procedendum, Cumque presidens et
Capitulum eiusdem in me prefatum Thomam Bolt Canonicum residentiarium eiusdem
in Compromissarium, arbitratorem, sive provisorem consenserunt, et me ad hoc
elegerunt et assumpserunt cum potestate viz nominandi, eligendi et providendi quam-
cumque personam idoneam voluerim in episcopum et pastorem dicte ecclesie cath. ac dioc.
Lich. et Coven., Idcirco ego Thomas Bolt nomine meo ac totius capituli predict' vice
mea ac totius Capituli huiusmodi, venerabilem virum magistrum Thomam Bentham
Sacre Theologie Baccalaureum virum providum et discretum, in sacrarum
literarum scientia preditum, vita et moribus merito commendandum in etate legitima
et ordine Sacerdotali constitutum libere condicionis de legitimo matrimonio procreatum
in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum valentem et volentem
iura et libertates dicte ecclesie cath. Lich. tueri et defendere, cui nihil obviat quo-
minus in episcopum et pastorem predicte ecclesie cath. ac episcopatus Lich. et Coven.
eligi debeat, vice et nomine meis et eorundem compromittentium presidentis et Capituli
in episcopum, patrem, et pastorem prefate ecclesie cath. Lich. ac episcopatus Lich. et
Coven. nomino et eligo in communi, ipsique ecclesie cath. ac episcopatui Lich. et Coven.
provideo de eodem in hiis scriptis. **Qua** Electione sic solempniter et legitime
celebrata, deinde omnes et singuli Canonici et presidens Capituli superius
nominati approbavimus et eidem magistro Richardo Walker potestatem dedimus ad
publicandum huiusmodi electionem Clero et populo ut moris est, convocatis vicariis
Choralibus et ceteris ministris dicte ecclesie cath. psalmum sive hymnum Te
deum &c in Choro ibidem solempniter decantari fecimus / **Quibus** ita gestis
prenominatus magister Richardus Walker electionem huiusmodi clero et populo tunc in
Choro predicto in multitudine copiosa congregat' palam et publice, ac in vernacula
lingua publicavit, Et incontinenter absque ullo intervallo nos presidens et
Capitulum predict' unacum notario publico et Testibus eisdem dictam nostram
capitularem domum ingressi, venerabiles viros magistros Robertum Weston
Henricum Hardye legum doctores, et Georgium Harryson notarium publicum
et eorum quemlibet per se divisim et insolidum nostros procuratores legitimos ad
effectum subscriptum constituimus, dedimus et concessimus dictis nostris procuratoribus
et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem
et mandatum speciale pro nobis ac vice et nominibus nostris dicto nostro electo episcopo
Consensum electioni predicte sic (ut premittitur) de se celebrat' et fact' per
ipsum dari et concedi et adhiberi petendi, necnon eandem electionem auctoritate me-
tropolitica seu alia quacumque auctoritate in hac parte competente admitti, ratificari
et confirmari petendi et obtinendi, Et negocium confirmationis electionis huiusmodi
usque ad finalem expedicionem eiusdem inclusive prosequendi, ac vos seu venerandum
in hac parte Commissarium sive alium quemcumque in hac parte potestatem et
auctoritatem habentem quemcumque de processu dicte electionis, ac omnibus et singulis
huiusmodi electionem, et eius formam ac dict' ac dict' huiusmodi electum quomodolibet

tangentia et concernentia debite informandum et intimandum, aliamque meam quoad personam compa-
ricionem in hac parte requisitam, necnon testes, literas, instrumenta, et alia proba-
tionum genera quecumque producendum et exhibendum, aliaque acta et decreta quecumque fieri
et interponi, defectusque (si qui sint) in eadem electione gratiose suppleri, aliaque petendum
et obtinendum. Ceteraque omnia et singula in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet opor-
tuna faciendum, exercendum, ac vice et nomine nostris expediendum, adeo plene et integre sicut
nos ipsi faceremus seu facere possemus, si presentes personaliter interessemus / Que
omnia et singula premissa Nos presidens et Capitulum dicte cathedralis Lichfeld.
Coventr. certificamus et significamus, humiliter supplicantes, Quatenus hoc nostre
Electioni presenti decretum sigillo nostro communi sigillatum ac Signo et subscriptione dicti notarii
publici consignatum acceptantes, predictam Electionem et electi nostri personam auctoritate vestra me-
tropolitica approbare et confirmare, Eidem electo munus Consecrationis impen-
dere ac eundem / consecrare seu consecrari facere / Ac cetera omnia et singula
exequi que vestro in hac parte incumbunt Officio gratiose dignemini cum favore,
Intuitu Charitatis / Ut idem electus in officio suo et pastoris huiusmodi nobis preesse
et prodesse valeat, Nosque sub ipsius regimine et auxilio possimus coram deo
salubriter militare / **In quorum** omnium et singulorum fidem et testimonium
hoc presens nostre electionis decretum per discretum virum magistrum Johannem
Dyott notarium publicum subscriptum in nostrum Scribam (ut premittitur) assumptum
fieri, Signoque et nomine suis solitis et consuetis signari, ac Sigilli nostri communis
appensione communiri fecimus. Dat. et acta sunt hec omnia et singula prout
suprascribuntur et recitantur sub anno domini, et Regni Regine, mense, diebus,
et locis superius designatis / presentibus tunc ibidem supranominatis viris Thoma
Bykley sacre Theologie Bacc. Henrico Esfforthe notario publico, Georgio
Bagshawe, et Johanne Thurleston testibus predictis ad premissa vocatis
specialiter et rogatis / / / / / / /

Et ego Johannes Dyott Cov. dioc. publicus auctoritate regia Notarius Quia
premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini et Regni
Regine, mense, diebus, et locis superius respective specificatis agebantur et fiebant
unacum Testibus superius nominatis, presens personaliter interfui, Eaque omnia et singula
sic fieri vidi et audivi Ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria
fideliter scriptum exinde confeci, publicavi, et in hanc publicam formam redegi,
Signoque et nomine meis solitis et consuetis, unacum Sigilli communis dictorum
venerabilium virorum appensione de ipsorum expressa requisitione mihi in
premissis fact. signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et
singulorum premissorum. Et constat mihi Notario publico predicto de interlinea-
tione istarum dictionum hora predicta vija linea a Capite huius Instru-
menti computando, et istius verbi compromissarius xxxja linea a fine presentis Instrumenti
computando Quas approbo et omni suspitione care volo Ego Notarius
publicus antedictus / / / / / / /

Instrumentum super Consensu electi Lichfeld facto electioni

In dei nomine Amen Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evi-
denter et sit notum, Quod anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, mensis
vero Januarii die xxiij°, Regnique metuendissime in Christo principis et domine nostre domine
Elizabethe dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defensoris etc. anno
primo, in quadam alta Camera infra Edes sive Palacium Reverendi patris domini
Edmundi permissione divina London Episcopi, In meique notarii publici subscripti et testium
inferius nominatorum presentia, Constitutus personaliter venerabilis vir magister Robertus
Weston legum doctor, procurator (ut asseruit) venerabilium virorum presidentis
et Capituli dicte cathedralis Lichfeld, ac nomine procuratorio eorundem presidentis et Capituli
realiter exhibuit et produxit, venerabili viro magistro Thome Bentham sacre
Theologie Baccalaureo tunc et ibidem personaliter presenti, processum electionis de

ipso et sua persona in Episcopum et pastorem dicte cath Lichen predict. fact. et celebrat. Sigillo communi eorundem venerabilium virorum sigillat. eundemque magistrum Thomam Bentham instanter rogavit et requisivit, quatenus eidem electioni de ipso et sua persona (vt premittitur) facte et celebrate consentire dignaretur. Qui quidem magister Thomas Bentham sic requisitus et interpellatus electioni predicte coram me per prefatum magistrum Robertum Weston legum doctorem exhibite consentiebat, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in effectu vt sequitur. Ego Thomas Bentham in Episcopum et pastorem dicte cath Lichen rite et canonice nominatus et electus, ad consentiendum huiusmodi electioni de me in hac parte facte, ex parte venerabilium virorum presidentis et Capituli eiusdem dicte cathedralis instanter rogatus et requisitus, Electioni huiusmodi de me facte consentio, eidemque consensum et assensum meos prebeo. Super quibus omnibus et singulis premissis tam ipse electus quam prefatus magister Robertus Weston procurator antedictus me notarium publicum subscriptum sibi vnum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive instrumenta exinde conficere, et testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur, sub anno domini, Regnique regine, mense, dieque et loco predictis, presentibus tunc et ibidem, Richardo Gaudrich et Johanne Ffrende literatis testibus ad premissa videndum, audiendum, et testificandum vocatis et specialiter requisitis.

Et ego Edwardus Bigge Norwicen dioc publicus auctoritate sufficiendi notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (vt premittitur) sub anno domini, regnique regine mense, die, et loco predictis agebantur et fiebant, vnacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi, scivi et audivi atque inde notam sumpsi; ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi, et publicavi, atque in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque, nomine, et cognomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus ad id specialiter atque requisitus.

Certa Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor, reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus, In negocio Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Thome Bentham sacre Theologie Baccalaurei in Episcopum et pastorem dicte cath Coventr et Lichen electi, facte celebrat. rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores, Qui contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis isto die, hora et loco si sua putaverint interesse contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in dicta Curie forma dicturi, excepturi et propositur. legitime et peremptorio citat. sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam aliquid dicentes, excipientes vel opponentes, ad peticionem procuratoris presidentis et Capituli dicte cath Lichen predict. pronunciamus Contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolacionem sententie sive decreti finalis in hac causa, eorundem ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Juramentum prestitum per dominum electum Lichen

I Thomas Bentham elected Busshoppe of Coventr. and Lichen do utterlie testefie and declare in my Conscyence, that the Quenys highnes ys thonlie supreame Governor of thys realme and of all other her highnes Dominions and Contreys as well in all spirituall or ecclesiasticall thinge or causes as Temporall, And that no forraine prince, person, prelate, State or potentate, hath or ought to have any Jurisdiccion, power, Superioritie, or Authoritie ecclesiasticall or spirituall within thys realme, And therfore I do utterly renounce, and forsake all forraine Jurisdiccions, powers, Superiorities, and au-

thorities, and do promis that from henseforth I shall bear faith and true allegiance
to the Quenys Highnes her heires and lawfull Successours, And to my power
shall assist and defend all iurisdictions, privilege, preeminence and Authorities
graunted or belonging to the Quenys Highnes her heires and Successors, or
united or annexed to th'imperiall Crowne of this realme so helpe me god
and by the Contents of this Booke. / / / / /

Snia diffinitiva

In dei noie Amen, auditis, visis et intellectis, ac plenarie et mature
discussis per nos Thomam Yale legum doctorem, reverendissimi in Xpo pris et dni
dni Matthei permissione divina Cant. Archiepi totius Anglie Primat. et
Metropolitani Commissarium inter alios cum hac claus. com et dim specialr. et ltime
constitutum meritis et circumstancijs cuiusdam cause sive negotij Confirmationis
Electionis de psona venerabilis et egregij viri magri Thome Bentham
sacre Theologie Baccalaurei in Epum et pastorem ecclie cath. Lichfeld per
deprivacionem Radulphi Bayne sacre Theologie Professoris ultimi Epi ibm
vacatam, electi, facte et celebrat. quod coram nobis aliquandiu vertebatur et in pndi
vertitur et pendet indecis., Rimato primitus per nos toto et integro processu
coram nobis in dicto negocio habito et facto, atque diligenter recensito. Servatisque p
nos de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servande, ad nri decreti
finalis sive Snie diffinitive Confirmationis in huiusmodi negocio ferend. prolacionem
sic duximus procedend. et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per
acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi Confirmationis negocio com-
perimus et luculenter invenimus, electionem quandam per Decanum et capitulum
ecclie cath. Lichfeld predict. de prefato magro Thoma Bentham electo huiusmodi, viro
utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo
matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto, rite et legitime
fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi
de ecclesiastice institute obviasse seu obviare, quo minus in Epum Coven et Lichfeld
ante dicti reverendissimi pris merito debeat confirmari, Ideirco nos Thomas Yale
Legum doctor Commissarius antedictus attentis premissis et aliis veris eius meritis
super quibus prefatus Electus Coven et Lichfeld fidedigno commendatur testi-
monio, que nos merito movebant, ac Deum solum pre oculis nris preponentes
de et cum consilio iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, predictam
electionem de eodem magro Thoma Benthm factam et celebratam auctoritate dicti
reverendissimi pris nobis in hac parte commissa confirmamus, defectus quos-
cunque in dicto electionis negocio (siqui forsan sint) intervenientes, quantum in nobis
est et de iure poterimus supplendos et supplemus. per hanc nram Sententiam
diffinitivam, sive hoc nrum finale decretum, Quam sive quod ad peticionem
partium ita ferimus et promulgamus in his scriptis. / / / /

Consecratio D. Thome Benthm Epi Lichfen

Die Dnica viz vicesimo quarto die mensis Martij Anno dni Millmo
Quingen. Quinquagesimo Nono. Et regni illustrissime in Xpo principis et
dne nre, dne Elizabethe dei gra Anglie, francie et hibernie regine fidei
defensoris &c anno secundo, in Capella reverendissimi in Xpo pris et dni, dni
Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primat. et
Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith sue et ecclie sue Xpi
Cantuarien Iurisdictionis immediate, Idem reverendissimus pr. assistentibus
sibi reverendis patribus dnis Nicolao Lincoln et Johe Sarum Epis, vi-
gore literarum Regiarum dicte illustrissime dne nre Regine, Sigillo suo magno
sigillat. eidem reverendissimo pri in hac parte directarum, Munus consecra-
cionis venerabili viro magro Thome Benthm sacre Theologie Bacchalaureo
in Epum et pastorem dicte cath. Coven et Lichfeld electo, impendebat, adhibitis
Ceremonijs consuetis, ac prestito Iuramento solit iuxta formam descriptam in
Actu Consecrationis eiusdem reverendissimi pris, Ac in pntia mei Johis Incent

notarij publici deputati magistri Anthonij Huse Registrarij primarij dicti reverendissimi patris, presentibus tunc ibidem magistro Thoma Yale legum doctore, Thoma Doile et Johanne Baker generosis, Andrea Peerson clerico cum multis alijs testibus &c.

Acta habita et facta in negocio Conſecrationis

Confirmatio Electionis D. Gilberti Barkley Episcopi Bathoniensis et Wellensis

Electionis venerabilis viri magistri Gilberti Barkley, in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Bathoniensis et Wellensis electi, nono die mensis Martij Anno domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane 1559. Et regni illustrissime in christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie regine fidei defensoris &c. Anno secundo, in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London' ecclesie Christi Cant' Jurisdictionis immediate, coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore Reverendissimi in christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cant' Archiepiscopi, totius Anglie primatis et Metropolitani, mediantibus literis Commissionalibus patentibus regijs in hac parte legitime fulcito Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali, ac Commissario in hac parte speciali deputato in presentia mei Johannis Incent notarij publici in actorum scribam in hac parte propter absentiam magistri Anthonij Huse Registrarij primarij dicti reverendissimi patris assumpti prout sequitur, viz. die et loco predictis inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei putat' coram prefato magistro Thoma Yale commissario auditis literis commissionalibus patentibus regijs &c. ac per me prefatum notarium publicum de Mandato dicti magistri Yale publice perlectis comparuit personaliter magister Georgius Harrison notarius publicus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano, presidente sive Capitulo ecclesie cathedralis Wellensis, ac fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani sive presidentis et Capituli presentavit eidem magistro Thome Yale Commissario antedicto probum virum magistrum Robertum Cole clericum Rectorem ecclesie parochialis beate Marie de Arcubus London' predicte ac e regione dicti magistri Yale sistebat, qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Gilberto Barkley electo huiusmodi et fecit se partem pro eodem, Et tunc Harrison exhibuit mandatum Citatorium originale una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt omnes et singulos Oppositores citatos preconizari, Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum &c. ad foras ecclesie parochialis de Arcubus predicte et nullo eorum comparente nec aliquid in hac parte obijciente vel opponente, dictus magister Harrison accusavit eorum contumacias, et petijt eos et eorum quemlibet reputari Contumaces et eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, et personam electam precludi. Ad cuius petitionem dictus dominus Commissarius pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, ac in pena &c. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit, Necnon ad petitionem dicti magistri Harrison ad ulteriora in eodem confirmationis negocio procedendum fore decrevit prout in Schedula per eum lecta plenius continetur. Qua quidem Schedula sic lecta, prefatus magister Harrison in presentia dicti magistri Roberti Cole procuratoris dicti electi Bathoniensis et Wellensis antedicti dedit Summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti, Ad cuius petitionem dominus admisit dictam Summariam petitionem quatenus de Jure &c. Et assignavit dicto magistro Harrison ad probandum ad statim. Deinde Harrison in subsidium probationis contentorum in dicta Summaria petitione exhibuit literas patentes regie Maiestatis de consensu regio eidem electioni de prefato magistro Gilberto Barkley in hac parte facte et celebrate adhibit' ac prefato reverendissimo patri pro Confirmatione eiusdem electionis directas prout regium commandatum. Quibus sic gestis dictus ad petitionem magistri Harrison assignavit sibi ad probandum proponenda omnia ad statim. Et tunc Harrison exhibuit omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita et proposita, quatenus sibi conducunt et non aliter neque alio modo./ Et tunc dictus ad peticionem Harrison assignavit sibi ad concludendum ad statim, dicto magistro Harrison concludente cum dicto decanum etiam concludente. Qua conclusione sic facta dictus ad peticionem magistri Harr. assignavit ad audiendum sententiam sive finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina preconizacione oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparencium, nec quicquam in hac parte opponencium, dictus ad peticionem Harr. pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces ac in pena contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedendum fore ad prolacionem sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferendum, ipsorum sic citatorum et non comparencium absencia sive contumacia in aliquo non obstante. prout in schedula per dictum lecta plenius liquet et apparet, Quibus sic in ordine gestis, ac prestito per eundem magistrum Robertum Cole nomine procuratorio prefati domini electi Bathon et Wellen, ac in animam eiusdem domini electi, iuramento corporali iuxta formam descript. in Statut. Parliament. Anno primo regni domine nostre regine Elizabethe edit. dictus ad peticionem Harryson tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in scriptis per eum lectis, pronunciando, decernendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur. Super quibus omnibus et singulis premissis tam prefatus magister Robertus Cole, quam memoratus magister Georgius Harrison me eundem Iohannem fieri sibi unum vel plura, publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter requisierunt rogaverunt et requisierunt. Postremo vero dictus ad peticionem eorundem procuratorum decrevit eundem electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore, Curamque regimen, et administracionem spiritualium et temporalium dicti episcopatus Bathon et Wellen eidem domino electo et confirmato commisit, ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus Bathon et Wellen, iuriumque dignitatum honorum preeminenciarum, et pertinenciarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore etiam decrevit, iuxta ecclesie cath. Lichfeld morem et consuetudinem, legibus et statutis huius regni Anglie non repugnantes aut adversantes. Presentibus tunc et ibidem Willelmo Cole, Iohanne Browne, et Georgio Sheward literatis testibus. &c.

Lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie, francie, et Hibernie regina fidei defensor &c. Reverendissimo in Christo patri domino Mattheo Archiepiscopo Cantuarien. totius Anglie primati et Metropolitano salutem. Cum vacante nuper sede episcopali Bathon et Wellen per deprivacionem Gilberti Bourne ultimi episcopi eiusdem ad humilem peticionem decani et Capituli ecclesie cath. Wellen eidem per literas nostras patentes licenciam concesserimus alium sibi eligendi in episcopum et pastorem sedis predicte, idemque decanus et capitulum vigore et obtentu licencie nostre predicte, dilectum Capellanum nostrum Gilbertum Barkley, sibi et ecclesie predicte elegerunt in episcopum et pastorem prout per literas suas patentes sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes, eidem electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore presencium significamus, rogantes et in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, quatenus eundem Gilbertum Barkley, in episcopum et pastorem ecclesie cath. Wellen predicte sic (ut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare et eundem Gilbertum Barkley, episcopum et pastorem ecclesie predicte consecrare, ceteraque omnia et singula peragere, que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statutorum in ea parte edit. et provis. velitis cum effectu. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipsa apud Westm. xx° die Martij Anno regni nostri secundo. f. Cordell per breve de privato sigillo et de dat. pr.

Procuratorium Capituli Wellen

Pateat universis per presentes, quod nos presidens et Capitulum ecclesie cath. Wellen, dilectum nobis in Christo magistrum Georgium Harryson notarium publicum nostrum verum, certum, legitimum ac indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negociorumque nostrorum gestorem et nuncium specialem ad infrascripta nominamus ordinamus, facimus et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eidem procuratori nostro potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice, loco, et nominibus nostris, Venerabilem virum magistrum Gilbertum Barkleye in episcopum et pastorem ecclesie cath. Wellen per nos vigore et obtentu licencie regie nobis in hac parte facte alias electum, temporibus et fuerit congruis et oportunis eidemque ex parte nostra ad consentiendum electioni de persona sua in hac parte factae et celebratae debita cum instantia petend' et requirend' Necnon electionem predictam per nos de eo factam et celebratam illustrissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori etc. ac Decano et capitulo Wellen' predict' et fundatrici notificand' Intimand' ac eius consensum et assensum regios in ea parte humiliter implorand' Ac decretum electionis predicte et personam per nos electam coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuarien' Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano eiusve Vicario in spiritualibus generali seu Commissario quocumque presentand' et exhibend' dictumque decretum seu processum electionis predicte et personam electam in debita iuris forma approbari et confirmari defectusque si qui fuerint in ea parte intervenerunt debite suppleri petend' requirend' et obtinend' allegandique et defendend' ac litem seu lites contestand' et contestari videnda articulum seu articulos libellum seu libellos seu quascumque summarias petitiones dand' et proponend' testes literas et instrumenta ac alia quecumque probationum genera producend' et exhibend' testesque huiusmodi iurari videnda dictumque confirmationis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequend' Necnon administrationem omnium et singulorum spiritualium et temporalium dicti episcopatus Bathon' et Wellen' eidem electo committi ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum induci et inthronizari fore decerni petend' requirend' et obtinend' Et generaliter omnia et singula alia faciend' exercend' et expediend' que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum promittimusque nos ratum et gratum perpetuo habituros totum et quicquid dictus procurator noster fecerit in premissis vel eorum aliquo sub hypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestren' presentibus apponi procuravimus Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dictorum constituentium sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus Dat' xx° die mensis Martij Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono.

Procuratorium Domini electi Wellen'

Pateat universis per presentes Quod ego Gilbertus Barkley in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Bathon' et Wellen' rite et canonice electus dilectum mihi in Christo Robertum Cole clericum meum verum certum legitimum ac indubitatum procuratorem actorem factorem negotiorumque meorum gestorem et nuntium specialem ad infrascripta nomino ordino facio et constituo per presentes Doque et concedo eidem procuratori meo potestatem generalem et mandatum speciale pro me ac vice loco et nomine meis coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuarien' Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano eiusve Vicario in spiritualibus generali seu Commissario quocumque comparend' meque a personali comparitione excusand' ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegand' et proponend' ac (si opus fuerit) fidem desuper faciend' et iurand' electionemque de me et persona mea in hac parte factam et celebratam ante dictum Reverendissimum patrem approbari et confirmari meque in episcopum et pastorem dicte cathedralis Wellen' predicte eripi et admitti atque in realem actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus iuriumque et pertinentiarum suorum universorum induci et inthronizari petend' requirend' et obtinend' decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et promulgari petend' et obtinend' Iuramentumque insuper tam de fidelitate et subiectione illustrissime domine nostre regine Elizabethe eiusque heredibus et successoribus prestand' et exhibend' Necnon de renuntiand' refutand' et recusand' omnem et quandam potestatem auctoritatem superioritatem et iurisdictionem forinsecas iuxta et secundum vim formam et effectum Statuti parliamenti huius inclyti regni Anglie in ea parte editi et provisi et aliud quodcumque sacramentum licitum et honestum ac de iure et Statutis huius regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestand' subeund' et iurand' Et generaliter omnia et singula alia faciend' exercend' et expediend' que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiamsi

Mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittensque me ratum, gratum et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis vel aliquo eorundem sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum tam presentium quam futurorum. Et in ea parte cautionem expono per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestren presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus / Dat. vicesimo die mensis Martii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo, Nono. /

Citatio contra oppositores

Matthewe, permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuarien ubilibet constitutis Salutem, gratiam, et benedictionem. Cum vacante nuper ecclesia cathedrali Bathon et Wellen per deprivationem domini Gilberti Bourne sacre Theologie Baccalaurei ultimi episcopi et pastoris eiusdem, presidens et capitulum ecclesie cathedralis Wellen predicte pro electione novi et futuri episcopi eiusdem ecclesie, (licentia regia in ea parte petita et obtenta) celebranda, certum terminum prefixerint et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negocio, termino ad id statuto rite procedentes venerabilem virum magistrum Gilbertum Barkley in eorum et dicte ecclesie cathedralis Wellen episcopum et pastorem elegerint, Cumque serenissima in Christo princeps et domina nostra, domina Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie regina fidei defensor &c, ad humilem petitionem eorundem presidentis et capituli, dicte electioni de persona prefati (ut premittitur) facte et celebrate, et persone electe regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per easdem literas suas patentes regias magno sigillo suo Anglie sigillatas nobis significaverit / Mandando quatenus electionem huiusmodi et personam electam confirmare, et eundem electum in episcopum Bathon et Wellen confirmare et consecrare iuxta formam Statut. in ea parte edit. et provis. velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem serenissime domine nostre regine Mandatis pro officii nostri debito parere, atque in huiusmodi confirmationis negocio iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos (si qui essent) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, et personam electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad diem, hor., locum, et effectum subscript. evocandos et citandos fore decrevimus, Iustitia id postulante / Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Arcubus London ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuar. iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem predict., vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores si qui sint in specie, alioquin in genere, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, quod compareant, et eorum quilibet compareat coram nobis, aut vicario nostro in spiritualibus generali sive Commissario quocunque in eadem ecclesia de Arcubus die Sabbati prox. viz. xxiij° die presentis mensis Martii inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) dicturi, excepturi, et oppositur., ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii Qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes insuper modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere, Quibus nos etiam harum serie sic intimamus, quod sive sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut vicario sive Commissario nostro huiusmodi comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere curaverint sive non, Nos nihibemus in dicto negocio iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus et procedere intendimus, reorum sic citatorum, et non comparentium Contumac. in aliquo non obstan. Et quid in premissis feceritis, nos, aut Vicarium nostrum seu Commissarium huiusmodi dictis die, hora et loco debite certificetis. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambehith xx° die mensis Martii Anno dni Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, Nono, et nostre Consecrationis Anno primo.

Vicesimo tertio die mensis Martii Anno dni 1559 in Edibus solite habitationis magistri Thome yale legum doctoris Reverendissimi in Christo patris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani Vicarii in Spiritualibus generalis &c. in vico nuncupato pater noster Rowe infra parochiam Sancte fidei Virginis Civitatis London notorie situat. coram eodem magistro yale in presentia mei Johis Incent notarii publici &c. Comparuit personaliter Robertus walker Mandatarius &c. et certificavit se executum fuisse prius Mandatum in ecclesia parochiali Marie de Archubus London dicte Curie Cantuarien Iurisdictionis immediate xxii^do^ die presentis mensis Martii iuxta Tenorem eiusdem, Super quibus fecit fidem.

prima Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuar. Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime constitutus, In negocio Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Gilberti Barkley, in episcopum et pastorem dicte ecclesie cath. Bathon et wellen electi, facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die, hora et hoc loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita Iuris forma dicturos, excepturos et proposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris presidentis et Capituli dicte ecclesie cath. wellen predict. pronunciamus contumaces et ipsis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi precludimus in his scriptis. Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negocio procedendum fore iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium Contumaciis in aliquo non obstan.

Summaria petitio

In dei nomine Amen coram vobis Reverendissimo in Christo patre, et dno, dno Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie primate et Metropolitano, Vestrove Vicario in Spiritualibus generali, seu Commissario quocumque, procurator venerabilium virorum dnorum presidentis et Capituli dicte ecclesie cath. Bathon et wellen dicit, allegat, et in his scriptis ad omnem Iuris effectum exinde sequi valen. per viam Summarie petitionis in Iure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis videlicet quod ecclesia cath. predict. Bathon et wellen per deprivationem Gilberti Bourne ultimi episcopi eiusdem, nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit pastorisque Solatio caruit, Hocque fuit et est verum, publicum notorium, manifestum pariter et famosum, Et ponit coniunctim divisim et de quolibet.

Item quod dicta ecclesia cath. Bathon et wellen (ut prefertur) dudum vacan. presidens et Capitulum eiusdem dicte ecclesie cath. capitulariter congregat. et capitulum facientes, (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum terminum, ac domum suam capitularem dicte ecclesie cath. predicte, ad electionem novi et futuri episcopi ibidem celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios, Jus, vocem et interesse in eodem negocio habentes vel habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negocio processuros et procedi visuros rite et peremptorie citari fecerunt, Hocque fuit et est verum, &c. Et ponit ut supra.

Item Quod prefati presidens et Capitulum die et loco prefixis viz. die mensis ultimo predicti capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes (servatis primitus per eos de iure et dicte ecclesie cathedralis consuetudine servandis) habito primitus inter eos Tractatu diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis predicte eligenda, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum magistrum Gilbertum Barkleye in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum et pastorem elegerunt, et ecclesie memorate de eodem providerunt. Et ponit ut supra.

Item Quod electio huiusmodi et persona electa die prenotato in ecclesia cathedrali Wellensi predicta coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

Item Quod dictus venerabilis vir magister Gilbertus Barkley, in episcopum Bathoniensem et Wellensem (ut prefertur) electus, huiusmodi electioni de se et persona sua facte et celebrate ad humilem petitionem dominorum presidentis et Capituli debite loco et tempore constitutorum, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

Item Quod prefatus magister Gilbertus fuit et est vir providus et discretus, literarum divinarum scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius, Hocque fuit et est &c. et ponit ut supra.

Item Quod prefati presidens et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime domine nostre Regine Elizabethe per literas suas patentes sigillo eorum communi sigillatas pro officii sui debito iuxta Statuta huius regni Anglie significarunt et intimarunt, Hocque fuit &c. Et ponit ut supra.

Item Quod intimato pro parte dictorum presidentis et Capituli eidem regie Sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua Clementia regia huiusmodi electioni de persona prefati magistri Gilberti Barkley (ut dicitur) facte et celebrate, Consensum et assensum suos regios graciose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Hocque fuit &c. et ponit ut supra.

Item Quod dicta Serenissima domina nostra Regina vobis prefato reverendissimo patri de Consensu et Assensu suis regiis huiusmodi electioni adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas non solum significavit, verumetiam earundem literarum serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et electum huiusmodi confirmare, ipsumque episcopalibus insigniis insignire et decorare, Ceteraque peragere que vobis in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi, et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore, Hocque fuit et est &c. Et ponit ut supra.

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa, ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert se pars dictorum presidentis et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandas fore decerni et ad electum confirmari, iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis in hac parte directarum vigorem, Curam, regimen, et administrationem Episcopatus Bathon et Wellen eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus, Iuriumque et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni. Ulteriusque fieri et statui in premissis quod Iuris fuerit et Rationis, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes siqui forsan in dicto negotio intervenerint, Ac proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur. Sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio in omnibus semper salvo. Vestrum Officium domine Iudex in hac parte humiliter implorando / / / / / / / / /

Certificatorium Electionis

Excellentissime et Serenissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori etc. Vestre Maiestatis humiles et devoti oratores, Willelmus Bourman in legibus Baccalaureus Subdecanus et Canonicus residentiarius ecclesie vestre cathedralis sancti Andree Wellen, et eiusdem ecclesie Capitulum venerabili viro Decano dicte cathedralis predicte in remotis agente presidens et Capitulum eiusdem, obedientiam et honorem tanto excellentissime principi debitos et condignos cum omni subiectione. Vestre regie maiestati tenore presentium innotescimus et significamus, quod vacante nuper ecclesia vestra cathedrali predicta per deprivationem domini Gilberti Bourne sacre Theologie Baccalaurei ultimi eiusdem ecclesie cathedralis Episcopi, petitaque et obtenta a regia maiestate vestra dicte ecclesie cathedralis patrona et fundatrice optime merita licentia alium in nrum et dominum dicte vestre cathedralis Episcopum et pastorem eligendi, quam nos xx^o^ die instantis mensis Ianuarii recepimus et postulavimus cum omni humilitatis reverentia et obedientia, Nosque Willelmus Bourman Subdecanus et presidens Capituli dicte ecclesie predicte, et Capitulum eiusdem, unanimiter pariter et vigore licentie vestre predicte xxix^o^ die mensis instantis Ianuarii superius specificati in domo Capitulari dicte ecclesie Wellen capitulariter ad effectum infrascriptum congregati et plenum Capitulum ibidem facientes omnibus et singulis de Iure sive Consuetudine in ea parte interesse habentibus seu habere debentibus legitime citatis et monitis ad novi et futuri Episcopi eiusdem dicte electionem tunc et ibidem procedentes Solemnitatibus in ea parte de Iure et Consuetudine dicte ecclesie requisitis prius tunc observatis Spiritus sancti gratia (ut creditur) inspirante nullo nostrum reclamante vel contradicente venerabilem et egregium virum magistrum Gilbertum Barkley concorditer et unico spiritu, unico contextu temporis, et una voce nominavimus et elegimus in nrum et dominum dicte vestre cathedralis Episcopum et pastorem, humiliter supplicantes et devote, quatenus electioni huiusmodi sic per nos de ipso venerabili viro celebrate assensum vestrum regium dignemini exhibere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus, Dat. in domo nostra Capitulari quoad sigillationem penultimo die mensis Ianuarii Anno domini secundum Computationem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, nono, Regnique vestri felicissimi anno primo.

Instrumentum super Consensu dicti Electi Wellen

In dei nomine Amen per presens publicum Instrumentum cunctis evidenter appareat et sit notum Quod anno domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo, nono, mensis vero Februarii die quarto in quodam alto Cubiculo infra edes solite residentie Matthei Feld Civis London in vico nuncupato St Laurence Lane Civitate et diocesis London notorie sit. et situat. in mei notarii publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentiis Constitutus personaliter egregius vir magister Thomas Huicke legum doctor procurator (ut asseruit) venerabilium virorum presidentis et Capituli dicte cathedralis Bathon et Wellen ad infrascripta tunc constitutus, de cuius procura=

tionis Mandato mihi eidem Notario publico satis abunde constari fecit, nomine procuratorio eorundem presidentis et Capituli presentavit venerabili viro magistro Gilberto Barkley sacre Theologie Baccalaureo tunc ibidem personaliter presenti, electionem de ipso venerabili viro in episcopum et pastorem dicte cathedralis ecclesie Bathon et Wellen predict per prefat presidentem et Capitulum fact et celebrat. Ipsumque magistrum Gilbertum Barkley instanter rogavit et requisivit, quatenus electioni predicte consentire, ac consensum et assensum suos eidem ~~prebuit~~ prebere dignaretur. Qui quidem magister Gilbertus sic rogatus et requisitus electioni predicte consentiebat sub eo qui sequitur verborum tenore. In dei nomine Amen Ego Gilbertus Barkley sacre Theologie Baccalaureus in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus ac in et de legitimo matrimonio procreatus, in episcopum et pastorem dicte cathedralis Bathon et Wellen rite et legitime electus, atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte ~~electus~~ facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum presidentis et capituli dicte cathedralis Wellen predict instanter rogatus et requisitus, dei omnipotentis clementia fretus, electioni prefate de me et persona mea (ut premittitur) facte et celebrate, ad honorem dei omnipotentis patris, filii et spiritus sancti consentio, ac consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et requisitus prebeo in hiis scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam prefatus magister Gilbertus Barkley electus huiusmodi quam prenominatus magister Thomas Huycke procurator antedictus me eundem Notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes infrascriptos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub anno domini, mense, die et loco predictis, presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris magistris Thoma Lancaster clerico dicte cathedralis Sar Thesaurario, et Justiniano Lancaster Archidiacono Taunton. Testibus ad premissa videndum, audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis.

Consensus electi

Et ego Johannes Incent Cantuarien dioc publicus auctoritate sufficienti notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini, mense die et loco predictis agebantur et fiebant, una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi, scivi, et audivi, Atque in notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, et publicavi, atque in hanc publicam et autenticam formam redegi, Signoque, nomine, et cognomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

Tercia Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius, inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus. In negotio Confirmationis Electionis de persona venerabilis viri magistri Gilberti Barkley in episcopum dicte cathedralis Bathon et Wellen electi facte et celebrate rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam, dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco, si sua putaverint interesse contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, in debita iuris forma dicturos excepturos et opposituros legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris presidentis et Capituli dicte cathedralis Bathon et Wellen predict pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decrevimus procedendum fore ad prolacionem sententie sive decreti finalis in huiusmodi causa ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium contumaciis in aliquo non obstante/

Juramentum Domini Electi Wellen

I Gilbert Barkley, Elect Busshopp of Bathon and Wellen do utterlie testefie and declare in my Conscyence, that the Quenys highnes ys the onlie supreame Governor of thys Realme and of all other her highnes domions and Contreys, as well in all Spirituall or Ecclesiasticall thinges or causes as temporall And that no forraine Prince, State, Prelate, Person, or Potentate hath or ought to have any Jurisdiction, Power, Superiority, Preeminence and Authorities within thys Realme And therfore I do utterly renounce and forsake all forrayne Jurisdictions, Powers, Superiorities and Authorities, And do promisse that from henceforth I shall bear faith and true Allegeaunce to the Quenys highnes her heires and Lawfull Successors, and to my power shall assiste and defend all Jurisdictions, Privileges, Preeminence and authorities graunted or belonging to the Quenys highnes her heires and Successors, or united and annexed to the Imperiall Crowne of thys Realme, so helpe me God and by the Contents of thys Booke.

Decretum finale

In dei nomine amen, auditis visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale legum doctorem, reverendissimi in Christo patris et domini, domini Mathei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatum meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negocii Confirmationis electionis de persona venerabilis et eximii viri magistri Gilberti Barkley in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Bathon et Wellen per deprivationem Gilberti Bourne ultimi episcopi eiusdem vacantis electi, facte et celebrate, quod coram nobis aliquamdiu vertebatur et in presenti vertitur et pendet indecisum, rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negocio habito et facto, atque diligenter recensito servatisque per nos de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis, ad nostrum decreti finalis sive sententie diffinitive Confirmationis in huiusmodi negocio ferende prolationem, sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum/ Quia per acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi Confirmationis negocio comperimus luculenter et invenimus, electionem predictam per precedentem et capitulum ecclesie cathedralis Bathon et Wellen de prefato magistro Gilberto Barkley, electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse seu obviare, quo minus in episcopum Bathon et Wellen auctoritate dicti reverendissimi patris merito debeat confirmari/ Idcirco nos Thomas Yale Commissarius antedictus attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus electus Bathon et Wellen fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes, de et cum consensu et concilio iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, predictam electionem de eodem magistro Gilberto Barkley factam et celebratam auctoritate dicti reverendissimi patris nobis commissa confirmamus, defectus quoscumque in dicto electionis negocio, si qui forsan sint intervenientes, quantum in nobis est et de iure poterimus supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ad petitionem partium ita ferimus et promulgamus in hiis scriptis.

Consecratio Domini Gilberti Berkeley episcopi Bathon et Wellen

Die dominica viz. vicesimo quarto die mensis Martii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, Et regni illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, francie et hibernie regine, fidei defensoris etc. anno secundo In Capella reverendissimi in Christo patris et domini, domini Mathei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani infra manerium suum de Lambehith situata et dicte sue ecclesie Cantuariensis Jurisdictionis immediate, Idem reverendissimus pater assistentibus sibi reverendis presentibus, domino Nicholao Lincoln' et Johanne Sarum coepiscopis suis, vigore literarum patentium dicte illustrissime domine nostre Regine, sigillo suo magno sigillatarum, eidem reverendissimo patri in hac parte directarum, munus consecrationis venerabili viro domino Gilberto Barkleye in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Bathon' et Wellen' electo impendebat, adhibitis ceremoniis consuetis ac prestitis juramentis solitis, iuxta formam descriptam in Actis consecrationis ipsius reverendissimi patris. Acta in presentia mei Johannis Incent notarii publici, registrarii deputati magistri Anthonii Huse registrarii primarii dicti reverendissimi patris, presentibus tunc et ibidem magistro Thoma Yale legum doctore, Thoma Doile et Johanne Baker generosis, Andrea Peirson clerico et multis aliis testibus &c.

Exon

Confirmatio Electionis D. Willmi Alley Epi Exon

Acta habita et facta in negocio Confirmationis electionis venerabilis viri magistri Willelmi Alley, sacre Theologie Baccalaurei, in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Exon' electi, [illegible] die mensis Julii Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Et regni illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia, Anglie, Francie et Hibernie Regine, fidei defensoris &c. Anno Secundo, in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London', dicte ecclesie Christi Cantuariensis iurisdictionis immediate, coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani, mediantibus literis patentibus regiis in hac parte eiusdem fulcito, Vicario in Spiritualibus generali, et Officiali principali, ac Commissario in hac parte speciali deputato, in presentia mei Johannis Incent notarii publici dicti reverendissimi patris Registrarii primarii prout sequitur. Quibus die et loco predictis inter horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei, putate coram prefato magistro Thoma Yale Commissario antedicto, literis patentibus regiis, ac per me prefatum Johannem Incent Registrarium antedictum de mandato dicti magistri Yale publice perlectis, prefatus magister Yale ob reverentiam et honorem dicte serenissime domine nostre Regine acceptavit in se onus executionis literarum patentium Regiarum huiusmodi, et decrevit procedendum fore iuxta vim, formam et effectum earundem. Deinde comparuit personaliter magister Edwardus Bigges notarius publicus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et Capitulo ecclesie cathedralis Exon' et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli presentavit eidem magistro Yale Commissario antedicto probum virum magistrum Willelmum Awbreye legum doctorem, ac e regione dicti Commissarii sistebat, Qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Willelmo Alley electo huiusmodi et fecit se partem pro eodem. Et tunc dictus magister Bigges exhibuit Mandatum originale una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores citatos preconizari. Et consequenter facta trina preconizatione &c. ad fores ecclesie parochialis de Archubus predicte omnium et singulorum oppositorum, et nullo eorum comparente aut aliquid in hac parte obiiciendo vel opponendo, dictus magister Bigges accusavit eorum contumacias, ac petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces et eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, et personam electam precludi. Ad cuius petitionem dictus dominus Commissarius pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam huiusmodi viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit, Necnon ad petitionem dicti magistri Bigges ad ulteriora in eodem Confirmationis negocio procedendum fore decrevit prout in Schedula per eum lecta plenius continetur. Que quidem schedula sic lecta prefatus magister Bigge in presentia dicti magistri Awbrey procuratoris domini electi Exoniensis antedicti dedit Summariam peticionem in Scriptis quam petiit admitti. Ad cuius peticionem dominus admisit eandem Summariam peticionem quatenus de iure &c. et assignavit dicto magistro Bigge ad probandum ad statim / deinde magister Bigges in Subsidium probationis contentorum in dicta Summaria peticione exhibuit literas patentes regie maiestatis de consensu suo regio eidem electioni de prefato Willelmo Alleye in hac parte facte et celebrate adhibito: ac prefato reverendissimo patri pro confirmatione eiusdem electionis directas: penes Registrum remanentes per quas inter alia manifeste constat, prefatum magistrum Willelmum Alleye in episcopum et pastorem dicte cathedralis Exoniensis predicte per decanum et capitulum eiusdem dicte electum fuisse. Quibus sic gestis dominus Commissarius ad peticionem prefati magistri Bigge assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim, Et tunc magister Bigge exhibuit omnia et singula per eum in dicto negocio exhibita et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter neque alio modo, Et tunc dominus ad peticionem Bigge assignavit sibi ad concludendum ad statim, dicto magistro Bigge concludente cum dicto domino secum etiam concludente / Qua conclusione sic facta dominus ad peticionem magistri Bigge assignavit ad audiendum Sententiam finalem decretum ad statim, Consequenter vero facta alia trina preconizatione oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium dominus ad peticionem dicti magistri Bigges pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedendum fore ad prolacionem Sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferende, predictorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante / prout in Schedula per eum lecta plenius continetur, Quibus sic in ordine gestis dominus ad peticionem magistri Bigge tulit et promulgavit Sententiam diffinitivam in Scriptis per eum ibidem lectis, pronunciando decernendo ceteraque faciendo prout in eadem continetur. Super quibus tam prefatus magister Willelmus Awbreye procurator dicti domini electi, quam memoratus magister Edwardus Bigge me eundem Johannem Incent Registrarium antedictum sibi unum / vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt. Postremo vero dominus ad peticionem eorundem procuratorum decrevit dictum dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore curamque regimen, et administracionem spiritualium et temporalium dicti episcopatus Exoniensis eidem domino electo et confirmato commisit, ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus Exoniensis, iuriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore etiam decrevit. per dominum Archidiaconum Cantuariensem / vel eius deputatum iuxta dicte cathedralis Exoniensis morem et consuetudinem legibus et Statutis huius regni Anglie non adversantem, presentibus tunc et ibidem magistro Thoma Darbye legum doctore, Thoma Willett notario publico et Roberto Walker literato testibus &c. Deinde quinto die mensis Junii predicti in Edibus magistri Thome yale Commissarii antedicti in vico nuncupato Paternoster Rowe infra parochiam Sancte fidis Virginis Civitatis et diocesis Londoniensis notorie situatis coram eodem magistro yale in presentia mei Johannis Incent notarii publici registrarii antedicti. Constitutus personaliter prenominatus venerabilis vir magister Willelmus Alleye electus huiusmodi, Iuramentum fidelitatis Subiectionis, et obedientie illustrissime domine nostre regine ac de renunciando refutando, et recusando omnem et quodcunque potestatem Auctoritatem, Superioritatem, et Iurisdictionem forinsecas iuxta formam descriptam in Statuto edito in parliamento Anglie tento apud Westmonasterium Anno primo dicte domine nostre regine ad Sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta prestitit et iuravit, presentibus tunc et ibidem magistro Willelmo Awbrey legum doctore et Lanceloto Broughton literato testibus &c.

Litere patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie regina fidei defensor &c. Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli nostro domino Mattheo Archiepiscopo Cantuariensi ac alijs quibuscumque dominis quorum in hac parte interest valitur / Cum vacante nuper sede episcopali Exon per liberam resignacionem ultimi episcopi eiusdem, ac humilem peticionem decani et capituli ecclesie nostre cathedralis Exon per literas nostras patentes licentiam concessimus, alium sibi eligendi in episcopum et pastorem sedis predicte, ijdem decanus et capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte, dilectum nobis in Christo magistrum Willelmum Alley sacre theologie professorem sibi et ecclesie predicte elegerunt in episcopum et pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, Et hoc vobis tenore presentium significamus rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus vos eundem magistrum Willelmum Alley in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Exon predicte (sicut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare, et eundem magistrum Willelmum Alley episcopum et pastorem ecclesie predicte consecrare ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum effectu. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes / T[este] meipsa apud Westmonasterium octavo die Junij Anno regni nostri Secundo. hac / Cordell

Procuratorium Capituli Exon

Pateat universis per presentes Quod nos decanus et Capitulum ecclesie cathedralis sancti Petri Exon unanimi assensu et consensu nostris dilectos nobis in Christo magistros Thomam Huicke et Willelmum Aubrey legum doctores, Georgium Harryson et Edwardum Bigge notarios publicos coniunctim et divisim nostros veros certos legitimos ac indubitatos procuratores actores factores, negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus ordinamus, facimus et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris et eorum cuilibet coniunctim et divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice, loco, et nominibus nostris venerabilem et egregium virum magistrum Willelmum Alley sacre theologie professorem in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis sancti Petri Exon predicte per nos vigore et virtute licentie regie nobis in hac parte concesse, alias electum temporibus et locis congruis et opportunis adeundi, ipsumque ex parte nostra ad consentiendum electioni de persona sua in hac parte facte et celebrate debita cum instantia petendi et requirendi, necnon electionem predictam per nos de persona sua factam et celebratam, illustrissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie regine fidei defensori etc. notificandi et intimandi ac eius consensum et assensum regios in ea parte humiliter implorandi Ac decretum electionis predicte ac personam per nos electam coram Reverendissimo domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve Vicario in spiritualibus generali, sive Commissario quocumque presentandi et exhibendi, eundemque decretum sive processum electionis predicte, et personam in ea parte electam in debita iuris forma approbari et confirmari, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petendi requirendi, et obtinendi, agendique et defendendi, ac litem seu lites contestandi, et contestari videndi, articulum seu articulos, libellum, sive libellos, seu quascumque summarias petitiones dandi et proponendi, testes literas, et instrumenta, ac alia quecumque probationum genera producendi et exhibendi, testesque huiusmodi iurari videndi et audiendi. In causaque seu causis concludendi et concludi videndi, donecque confirmationis negotium huiusmodi ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendi / necnon administracionem omnium et singulorum spiritualium et temporalium dicti episcopatus Exon eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem episcopatus Exon iuriumque et pertinentium suorum universorum inducendi et inthronizandi fore decerni petendi requirendi et obtinendi / Et generaliter omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum / promittimusque nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis fecerint vel fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum nostrorum, et in ea parte Cautionem exponimus per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi (eo quod Sigillum nostrum commune ad manus non habemus) procuravimus / Dat' xxvimo die mensis Junij Anno domini 1560.

Procuratorium Electi Exon

Pateat universis per presentes, quod ego Willelmus Alleye sacre Theologie professor in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Exon' electus et clericus electus, dilectum mihi in Christo magistrum Willelmum Awbreye legum doctorem meum verum, certum, legitimum ac indubitatum procuratorem actorem, factorem, negotiorumque meorum gestorem et nuncium specialem ad infrascripta nomino, ordino, facio, et constituo per presentes. Doque et concedo eidem procuratori meo potestatem generalem et mandatum speciale pro me, ac vice, et nomine meis coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano eiusve vicario in spiritualibus generali, seu Commissario quocumque comparendi, meque a personali comparitione excusandi, ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandi et proponendi, ac si opus fuerit fidem desuper faciendi et iurandi, Electionemque de me et persona mea in hac parte factam et celebratam, auctoritate dicti Reverendissimi patris approbari et confirmari, meque in Episcopum Exon' predict' preferri et admitti, Atque in eandem, actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus, iuriumque et pertinentium suorum universorum induci et inthronizari petendi, requirendi, et obtinendi, decretaque quecumque in ea parte necessaria et opportuna fieri et promulgari petendi et impetrandi / Et generaliter omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, etiam si mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittoque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium Bonorum meorum et in ea parte Cautionem expono per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus / Dat' xij° die Junij Anno domini 1560.

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, Universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem, gratiam, et benedictionem. Cum vacante nuper ecclesia cathedrali Exon' per deprivationem Jacobi Turbervill ultimi et immediati episcopi et pastoris ibidem, decanus et Capitulum dicte ecclesie cathedralis Exon' predict' pro electione novi et futuri episcopi eiusdem ecclesie (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint, atque in huiusmodi Electionis negotio, Termino ad id statuto rite procedentes, venerabilem virum magistrum Willelmum Alley, sacre Theologie professorem in episcopum et dicte ecclesie cathedralis episcopum et pastorem elegerint, Cumque Serenissima in Christo princeps et domina nostra domina Elizabetha, dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regina, fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli eidem electioni de persona prefati electi facte et celebrate et persone electe regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per easdem literas suas patentes magno sigillo suo Anglie sigillat' nobis significaverit / Mandando quatenus electionem huiusmodi et personam electam confirmare, et eundem Willelmum Alley in episcopum Exon' consecrare iuxta formam Statut' in ea parte edit' et provis' velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas suas patentes regias, ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem Serenissime domine nostre regine mandatis pro officij nostri debito parere, atque in huiusmodi confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere, Omnes et singulos (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint ad diem hor. locum et effectum subscript. vocandi et citandi fore decrevimus Justitia id poscente/ Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie, publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Archubus London. nostre, et dicte nostre ecclesie Cantuariensis Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem ecclesiam vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, Qui contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali, sive Commissario quocunque in eadem ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London. die Jovis viz. xiiijo die presentis mensis Junii inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oppor-teat) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, (si sua putaverint interesse) dicturi, excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte, et dicti negotii Qualitas et Natura de se exigunt et requirunt/ Intimantes insuper modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere, Quibus nos etiam harum serie sic intimamus, quod sive ipsi sic citati dictis die, hora et loco coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali sive Commissario huiusmodi comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, excipere vel opponere curaverint sive non, Nos nihilominus in dicto negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, procedemus et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentiis sive Contumaciis in aliquo non obstante/ Et quid in premissis feceritis nos, aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem, sive Commissarium huiusmodi dictis die, hora et loco debite certificetis. seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum Mandatum fuerit executus/ In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus/ Dat. in Manerio nostro de Lambehith decimo die mensis Junii Anno domini 1560. et nostre Consecrationis Anno primo.

Decimo tertio die mensis Junii Anno domini 1560. in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London. dicte ecclesie Cantuariensis Jurisdictionis immediate coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore, Reverendissimi in Christo patris et domini, Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicario in spiritualibus generali et Officiali principali sufficienter et legitime constituto in presentia mei Johannis Incent notarii publici Registrarii principalis dicti Reverendissimi patris, comparuit personaliter Robertus Walker literatus et certificavit se xijo die presentis mensis Junii executum fuisse hoc presens Mandatum in ecclesia parochiali de Archubus predicta iuxta formam retroscriptam Super quibus fecit fidem.

prima Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis ~~tot~~ Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus, In negotio Confirmationis Electionis de persona venerabilis viri magistri Willelmi Alley sacre Theologie professoris in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Exoniensis electi, facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis isto die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, in debita Juris forma dicturi, excepturi vel opposituri legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris decani et capituli ecclesie cathedralis Exon predict pronunciamus contumaces, et ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi precludimus in his scriptis / Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto negotio procedendum fore iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentijs sive contumacijs in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine Amen coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino, domino Matheo permissione divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, vestrove vicario in spiritualibus generali aut Commissario quocumque / pars venerabilium virorum decani et Capituli ecclesie cathedralis Exon dicit, allegat, et in his scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summarie petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Imprimis videlicet quod ecclesia cathedralis Exon per deprivationem Jacobi Turbervill ultimi episcopi ibidem nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit pastorisque solatio caruit, Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum, et ponit coniunctim et de quolibet.

Item quod dicta ecclesia cathedrali Exon (ut prefertur) dudum vacante, decanus et capitulum ecclesie cathedralis predicte capitulariter congregati et capitulum facientes (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem, ac domum capitularem ecclesie cathedralis predicte ad electionem futuri episcopi ibidem celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt. Ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios ius vocis et interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes ad diem et locum predict in huiusmodi electionis negotio processur et procedi visur legitime et peremptorie citari fecerunt, Hocque fuit et est verum et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et capitulum die et loco prefixis videlicet die mensis ultimo preterit capitulariter congregati et plenum capitulum facientes servatis primitus de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis habito primitus inter eos tractatu diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis predicte eligenda, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum magistrum Willelmum Alley in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum et pastorem elegerunt et ecclesie memorate de eodem providerunt, Et ponit ut supra.

Item quod electio huiusmodi et persona electa, die pronunciato in ecclesia cathedrali Exon predict coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

Item quod dictus magister Willelmus Alley in episcopum ecclesie cathedralis Exon predict electus huiusmodi electioni de se et persona sua facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem decani et capituli debitis loco et tempore consensit, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis / et ponit ut supra.

Item quod prefatus electus fuit et est vir providus et discretus literarum scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in ordine sacerdotali et etate legitima constitutus, necnon deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius. Hocque fuit et est verum publicum, notorium, manifestum, pariter et famosum & Et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam serenissime domine nostre regine per suas literas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officii sui debito iuxta statuta huius regni Anglie significarunt et intimarunt Hocque fuit etc. Et ponit ut supra.

Item quod exhibito pro parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie Sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem domina nostra Regina pro sua Clementia Regia huiusmodi electioni de persona prefati magistri Willelmi Alley (ut premittitur) facte et celebrate Consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra.

Item quod dicta Serenissima domina nostra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis regiis huiusmodi electioni adhibito per literas suas patentes vobis inscriptas non solum significavit, verumetiam earundem literarum suarum patentium vigore vobis rogando mandavit, Quatenus vos electionem predictam et electum huiusmodi confirmare, ipsumque spiritualibus insigniis insignire et decorare ceteraque peragere que vobis in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore. Hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, et manifesta, pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam quidem faciendam offert se pars dictorum presidentis et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis inscriptarum seriem, Curamque regiminis et administrationis episcopatus Exonien. eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus Exonien. Iuriumque et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis, Supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes si qui forsan in dicto electionis negotio intervenerint, Ac proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probandum, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium domine Iudex antedicte humiliter implorando.

Processus electionis

Serenissime et excellentissime in Christo Principi et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regine fidei defensori etc. Vestri humiles et devoti oratores Willelmus Leveson dicte cath. Exonien. Cancellarius, Capitulique eiusdem predicte presidens et eiusdem eccl. Capitulum Salutem in eo qui dat salutem regibus cum omni humilitate, reverentia, obedientia et honore Vestre Sublimitati notum facimus per presentes, Quod oblata nobis septimo die instantis mensis Maij anno regni vestri secundo pro electione novi et futuri episcopi et pastoris, aliudque nobis in episcopum et pastorem dicte eccl. cath. Exonien. eligendi licentia vestra fundatoria, vestro magno Sigillo Anglie sigillata, cuius tenor sequitur in hec verba / Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. dilectis nobis in Christo Decano et Capitulo ecclesie cathedralis Exonien. Salutem. Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum, ut cum ecclesia predicta per deprivationem ultimi episcopi eiusdem iam vacet, et pastoris sit solatio destituta, alium vobis eligendi in episcopum et pastorem licentiam nostram fundatoriam vobis concedere dignaremur, Nos precibus vestris in hac parte favorabiliter

inclinati, licenciam illam vobis duximus concedendam, Rogantes quod talem vobis eligatis
in episcopum et pastorem Qui deo devotus, nobis et Regno nostro utilis et fidelis
existat. In cuius rei Testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipsa
apud Westmonasterium xxiiij° die Aprilis Anno Regni nostri secundo. Nos tandem
omni qua potuimus reverencia et honore amplectentes, Rogatuque vero
Serenissime Regie maiestatis (ne Ecclesia illa Cathedralis Episcopo ex diutina vacacione
eiusdem graviora pateretur incommoda) perimplere cupientes, Convocatis
nobis in Domo nostra Capitulari, die, mense, et anno predictis, Canonicis et preben=
dariis ipsius ecclesie cathedralis confratribus nostris tunc presentibus ac plenum capitulum
in ea parte facientibus, perlectisque primo litteris supradictis per Johannem Germyn
Notarium publicum et in hoc negocio Registrarium principalem per nos assumptum, ad
procedendum electioni huiusmodi, diem Lune videlicet vicesimum diem instantis mensis
Maij Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo iam currente, cum continua=
cione et prorogacione terminorum, temporum, et dierum tunc sequencium (si necesse
fuerit) ac negocium illud electionis usque ad finalem expedicionem eiusdem contin=
uandum et finiendum, in domo nostra Capitulari in qua electiones nostre ab antiquo fieri
et celebrari consueverunt, inter horas nonam et undecimam ante meridiem
eiusdem diei (favente domino) in presencia dicti Johannis Germyn notarii ac Registrarii
prefiximus, limitavimus, et assignavimus, Statuimusque nos presidens et capitulum
de et cum consensu confratrum nostrorum presentium omnes et singulos ipsius ecclesie
cathedralis Canonicos et prebendarios confratres nostros pro tunc absentes, ius
ac vocem in ipsa electione habentes, qui ad huiusmodi electionem, ac ad diem, locum
terminum, actusque ac cetera in hoc electionis negocio tractanda, et concludenda, una=
nobiscum et ceteris Canonicis ac prebendariis confratribus nostris pro novo episcopo
et pastore eligendo tractaturos, modoque debito processuros convocari vel interesse
deberent per Citaciones et moniciones Canonicas in ostio domus nostre Capitularis
ac etiam in singulis eorundem Canonicorum et prebendariorum Stallis, iuxta
antiquam dicte cathedralis ecclesie consuetudinem ac morem affixas, ad diem et
locum preexcitatos citandos et monendos fore decrevimus et mandavimus (Intiman=
tes expresse eisdem omnibus et singulis confratribus nostris absentibus, vel die et
loco prefixis et assignatis ad interessendum minime curantibus per eandem nostram
Citacionem ac monicionem canonicam, Quod sive venerint sive non, Nos in ipsius
electionis negocio ad finalem expedicionem eiusdem procedemus, eorundem absentia
et contumacia non obstante, et quod ulterius vocari non deberent, etiamsi contigerit
eundem terminum prorogari Cuius Citacionis tenor sequitur et est talis **Pre=**
sidens Capituli ecclesie cathedralis divi Petri Exon et eiusdem ecclesie Capitulum Universis
et singulis ecclesie cathedralis predicte Canonicis et prebendariis Salutem in
domino. Cum Jacobus nuper Exon episcopus ab episcopatu antedicto honore, dignitateque
suis, ceterisque Iuribus episcopatui predicto spectantibus et pertinentibus legitime depriva=
tus sit, Nobisque ex parte Serenissime domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie
Francie, et Hibernie Regine, fidei defensoris etc. per litteras suas patentes sub magno
suo Sigillo Anglie sigillatas alium deo devotum, sibi ac inclito huic Regno Anglie
utilem et fidelem, ne ecclesia illa cathedralis pastoris solacio diutius sit destituta
in episcopum et pastorem eligere Rogatum et licenciatum sit, Nos iuxta nostri officii
debitum premissa in omnibus perimplere cupientes, (vos et quemlibet vestrum
ius, vocem) locum in Capitulo ecclesie cathedralis predicte habentes seu in electione pre=
dicta (ut premittitur) fienda et celebranda quomodolibet habere pretendentes, auctoritate
nobis in hac parte commissa per presentes peremptorie monemus et citamus, quod vos
et vestrum quilibet vicesimo die instantis mensis Maij in domo capitulari predicta inter
horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei (una nobis pro electione
novi et futuri Pontificis ibidem fienda et celebranda personaliter intersit, personaliterque

ibidem adhibeatis putantes, super electione predicta tractabitur et procedetur
dicitur. Consensum quoque vestrum et assensum in premissis prout vobis visum
fuerit prestitum, alteriusque factum et receptum, quod iustum fuerit in hac parte
et rationi consonum. Intimantes vobis quod dictis die et tempore predi=
tate ad electionem antedictam iuxta tenorem lrarum dicte Serenissime dne nre Regine
nobis in ea parte directarum et per nos omni cum humilitate receptarum ac penes
nos remanentium vestra absentia non obstante procedere intendimus et procedemus, Dat.
in domo nra Capitulari dicte ecclesie cath. Exon septimo die mensis Maij Anno domini
Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo. Quo die Lune viz vicesimo mensis Maij
assignato adveniente, comparentibus una nobiscum Willelmo Leveson dicte ecclesie cath.
Exon Cancellario tunc capituli eiusdem ecclesie presidente hora capitulari ante
meridiem eiusdem diei in domo nra Capitulari predicta pro electione huiusmodi celebranda
venerabili viro magistro Richardo Tremaine artium magistro eiusdem ecclesie cathedralis
Thesaurario, Richardo Gammon sacre Theologie professore, Willelmo Marwood
et Roberto Fissher clericis eiusdem ecclesie cathedralis Canonicis et prebendarijs confratribus
nris in ordine Sacerdotali constitutis tunc presentibus, ac insimul capitulariter con=
gregatis plenumque Capitulum facientibus ac loco suis sedentibus, proposito primitus
verbo dei, ac Spiritus Sancti gratia humiliter invocata, Canonicisque et prebendarijs
antedictis una nobiscum presidente antedicto tunc interessendi factaque fide per
Mandatarium nrum venerabiles viros magistros Gregorium Dodds sacre Theologie
Baccalaureum eiusdem ecclesie cath. predicte decanum, Richardum Gosbre eiusdem ecclesie pre=
centorem, Georgium Carewe Archidiaconum Exonien, Thomam Kent Archidiaconum
Totton, Georgium Squire Archidiaconum Barn, Georgium Hardy Archidiaconum Cornubie
Thomam Nutcombe eiusdem ecclesie Subdecanum, Georgium Verneye Joannem
Kennall, Willelmum Evans, Georgium Mason, Robertum Brocke, Nicholaum
Wotton, Walterum Wright, Humfridum Stanley et Johannem Harpsfeld eiusdem
cathedralis predicte Canonicos et prebendarios confratres nros ad comparendum in
domo nra Capitulari predicta una nobiscum in ipso electionis negocio processuros et
tractaturos, predictum diem Lune xxmum viz diem instantem mensis Maij ad hoc
habentes peremptorie citatos extitisse, eosdem Canonicos absentes, per eorum
nomina et cognomina in ordine (ut premittitur) expressa publice et aperta voce
ad ostium domus Capitularis eiusdem ecclesie, ius vocemque in huiusmodi electione habentes
vocari et preconizari fecimus, Quibus sic per nuncium in ea parte Mandatarium
preconizatis ad ostium domus nre capitularis pro tunc apertum, vice ac nomine
magistrorum Gregorij Dodds ipsius ecclesie decani, ac vice et nomine magistri
Georgij Carewe Archidiaconi Exon, comparuerunt magistri Richardus Tremayne
eiusdem cath. predicte Thesaurarius et Willelmus ffissher clericus ipsius ecclesie canonici
exhibentes procuratoria sua pro eisdem autentica sigillata et ponentes non compa=
rentes, Ceteris vero confratribus nris (ut premittitur) sepius preconizatis, diutiusque
expectatis, et nullo modo comparentibus, sed a nobis presidente capitulo et Canonicis
die et loco predictis, quoad actum electionis huiusmodi se penitus absentantibus, aut
ad ibidem interessendum minime curantibus, Nos Willelmus Leveson presidens capituli
antedicti de consensu et assensu magistri Richardi Tremayne Thesaurarij,
Richardi Gammon, Willelmi Marwood et Roberti Fissher confratrum nrorum
Canonicorum et prebendariorum presentium, ad electionem novi episcopi, ac dicte ecclesie cath.
pastoris ceterorum Canonicorum et prebendariorum confratrum nrorum negligentia et
Contumacia non obstante, decrevimus tunc esse procedendum, prelectaque demum
licentia regia supradicta, ac aliis dicte Serenissime dne nre Regine lris. Eligendum
magistrum Willelmum Alley, sacre Theologie professorem virum utique providum,
discretum, humilem, mansuetum, in rebus agendis circumspectum, presbiterum in ordine
Sacerdotali ac etate legitima constitutum, literarum Scientia, vita et moribus ac

aliis virtutibus preditum, nobis multipliciter commendatum, Talemque esse, cui nihil obstare dinoscitur, quo minus in episcopum dicte ecclesie cathedralis predicte, sedique episcopalis pastorem per nos eligi debeat et assumi; Nos Capitulum predictum presidens de consensu et assensu confratrum nostrorum magistrorum Richardi Tremayne, Richardi Hannon, Willelmi Marwood, et Roberti Fissher Canonicorum et prebendariorum predictorum presentium, accedente etiam consensu magistrorum Gregorii Dodde dicte ecclesie predicte decani et Georgii Carewe per eorum procuratores comparentium, quoad electionem hanc faciendam et canonice terminandam concorditer, unanimiter, unaque voce, plenum Capitulum facientes ac in unum compromittentes, prefatum magistrum Willelmum Alley in episcopum nostrum et dicte ecclesie cathedralis Exoniensis predicte, eundemque sedis episcopalis pastorem nominamus et eligimus, vocibusque nostris consensibusque et assensibus, ut in episcopum et pastorem eiusdem sedis episcopalis Exoniensis assumi et inthronizari valeat, ad eundem iuris effectum quo melius fieri poterit aut potest, eligimus, et concedimus, ac in eundem constituimus, per hoc nostrum finale electionis decretum, manibus nostris propriis, unacum nominibus et cognominibus nostris subscriptum. Rogantes, requirimusque et instanter requirentes eundem magistrum Willelmum Alley, electioni huiusmodi de se facte consentire. Cum igitur per nos acta in hoc negotio vestre Regie Maiestati iuxta tenorem brevis vestri nobis directi, ac iuxta nostri Officii debitum significamus, humillime supplicantes quatenus ad ipsius magistri Willelmi Alley per nos in episcopum et pastorem Exoniensis electi confirmationem procedatur graciose ac de benignitate vestra Regia concedere dignemini, ut tam nobis quam dicte ecclesie cathedrali predicte sub vestra Regia maiestate vestroque presidio preesse valeat ac prodesse, deoque fideliter militare. Et ut premissa vestre Serenissime Maiestati veracius innotescant, huic publice electioni per manus domini Johannis Germyn notarii publici Registrariique principalis Exoniensis, qui cum Testibus subscriptis premissis omnibus et singulis (ut premittitur) personaliter interfuit, Electionemque hanc nostram in formam publicam de nostro Mandato scripsit, Sigillum nostrum commune apposuimus, Manuque ac subscriptione dicti Notarii in hoc negotio subscribi et signari curavimus. Vestram Regiam maiestatem conservet altissimus. **Acta** fuerunt hec omnia et singula prout suprascribuntur et recitantur sub anno domini, mense, die, et loco predictis In presentia mei Johannis Germyn notarii antedicti, presentibus tunc ibidem magistro Richardo Hensen, Willelmo Herne, clericis, Olivero Manwaryng, et Johanne Fider notario publico Testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis.

per me Willelmum Levyson capituli presidentem, per me Richardum Tremayne Thesaurarium per me Richardum Hannon per me Willelmum Marwood. per me Robertum Fissher. per me Gregorium Dodde decanum.

Et ego Johannes Germyn Exoniensis diocesis publicus auctoritate sufficienti notarius Quia prefate electioni de magistro Willelmo Alley in domo Capitulari dicte cathedralis Exoniensis (ut premittitur) facte ceterisque premissis omnibus et singulis ibidem actis habitis et factis unacum presidente capituli, Canonicisque supradictis, Testibusque quoque hic notatis die mense et anno predictis una personaliter interfui, eaque omnia et singula prout sic tunc agebantur et fiebant vidi et audivi, atque in notam sumpsi, Ideo hoc presens decretum de mandato presidentis capituli dicte cathedralis predicte et dicti capituli per me fideliter scriptum, ac eorum communi Sigillo sigillatum, manu mea propria subscripsi, publicavi, et in hanc formam publicam redegi, Signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et Testimonium omnium et singulorum premissorum Rogatus ad hoc specialiter et requisitus.

Et ego Willelmus Alley huic electioni Consensum meum prebeo.

per me Willelmum Alley

Secunda Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris
et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis
et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et
ltime deputatus, In negocio Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii
viri magistri Willelmi Alley in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Exon electi facte
et celebrate rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra
dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere,
vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis isto die, hora et loco (si sua pu=
taverint Interesse) contra dictam Electionem, formam eiusdem, aut personam in hac
parte electam, in debita Juris forma dicturi, excepturi vel opposituri. ltime et
peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo
modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac
parte electam aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes, ad peticionem procuratoris presidentis
et Capituli dicte ecclesie cathedralis Exon pronunciamus contumaces, et in penam contu=
maciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolacionem Sententie
sive decreti finalis in hac causa ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium
Contumaciis in aliquo non obstante.

Iuramentum domini electi Exon

I William Alley elected Bysshoppe of Exon do utterlie testefie and
declare in my Conscience that the Quenys highnes ys thonly supreme
Governor of thys Realme, and of all other her highnes dominions and contreys
as well in all spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as temporall, And that no
forrayne prince, person, prelate, State, or potentate hath or ought to have any
Jurisdiction, power, Superioritie, and preemynence, or authoritie ecclesiasticall
or spirituall within thys realme, And therefore I do utterly renounce and
forsake all forrayne Jurisdictions, powers, Superiorities and authorities, and
do promisse that from hensforth I shall bear faith and true allegeance to
the Quenys highnes, her heires and lawfull Successours, And to my power
shall assist and defend all Jurisdictions, privilege, preemynence and au=
thorities graunted or belonging to the Quenys highnes her heires and Suc
or united or annexed to thimperiall Crowne of thys realme so helpe me
god and by the Contents of thys Booke.

By me William Alley

Sententia diffinitiva

In dei nomine Amen auditis, visis et intellectis, ac plenarie et mature
discussis per nos Thomam Yale legum doctorem, Reverendissimi in Christo patris et
domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie prima=
tis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et
ltime deputatum Meritis et Circumstanciis eiusdem cause sive negocii Confirmatio=
nis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Willelmi Alley in episcopum
et pastorem ecclesie cathedralis Exon electi, facte et celebrate, quod coram nobis
aliquamdiu vertebatur, et in presenti vertitur et pendet indecisum, Servato primitus per
nos toto et integro processu coram nobis in dicto negocio habito et facto, atque dili=
genter recensito, (Servatisque per nos de Jure et Statuto huius Regni Anglie
in ea parte servandis) ad nostri decreti finalis sive sententie diffinitive Confirmatio=
nis in huiusmodi negocio ferendi prolacionem sic duximus procedendum et procedimus in
hunc qui sequitur modum/ Quia per acta, exhibita, producta, et probata coram
nobis in huiusmodi Confirmationis negocio comperimus luculenter et invenimus, electio=
nem ipsam per presidentem et Capitulum ecclesie cathedralis Exon predicte de prefato
magistro Willelmo Alley electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus
merito commendato, libero et ltimo matrimonio procreato, atque in etate ltima et ordine
Sacerdotali constituto, rite et ltime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque
eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiastice Justitie obviasse seu obviare

quo minus in Episcopum Exon autoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari — Ideirco nos Thomas Yale legum doctor Commissarius antedictus attentis premissis et alijs virtutum meritis, super quibus prefatus electus Exon fidedignorum commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris proponentes, de et cum concilio iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus — predictam electionem de eodem magistro Willelmo factam et celebratam autoritate dicti Reverendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus, defectus quoscunque in dicto negocio, (si qui forsan fuerint) intervenientes, quantum in nobis est et de iure possumus — supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc — nostrum finale decretum, quam sive quod ad petitionem partium ita petentium ferimus et promulgamus in his scriptis.

15 Consecratio domini Willelmi Alley Episcopi Exon.

Die dominica viz xiiijo die mensis Julij Anno domini 1560 Et regni illustrissime in Christo principis et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, francie et Hibernie regine fidei defensoris etc. Anno secundo. in Capella Reverendissimi in Christo patris et domini nostri domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani, infra manerium suum de Lambehith dicte Cantuariensis Iurisdictionis immediate. Idem reverendissimus pater, assistentibus sibi reverendis patribus dominis Edmundo London et Gilberto Bathon et Wellen Episcopis, vigore literarum patentium dicte illustrissime domine nostre regine sigillo suo magno sigillat. eidem reverendissimo patri in hac parte direct. munus consecrationis venerabili viro magistro Willelmo Alley sacre theologie professori in Episcopum et pastorem dicte cath. Exon electo impendebat, adhibitis ceremonijs consuetis ac prestito iuramento solito iuxta formam descriptam in Actis Consecrationis ipsius reverendissimi patris xvijo die mensis decembris Anno domini 1559. volumine predict. Act. in presentia mei Johannis Incent notarij publici Registrarij primarij dicti Reverendissimi patris presentibus tunc et ibidem magistris Johanne Hardyman sacre theologie professore, Thoma Yale legum doctore, Andrea Peirson sacre theologie Baccalaureo et multis alijs testibus etc.

Acta habita et facta in Negocio Confirmationis

Confirmatio electionis domini Johannis Parkhurst Episcopi Norwicen.

electionis venerabilis viri magistri Johannis Parkhurst sacre theologie Baccalaurei in Episcopum et pastorem dicte cathedralis sancte et individue Trinitatis Norwicensis electi vicesimo sexto die mensis Augusti Anno domini 1560. Et regni illustrissime in Christo principis et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, francie et Hibernie regine, fidei defensoris etc Anno secundo in Ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London dicte Cantuariensis Iurisdictionis immediate coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani mediantibus literis patentibus regijs in hac parte primo fulcit. Vicario in spiritualibus generali, Officiali principali, ac Commissario in hac parte speciali deputato, in presentia mei Johannis Incent notarij publici Registrarij principalis dicti reverendissimi patris prout sequitur. Viz die et loco predictis circa horam nonam ante meridiem eiusdem diei comparuit personaliter Edwardus Orwell literatus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano sive presidente et Capitulo dicte cathedralis Norwicensis predict. et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani

sive presidentis et Capituli putavit eidem magistro Yale Commissario antedicto dominum
virum magistrum Thomam Huyke legum doctorem, ac e regione dicti Commissarii
sedebat, Qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Iohanne
Parkhurst electo huiusmodi et fecit se partem pro eodem, Et tunc dictus Edwardus
Orwell exhibuit Mandatum originale una cum Certificatorio in dorso super
executione eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores citatos preconizari, Et
consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum &c. ad foras
valvas ecclesie parochialis de Arcubus predicte et nullo eorum comparente nec aliquid in hac
parte opponente, dictus Edwardus Orwell accusavit eorum contumacias, ac
petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces, ac eis et eorum cuilibet in penam
Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem
formam eiusdem, et personam electam precludi, Ad cuius peticionem dictus dominus
Commissarius pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam &c. viam
ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad peti=
cionem dicti Edwardi Orwell ad ulteriora in eodem Confirmationis negocio pro=
cedendum fore decrevit, prout in Schedula per eum lecta plenius continetur/ Qua
quidem Schedula sic lecta, prefatus Edwardus Orwell in presentia dicti magistri
Huyke dedit Summariam Peticionem in Scriptis, quam petiit admitti, Ad cuius
Peticionem dominus admisit dictam Summariam peticionem, quatenus de iure &c. et
assignavit dicto Edwardo Orwell ad probandum ad statim, Deinde dictus Edwar=
dus Orwell in Subsidium probationis Contentorum in dicta Summaria peticione
exhibuit literas patentes regie maiestatis de Consensu suo regio eidem electioni
de prefato magistro Iohanne Parkhurst in hac parte fact' et celebrat' adhibito ac
prefato Reverendissimo patri pro Confirmatione eiusdem electionis direct' prout
Regium commandum per quas inter alia manifeste constat prefatum magistrum
Iohannem Parkhurst in episcopum et pastorem dicte ecclesie cath' Exon' predict' per decanum
sive presidentem, et Capitulum eiusdem electum fuisse. Quibus sic gestis, dominus
Commissarius ad peticionem prefati Edwardi Orwell assignavit sibi ad propo=
nendum omnia ad statim, Et tunc prefatus Edwardus Orwell exhibuit omnia
et singula per eum in dicto negocio exhibita et proposita, Quatenus sibi
conducunt et non aliter nec alio modo, Et tunc dominus ad peticionem Orwell
assignavit sibi ad concludendum ad statim, dicto Edwardo Orwell concludente
cum dicto Commissario secum etiam concludente/ Qua conclusione sic facta dominus ad
peticionem Edwardi Orwell assignavit sibi ad audiendum Sententiam sive finale
decretum ad statim/ Consequenter vero facta trina preconizatione oppositorum
si (qui premittitur) citatorum, et nullo modo comparente nec quicquam in hac parte oppo=
nentis, prestitis per prefatum magistrum Thomam Huyke nomine procuratorio eiusdem domini
electi, Iuramento de fidelitate, Subiectione et obedientia dicte Serenissime domine
nostre Regine &c. prestando ac de renunciando, refutando et recusando omnem et
quodcumque potestatem, auctoritatem, et Iurisdictionem forinsecas iuxta et secundum vim, formam,
et effectum Statuti Parliamenti huiusmodi inclyti Regni Anglie in hac parte editi et
provisi) ~~ad~~ dominus ad peticionem dicti Orwell pronunciavit eos et eorum quemlibet
Contumaces, ac in penam Contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedendum fore
ad prolationem Sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferende, ipsorum
sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante, prout
in Schedula per eum lecta plenius continetur, Quibus sic in ordine gestis
dominus ad peticionem dicti Edwardi tulit et promulgavit Sententiam diffinitivam in
Scriptis per eum lecte, pronunciando, decernendo, ceteraque faciendo, prout in
eadem continetur, Super quibus tam prefatus magister Thomas Huyke quam
memoratus Edwardus Orwell me eundem notarium publicum, ac Registrarium
antedictum sibi unum vel plura publicum, seu publica Instrumentum sive Instrumenta

confirmare, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter et specialiter
rogarunt et requisierunt, Postremo vero dominus ad petitionem eorundem procuratorum
decrevit dictum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore, Curamque re-
giminis, et administrationem spiritualium et temporalium dicti episcopatus Norwicensis eidem
domino electo et confirmato commisit, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessi-
onem dicti episcopatus Norwicensis, Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum, et pertinentiarum
suorum universorum inducendum, et inthronizandum fore etiam decrevit, per dominum
Archidiaconum Cantuariensem vel eius deputatum iuxta ecclesie cath. Norwicensis morem
et consuetudinem, (legibus et statutis huius regni Anglie non adversantibus) presentibus
tunc ibidem Roberto Walker et Johanne Gibbons literatis testibus etc.

Lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc.
Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli nostro, domino Mattheo Archiepiscopo
Cantuariensi, et quibuscumque episcopis quorum in hac parte interest salutem. Cum
vacante nuper ecclesia episcopali Norwicensi per mortem naturalem Willelmi episcopi ultimi
ad humilem petitionem Decani et Capituli ecclesie nostre cathedralis Norwicensis per
literas nostras patentes licentiam concesserimus aliud sibi eligendi in episcopum et pastorem
ecclesie predicte, iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte
dilectum nobis in Christo Johannem Parkhurst in sacra Theologia Baccalaureum
sibi et ecclesie predicte elegerunt in episcopum et pastorem prout per literas suas patentes
sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos
electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum assensum adhibuimus
pariter et favorem, Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in-
fide et dilectione quibus tenemini firmiter precipiendo mandantes, Quatenus
vos electionem huiusmodi, et eundem magistrum Johannem Parkhurst in episcopum et pasto-
rem ecclesie cathedralis Norwicensis predicte (ut prefertur) electum confirmare, et
eundem Johannem Parkhurst episcopum et pastorem ecclesie predicte consecrare, Ceteraque
omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali
iuxta formam Statutorum in ea parte edit. et provis. velitis cum effectu In cuius rei
Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. T[este] me ipsa apud Westm.
decimo die Julii Anno r. n. secundo. Ha. Cordell

Procuratorium Capituli Norwicen

Pateat universis per presentes quod nos Decanus et Capitulum ecclesie cathedralis
Sancte et individue Trinitatis Norwicensis, dilectos nobis in Christo dominum Dīum
Anthonium Huse armigerum, Willelmum Saye, Edwardum Bigg, Georgium Harry-
son notarios publicos, alme Curie Cantuar. procuratores generales, et Edwardum
Orwell literatum coniunctim et divisim nostros veros, certos, et legitimos ac indubitatos procuratores, actores
factores negotiorumque nostrorum gestores, et nuncios speciales ad infrascripta nominamus
ordinamus, facimus, et constituimus, per presentes, damusque et concedimus eisdem pro-
curatoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se divisim et insolidum, potestatem generalem et
Mandatum speciale pro nobis, ac vice, loco, et nominibus nostris, venerabilem virum
magistrum Johannem Parkhurst sacre Theologie Baccalaureum in episcopum et
pastorem ecclesie cathedralis Sancte Trinitatis Norwicensis predicte per nos vigore
et virtute licentie regie nobis in hac parte facte alias electum, temporibus et locis
congruis et opportunis adeundi, ipsumque ex parte nostra ad consentiendum electioni
de persona sua in hac parte facte et celebrate debita cum instantia petendi et
requirendi, necnon electionem predictam per nos de persona prefati magistri Johannis
Parkhurst (ut prefertur) factam et celebratam, illustrissimo in Christo principi et
domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regine, fidei
defensori etc. dicte ecclesie cathedralis patrone et fundatrici notificandi et intimandi ac
eius consensum et assensum regios in ea parte humiliter implorandi, Ac decretum
electionis predicte et personam per nos (ut premittitur) electam coram Reverendissi-
mo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo
totius Anglie primati et Metropolitano, sive eius Vicario in spiritualibus generali
sive Commissario quocumque presentandi et exhibendi, dictumque decretum sive processum

electionis predicte et personam sic electam, in debita iuris forma approbari et confirmari defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petendum, requirendum et obtinendum, Agendum et defendendum ac litem seu lites contestandum et contestari videndum, articulum seu articulos, libellum sive libellos seu quascumque summarias peticiones dandum et proponendum, Testes, literas, et instrumenta, ac alia quecumque probationum genera producendum et exhibendum, Testesque huiusmodi iurari videndum et audiendum, In causa seu causis concludendum et concludi videndum, dictumque Confirmationis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendum, Necnon administrationem omnium et singulorum spiritualium et temporalium dicti Episcopatus eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem Episcopatus, iuriumque dignitatum honorum, preeminentiarum, et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni petendum, requirendum et obtinendum, Et generaliter omnia et singula alia faciendum, exercendum, et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiamsi Mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, Promittimusque nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis fecerint vel fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum et in ea parte Cautionem exponimus per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi (eo quod Sigillum nostrum commune impresentiarum ad manus non habemus) procuravimus. Dat. vicesimo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo, quingen°, Sexagesimo.

Procuratorium domini electi Norwicen

Pateat universis per presentes Quod ego Johannes Parkhurst sacre Theologie Baccalaureus in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Norwicensis per decanum et Capitulum ecclesie cathedralis sancte et individue Trinitatis Norwicensis predicte rite et legitime electus, dilectos mihi in Christo magistrum Thomam Huike legum doctorem et Robertum Cole clericum coniunctim et divisim meos veros, certos, legitimos, ac indubitatos procuratores actores, factores, negotiorumque meorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta, nominatim ordino, facio, et constituo per presentes. Do et concedo eisdem procuratoribus meis coniunctim et eorum cuilibet per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro me ac vice, loco, et nomine meis coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo, permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano seu eius in hac parte Commissario quocumque comparendum, meque a personali comparitione excusandum ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandum et proponendum, et si opus fuerit fidem desuper faciendum et iurandum, Electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Norwicensem per prefatos decanum et Capitulum factam et celebratam approbari et confirmari, meque in Episcopum Norwicensem predictum recipi et admitti, atque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Norwicensis, iuriumque et pertinentium suorum universorum induci et inthronizari petendum, requirendum et impetrandum, decretaque quecumque in ea parte necessaria et oportuna ferri et interponi petendum et obtinendum, Iuramentum insuper tam de fidelitate, subiectione et obedientia dicte serenissime domine nostre Regine Elizabethe heredibusque et successoribus suis prestandum et exhibendum, necnon de renunciando, recusando, et refutando omnem et omnimodam auctoritatem, potestatem, Iurisdictionem et superioritatem forinsecas secundum vim, formam, et effectum Statutorum huius inclyti regni Anglie in hac parte editorum et provisorum, quam etiam aliud quodcumque iuramentum licitum et honestum, ac de iure, legibus et Statutis huius regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandum subeundum et iurandum, Et generaliter omnia et singula alia faciendum, exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi Mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, Promittoque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti procuratores mei seu eorum alter fecerint vel fecerit in premissis vel aliquo eorundem sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum meorum tam presentium quam futurorum et et in ea parte Cautionem expono per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi procuravi / Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus / Dat. xxijo die mensis Augusti Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo.

Citatio contra Oppositores

Matthew permissione divina Cantuar. Archiepiscopus, totius Anglie primas et Metropolitanus, Universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuarien. ubilibet constitutis Salutem, gratiam et benedictionem. / Cum vacante nuper Sede episcopali Norwicen. per mortem naturalem domini Johannis Hopkins ultimi episcopi et pastoris ibidem, Presidens et Capitulum ecclesie cath. Norwicen. predict. pro electione novi et futuri episcopi et pastoris ibidem, (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda, certum terminum prefixerint et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negocio termino ad id statuto rite procedentes, venerabilem et eximium virum magistrum Johannem Parkhurst sacre Theologie Baccalaureum in eorum et dicte ecclesie cath. episcopum et pastorem elegerint, Cumque serenissima in Christo princeps et domina nostra, domina Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie regina, fidei defensor &c. ad humilem petitionem eorundem Presidentis et Capituli eidem electioni de persona prefati electi (ut premittitur) facte et celebrate, regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per easdem literas suas patentes magno Sigillo suo Anglie sigillat. nobis significavit. Mandando quatenus electionem huiusmodi, et personam electam confirmare, et eundem Johannem in episcopum Norwicen. consecrare, iuxta formam Statut. parliament. in ea parte edit. velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem serenissime domine nostre regine Mandato pro officii nostri debito parere, atque in huiusmodi Confirmationis negocio iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, excipere vel opponere voluerint, ad diem, horam, locum, et effectum subscriptos evocandos et citandos fore decrevimus iustitia ita exigente, / Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Archubus London. ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuarien. Iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem ecclesiam parochialem, vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores si qui sint in specie, alioquin in genere, Qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, obiicere, vel opponere voluerint quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis, aut Vicario nostro in Spiritualibus generali, seu Commissario quocumque in eadem ecclesia de Archubus die lune prox. futur. viz. octavo die presentis mensis Augusti inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum prorogatione dierum et horarum tunc sequentium et locorum (si oporteat) contra electionem huiusmodi, formam eiusdem et personam in ea parte electam (si sua putaverint interesse) dictur. excepetur. et oppositur. ulteriusque factur. et recepetur. quod iustum fuerit in hac parte et dicti negocii Qualitas et Natura de se exigunt et requirunt. Intimantes insuper modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere, Quibus nos etiam harum serie sic intimamus, Quod sive ipsi sic citati dictis die, hora et loco coram nobis comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere curaverint sive non, Nos nihilominus in dicto negocio iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentiis seu Contumaciis in aliquo non obstante / Et quid in premissis feceri-

tis, nob, aut vicario nostro in spiritualibus generali, sive Commissario quocumque ~
dicte die et loco debite certificet seu sic certificet ille vel illi qui presens nostrum mandatum
duxerit exequendum, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus,
Dat in Manerio nro de Lambehith xxjo die mensis Augusti Anno dni Millesimo,
Quingen°. Sexagesimo, et nre Cons Anno primo.

Vicesimo sexto die mensis Augusti Anno dni 1560 in ecclia parochiali beate
Marie de Archubus London coram venerabili viro magistro Thoma Yale ~
Legum doctore Reverendissimi in xpo patris et dni, dni Matthei permissione
divina Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani vicario
in spiritualibus generali, et Officiali principali, ac Commissario inter alios cum
in hac parte ltime fulcit. Comparuit personaliter Robertus Walker literatus et ~
certificavit se executum fuisse hoc presens mandatum infra ecclesiam parochialem beate
Marie de Archubus London, die Sabbati viz xxiiijo die presentis mensis Augusti ~
iuxta tenorem eiusdem retroscriptum Super quibus fecit fidem, presentibus tunc et ibm ~
magistro Thoma Huicke Legum doctore, Georgio Harryson notario publico ac ~
aliis testibus &c.

prima Schedula contra oppositores

In dei noie Amen Nos Thomas Yale Legum doctor Reverendissimi in ~
xpo patris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi ~
totius Anglie primatis et Metropolitani, Commissarius inter alios cum hac ~
clausula com et divim spialr et ltime deputatus, In negotio confirmationis electionis
de persona venerabilis et eximij viri magistri Johis Parkhurst sacre Theologie
Baccalaurei in epum et pastorem ecclie cathis Norwicen electi facte et cele=
brate rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores, Qui contra dictam
electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere,
vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis iste die, hora et loco si ~
sua putaverint interesse contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam
in hac parte electam in debita iuris forma dicitur, excipitur et proponitur ~
ltime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expec=
tatos et nullo modo comparentes, ad petitionem presidentis et Capituli ecclie cath
Norwicen predicte pronunciamus contumaces, et ipsis et eorum cuilibet in penam
contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dictam electio=
nem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis,
Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto negotio procedendum fore, iuxta iuris et
Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium
contumacia in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei noie Amen Coram vobis Reverendissimo in xpo patre et dno
dno Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie ~
primate et Metropolitano, vestrove vicario in spiritualibus generali sive
Commissario quocumque pars venerabilium virorum presidentis et Capituli ecclie
cathedralis Norwicen dicit, allegat, et in hiis scriptis in iure proponit ~
articulatim prout sequitur per viam Summarie petitionis.

Inprimis viz quod Ecclesia cathedralis Norwicen per mortem naturalem ~
dni Johis Hopkins ultimi epi et pastoris eiusdem, nuper vacare cepit et
aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio caruit, ideoque fuit et est verum publicum
notorium, manifestum, pariter et famosum Et ponit com divim et de quolibet.

Item quod dicta Ecclesia cathalis Norwicen (ut prefertur) dudum vacante, presi=
dens et Capitulum eiusdem ecclie capitulariter congregati et capitulum facientes
licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta certum diem, ac domum
suam Capitularem ecclie cath predicte, ad electionem futuri epi Norwicen

celebrand[am], unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et Prebendarios Jus vocis et interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negocio processur[os] et procedi visur[os] legitime et peremptorie citari fecerunt. hocque fuit et est verum etc. Et ponit ut supra.

Item quod prefati presidens et Capitulum die et loco prefixis viz die mensis ultimo preterit[o] capitulariter congregat[i] et plenum Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et Statutis huius Regni Anglie et dicte ecclesie cath[edralis] Norwicen[sis] consuetudine servandis) habito primitus inter eos tractatu diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis predicte eligenda, Tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum magistrum Johannem Parkhurst sacre theologie Baccalaureum in eorum et dicte ecclesie cath[edralis] episcopum et pastorem elegerunt et eidem ecclesie memorate de eodem providerunt. Et ponit ut supra.

Item quod Electio huiusmodi et persona electa die prenotato in ecclesia cath[edrali] Norwicen[si] predicta coram clero et populo tunc ibidem in Multitudine copiosa congregat[is] debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

Item quod dictus venerabilis vir mag[iste]r Johannes Parkhurst in episcopum et pastorem ecclesie cath[edralis] Norwicen[sis] (ut prefertur) electus, huiusmodi electioni de se et persona sua (ut premittitur) facte et celebrate, ad humilem peticionem dominorum presidentis et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, et consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lect[is]. Et ponit ut supra.

Item quod prefatus mag[iste]r Johannes Parkhurst fuit et est vir providus et discretus, literarum sciencia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus, Necnon deo devotus et ecclesie cath[edrali] memorate apprime necessarius. hocque fuit et est verum, publicum etc. Et ponit ut supra.

Item quod prefati presidens et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam serenissime domine nostre Regine Elizabethe per literas suas patentes, sigillo eorum communi sigillat[as] pro officii sui debito iuxta statuta huius Regni Anglie significarunt et intimarunt. hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra.

Item quod intimato pro parte presidentis et Capituli audit[o] eidem regie Sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem Serenissima domina nostra Regina, pro sua Clementia regia huiusmodi electioni de persona prefati electi facte et celebrate, consensum et assensum suos regios graciose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra.

Item quod dicta Serenissima domina nostra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de consensu et assensu suis regiis huiusmodi electioni adhibit[is] per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verumetiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, Quatenus vos electionem predictam et electum huiusmodi confirmare, ipsumque spiritualibus Insigniis insignire et decorare, Ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte edit[i] et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore. hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa, ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama. Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert se pars dictorum presidentis et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis.

Petit eadem pars prefatam electionem, et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari, iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon et literarum Regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte tenorem, et curamque regimen et administracionem Episcopatus Norwicensis eidem electo committi, ipsumque in eiusdem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus, Iuriumque et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod Iuris fuerit et Racionis, supplendo defectus quoscumque in hac parte interuenientes, (siqui forsan in dicto electionis negocio interuenerint) que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et diuisim non arctans se ad omnia et singula premissa probandum nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probauerit in premissis eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio in omnibus semper saluo, Vestrum officium domini Iudicis ad haec humiliter implorando / / / / / / / /

Secunda Schedula contra oppositores

In dei nomine amen Nos Thomas yale legum doctor Reuerendissimi in christo patris et domini, domini Matthei, permissione diuina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios vnacum hac clausula coniunctim et diuisim specialiter et legitime deputatus, In negocio confirmationis electionis de persona venerabilis et egregij viri magistri Johannis Parkhurst sacre Theologie Baccalaurei in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Norwicensis electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores, Qui contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis iste die hora et loco (si sua putauerint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita Iuris forma dictur' excipiend' et proposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam aliquid dicentes, excipientes vel opponentes, ad peticionem procuratoris presidentis et Capituli ecclesie cathedralis Norwicensis predicte pronunciamus Contumaces et in penam Contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolacionem Sentencie siue decreti finalis in hac causa, eorundem ipsorum sic citatorum et non comparentium absentijs sive Contumacijs in aliquo non obstante / / / / /

Iuramentum domini electi Norwicen

I John Parkhurst elected Busshope of Norwich do utterly testifie and declare in my Conscyence, That the Quenys highnes ys the onely Supreame gouernour of thys Realme and of all other her highnes dominions and Contryes, as well in all spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as temporall, And that no forraine prince, person, prelate, State, or potentate hath or ought to haue any Iurisdiction, power, Superioritie, preeminence or Authoritie ecclesiasticall or spirituall within thys Realme, And therfore I do utterly renounce and forsake all forrayn Iurisdictions, powers, Superiorities and Authorities, And do promisse that from hensforth I shall bear faith and true allegeaunce to the Quenys highnes her heires and lawfull Successores, And to my power shall assist and defend all Iurisdictions priuileges, preeminence, and Authorities graunted or belonging to the Quenys highnes her heires and Successores, or vnited and annexed to the Imperiall Crowne of thys Realme, so helpe me god, and by the contentes of thys Booke / / / / / / / /

Sentencia diffinitiua

In dei nomine amen auditis, visis, et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Thomam yale legum doctorem, Reuerendissimi in christo patris et domini, domini Matthei permissione diuina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et dicti spialiter et legittime deputatum Meritis et Circumstantijs cuiusdam cause sive negotij Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregij viri magistri Johis Parkhurst sacre Theologie Baccalaurei in episcopum et pastorem dicte cathis Norwicen per mortem naturalem dni Johis Hopkins ultimi epi eiusdem vacan electi facte et celebrate, Quod coram nobis aliquamdiu vertebatur, et in presenti vertitur et pendet indecisum. Rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et Statuto huius Regni [illegible] Anglie in ea parte servandis, ac iuris decreti finalis sive sententie diffinitive Confirmationis in huiusmodi negotio ferende prolacionem sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus electionem ipsam per presidentem et Capitulum dicte cathis Norwicen predicte de prefato magistro Johe Parkhurst electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legittimo matrimonio procreato atque in etate legittima et ordine Sacerdotali constituto rite et legittime fuisse et esse factam, et celebratam, Nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de canonice Institute obviasse seu obviare, quo minus in episcopum Norwicen auctoritate dicti reverendissimi patris merito debeat confirmari, Ideirco nos Thomas Yale legum doctor Commissarius antedictus attentis premissis et alijs virtutum meritis super quibus prefatus electus Norwicen fidedigno commendatur Testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes de et cum consensu et concilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus predictam electionem, de eodem venerabili viro magistro Johe Parkhurst factam et celebratam auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus, defectus quoscumque in dicto electionis negotio (siqui forsan sint) intervenientes, quantum in nobis est, et de Jure poterimus, supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ad petitionem partium ita petentium ferimus et promulgamus in hijs scriptis. / / /

Consecratio Dni Johis Parkehurst Epi Norwic

Die Dominica viz primo die mensis Septembris Anno dni 1560 et Cons Reverendissimi dni Matthei Archiepi Cantuarien etc. anno primo in Capella dicti Reverendissimi patris infra Manerium suum de Lambehith, sue et dicte sue Metropolitice ecclie Cantuarien Jurisdictionis immediate. Idem Reverendissimus dnus vigore et auctoritate literarum Commissionalium patentium Serenissime in Christo principis et dne nostre dne Elizabethe dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. sibi in hac parte directarum, assistentibus sibi venerandis patribus dnis Gilberto Bathon et Wellen et Willmo Exon respective epis, Munus Consecrationis venerabili viro magistro Johi Parkhurst sacre Theologie Baccalaureo in episcopum et pastorem dicte cathis sancte et Individue Trinitatis Norwicen electo et confirmato, prestito per eundem magistrum Johem Parkhurst Juramento solito et consueto, et adhibitis Ceremonijs de usu moderno dicte Anglicane ecclie adhibendis impendebat et eum episcopalibus Insignijs insignivit, Acta in presentia mei Edwardi Orwell literati deputati magistri Johis Incent Registrarij primarij dicti Reverendissimi patris nunc presentibus tunc et ibidem magistris Thoma Yale et Thoma Huicke legum doctoribus Andrea Peerson clerico et alijs testibus etc. / / / / /

Winton

Confirmatio Electionis d. Roberti Horne Epi Winton

Acta habita et facta in Negocio confirmationis

Electionis venerabilis et eximij viri magistri Roberti Horne sacre Theologie professoris in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis sancte et individue Trinitatis Winton per decanum et capitulum eiusdem ecclesie cathedralis electi in ecclesia parrochiali beate Marie de Archubus London ecclesie Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate, decimo quinto die mensis ffebruarij Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo, coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi, totius Anglie primatis et Metropolitani mediantibus literis patentibus illustrissime in Christo principis et domine, nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensoris etc in hac parte legitime fulcito Commissario ad infrascripta sufficienter et legitime deputato in presentia mei Johannis Incent notarij publici dicti Reverendissimi patris Registrarij primarij, Dicto die et loco predictis inter horas secundam et tertiam post meridiem eiusdem diei Comparuit personaliter magister Willelmus Say notarius publicus et exhibuit ac presentavit dicto magistro Thome Yale Commissario antedicto literas patentes regias eidem Reverendissimo patri domino Mattheo Archiepiscopo Cantuariensi in hac parte directas, Quibus per me prefatum Johannem Incent Registrarium de mandato dicti Commissarij publice lectis dictus Commissarius ob honorem et reverentiam prefate serenissime domine Regine decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem. Deinde dictus magister Say exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et Capitulo ecclesie cathedralis sancte et individue Trinitatis Winton predicte sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillatum et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli sistebat coram dicto Commissario venerabilem virum magistrum Johannem Mullyns Archidiaconum London, qui etiam exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Roberto Horne electo huiusmodi et fecit se partem pro eodem. Et tunc magister Say exhibuit Mandatum citatorium originale alias contra oppositores emanatum una cum certificatorio in dorso super executione eiusdem, accusando contumaciam omnium et singulorum ad hos diem, horam et locum ad dicendum et opponendum contra Electionem etc (si sua putaverint interesse) citatorum etc et nullo modo comparentium, et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces etc. Et tunc facta trina publica preconizatione omnium et singulorum citatorum huiusmodi, et nullo eorum comparente, ut aliquid contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam opponeret vel obiceret, tunc dictus dominus Commissarius ad petitionem magistri Say pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad ulteriora in dicto electionis negocio procedendum fore decrevit, eorum sic citatorum et non comparentium absentia seu contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eundem Commissarium lecta plenius continetur. Deinde dictus magister Say in penam contumaciarum citatorum huiusmodi et non comparentium dedit summariam petitionem, Et dictus dominus ad eius petitionem decrevit procedendum fore summarie et de plano, et assignavit magistro Say ad probandum eam statim. Et tunc magister Say in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes regias sigillo magno Anglie sigillatas penes Registrum remanentes per quas (ut asseruit) apparet dictum venerabilem virum magistrum Robertum Horne in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Winton predicte per decanum et capitulum eiusdem ecclesie rite et legitime electum fuisse et esse, et eidem electioni de se et de eius persona in hac parte facte et celebrate consensisse, necnon prefatam -

Illustrissimam dominam nostram Reginam Elizabeth consensum suum Regium eidem electioni adhibuisse, Quibus sic factis dominus ad peticionem magistri Gaye assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim, Et tunc dictus magister Gaye in penam Contumaciarum citatorum huiusmodi et non comparentium exhibuit omnia et singula in dicto negocio per eum exhibita, et proposita, Quatenus sibi conducunt etc. Et dominus ad eius peticionem assignavit ad concludendum ad statim / Et tunc dictus magister Gaye conclusit cum domino Iudicante secum etiam concludente, Qua conclusione sic facta dominus Commissarius ad peticionem magistri Gaye assignavit ad audiendum sententiam suam finalem decretum ad statim, Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte obiicientium aut opponentium dominus Commissarius ad peticionem magistri Gaye pronunciavit eos omnes et singulos contumaces ac in penam Contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedendum fore ad prolacionem sententie diffinitive in huiusmodi electionis negocio, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante, Deinde prestito Iuramento per prefatum magistrum Johannem Mullyns nomine procuratorio prefati domini electi ac in animam ipsius de fidelitate, obedientia, et subiectione prefate Serenissime domine nostre Regine prestando et exhibendo necnon de renunciando refutando, et recusando omnem et quamcumque potestatem, auctoritatem, Iurisdictionem et superioritatem forinsecas iuxta et secundum vim, formam, et effectum Statuti parliamenti huiusmodi nuper Regni Anglie in ea parte editi et provisi, dictus dominus Commissarius ad peticionem dicti magistri Gaye tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in scriptis per eum lectam, pronunciando, decernendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur / Super quibus omnibus et singulis tam dictus magister Johannes Mullins procurator domini electi antedicti quam prenominatus magister Willelmus Gaye procurator Capituli antedicti, me notarium publicum, et Registrarium antedictum unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt, Postremo vero dictus dominus Commissarius ad peticionem prefati magistri Johannis Mullyns procuratoris dicti domini electi decrevit sibi literas Testimoniales super omnibus et singulis premissis (sic ut prefertur) expeditis, necnon dictum dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore, necnon ipsum inducendum et installandum fore in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus antedicti, Iuriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum, et pertinentium suorum universorum iuxta morem et Consuetudinem laudabilem eiusdem ecclesie, legibus et Statutis modernis huius Regni Anglie non repugnantem et adversantem / presentibus tunc et ibidem discretis viris Johanne Monstebuge generoso Anthonio Burton clerico, Thoma Walker et Thoma Gaye literatis et aliis testibus etc.

Lre patentes de assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri et predilecto et fideli nostro, domino Mattheo Archiepiscopo Cantuariensi ac aliis quibuscumque quorum in hac parte interest Salutem / Cum vacante nuper Sede episcopali Wintoniensis per legitimam deprivacionem ultimi episcopi eiusdem, ad humilem peticionem decani et Capituli ecclesie nostre cathedralis predicte per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in episcopum et pastorem sedis predicte, iidem decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte dilectum nobis in Christo Robertum Horne sacre Theologie professorem sibi et ecclesie predicte elegerunt in episcopum et pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet / Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter

prescribendo mandantes quatenus vos eundem Robertum Horne in episcopum et
pastorem ecclesie cathedralis Wintoniensis predicte sic (ut prefertur) electum, electionemque
predictam confirmare, et eundem Robertum Horne in episcopum et pastorem ecclesie
predicte consecrare, ceteraque omnia et singula peragere que vobis in hac parte
incumbunt officio pastorali iuxta formam statutorum in ea parte editorum et
provisorum velitis cum effectu / In cuius rei testimonium has literas nostras fieri
fecimus patentes, T. meipsa apud Westmonasterium vij° die februarij Anno r. n. tertio /

Procuratorium Capituli Winton

Pateat universis per presentes quod nos decanus et capitulum ecclesie cathedralis sancte
Trinitatis Wintoniensis, unanimi assensu et consensu nostris, dilectos nobis in Christo
magistros Johannem Watson artium magistrum et Willelmum Overton dicte ecclesie
cathedralis canonicos et prebendarios, necnon Willelmum Say et Johannem Incent
notarios publicos curie Cantuariensis procuratores generales coniunctim et divisim nostros veros
certos, legitimos, ac indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque nostrorum
gestores, ac nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus
et constituimus per presentes, damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim
et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem et
mandatum speciale pro nobis ac vice loco, et nomine nostris, venerabilem et
egregium virum magistrum Robertum Horne sacre theologie professorem in episcopum
et pastorem dicte ecclesie cathedralis sancte Trinitatis Wintoniensis per nos electum ade-
undi, ipsumque ex parte nostra ad consentiendum electioni de persona sua in ea parte
facte et celebrate, debita cum instantia petendum et requirendum, necnon electio-
nem huiusmodi per nos de persona prefati magistri Roberti Horne (ut prefertur)
factam et celebratam excellentissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe
dei gratia Anglie, francie, et hibernie regine fidei defensori &c. dicte ecclesie cathedralis
patrone et fundatrici intimandum et notificandum, ac eius consensum et assensum
regios in ea parte humiliter implorandum, necnon decretum electionis predicte
et personam per nos (ut premittitur) electam, coram quibuscumque personis una
vel pluribus regia auctoritate vel alias in hac parte sufficienter fulcit. producendum et
exhibendum, eundemque decretum sive processum electionis predicte et personam sic (ut
prefertur) electam in debita iuris forma confirmari et approbari, defectusque
siqui forsan in ea parte intervenerint debite suppleri petendum, requirendum
et obtinendum / Agendumque et defendendum ac litem seu lites contestandum et contestari
videndum, articulum seu articulos, libellum sive libellos seu quascumque sum-
marias petitiones dandum et proponendum, testes, literas, et instrumenta
ac alia quecumque probationum genera producendum et exhibendum, testesque
huiusmodi iurari videndum et audiendum, in causa et causis concludendum, et conclu-
di videndum, deinque confirmationis negotium ipsum ad finalem expeditionem
eiusdem inclusive prosequendum, necnon administrationem omnium et singulorum
spiritualium et temporalium dicti episcopatus eidem electo committi, ipsumque in
realem, actualem et corporalem possessionem eiusdem episcopatus, iuriumque
dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum
et intronizandum fore decerni petendum, requirendum et obtinendum / Et generaliter
omnia et singula alia faciendum, exercendum et expediendum que in premissis et
circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se
magis exigant speciale quam superius est expressum / promittimusque nos
ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti
procuratores nostri seu eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel
aliquo premissorum, et in ea parte cautionem exponimus per
presentes / In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est
appensum / Dat. in domo nostra capitulari vicesimo die mensis decem-
bris Anno domini Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo, Regnique prefate domine
nostre Regine anno tertio. / / /

86

Procuratorium domini electi Winton

Pateat universis per presentes Quod ego Robertus Horne sacre Theologie professor in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis sancte et individue Trinitatis Wintoniensis electus et rite electus, dilectos michi in Christo venerabiles viros Iohannem Mullyns Archidiaconum London et Thomam Watts Archidiaconum Middlesexie in ecclesia cathedrali divi Pauli London et Anthonium Burton clericum coniunctim et divisim meos veros, certos, legitimos, ac indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumque meorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nomine ordino, facio, et constituo per presentes. Doque et concedo eisdem procuratoribus meis coniunctim et eorum cuilibet per se divisim et insolidum, potestatem generalem et mandatum speciale pro me ac vice, loco, et nomine meis coram Reverendissimo in Christo patre, et domino domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve Vicario in Spiritualibus generali aut eius Commissario quocumque per eum in hac parte legitime deputato comparendi, meque a personali comparitione excusandi ac causam et causas absencie mee huiusmodi allegandi et proponendi, ac si opus fuerit fidem desuper faciendi et iurandi / Electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Wintoniensem per prefatos decanum et Capitulum dicte ecclesie cathedralis Wintoniensis factam et celebratam per eosdem approbari et confirmari, meque in Episcopum Wintoniensem predictum recipi et admitti, Atque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Wintoniensis, Iuriumque et pertinentium suorum universorum induci et inthronizari petendi, requirendi, et obtinendi, decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et promulgari petendi et obtinendi, Iuramentum insuper tam de fidelitate subiectione et obedientia dicte Serenissime domine nostre Regine Elizabethe, heredibusque et successoribus suis prestandum et exhibendum, necnon de renunciando, recusando, et refutando omnem et omnimodam auctoritatem, potestatem, iurisdictionem, et superioritatem forinsecas et extraneas secundum vim, formam, et effectum Statutorum huius Regni Anglie in hac parte editorum et provisorum, quam etiam aliud quodcumque Iuramentum licitum et honestum ac de iure, legibus, et Statutis huius Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandi subeundi et iurandi / Et generaliter omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittoque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti procuratores mei seu eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum et in ea parte cautionem expono per presentes / In cuius rei Testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus Dat. [illegible] die mensis februarij Anno domini 1560

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus / Universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem, graciam, et benedictionem / Cum vacante nuper sede episcopali Wintoniensis per deprivationem Iohannis Whyte ultimi episcopi ibidem decanus et Capitulum dicte ecclesie cathedralis Wintoniensis predicte pro electione novi et futuri episcopi et pastoris eiusdem ecclesie (licencia regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum terminum prefixerint et assignaverint / Et in huiusmodi electionis negocio rite procedentes, venerabilem virum magistrum Robertum Horne sacre Theologie professorem, in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum et pastorem elegerint, Cumque Serenissima in Christo princeps et domina nostra, domina Elizabeth, dei gratia Anglie ffrancie et hibernie regina fidei defensor etc. ad humilem peticionem

eorundem decani et Capli eidem electioni de psona prefati electi (vt premittitur) facte
et celebrate et psone electe, regium suum adhibuerit assensum pariter et fauorem, prout
per lras suas patentes sigillo suo Anglie sigillat. nobis significauerit, Mandando qua-
tenus psonam electam et electionem huiusmodi confirmare, et eundem magistrum Robertum
Horne in Epum Wynton consecrare iuxta formam Statuti in ea parte editi et
prouisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem lras patentes
regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet / Nos vero volentes eiusd
Serenissime dne nre Regine mandatis pro officii nri debito parere, ac in huiusmodi
confirmationis negocio iuxta Iuris et Statutorum huius inclyti Regni Anglie exigentiam
procedere, Omnes et singulos (siqui essent) qui contra dictam electionem, formam
eiusdem, psonamve in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint
ad diem, hor. locum, et effectum subscriptos vocandos et citandos fore decreuimus
Iustitia mediante / Vobis igitur coniunctim et diuisim committimus et firmiter iniungendo man-
damus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice, alteq et intelligi-
bili voce, infra ecclesiam parochialem beate Marie de Archubus London nre et
ecclie nre Xpi Cantuar. Iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium
in aliquo loco conuenienti infra ecclesiam parochialem predictam, vel in aliis locis quibus
vobis videbitur expedire, omnes et singulos oppositores (siqui sint) in specie, alioquin
in genere, Qui contra dictam electionem, formam eiusdem, psonamve in hac parte
electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, Qd compareant et eorum quilibet
compareat, coram nobis, aut vicario nro in Spualibus generali siue Commissario
quocumque in eadem ecclia de Archubus London die Sabbati prox futur. viz xvjo
die instant mensis februarij inter horas primam et secundam post meridiem eiusdem
diei cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium et
locorum (si oporteat) in ea parte fiend, contra dictam electionem, formam eiusdem,
aut psonam electam huiusmodi (si sua putauerint interesse) dictur. exceptur. et propo-
situr. Vlteriusque factur. et recepturi quod iustum fuerit in hac parte, et dicti negocij
qualitas et natura de se exigunt et requirunt / Intimantes nihilominus modo et
forma peremptoriis omnibus et singulis oppositoribus (siqui sint) in specie, alioquin
in genere, Quibus nos etiam harum serie sic intimamus, Qd siue ipsi sic citati
dictis die hor. et loco comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut
psonam in hac parte electam dicere, excipere, vel obiicere curauerint siue non,
Nos nihilominus in dicto confirmationis negocio (iuxta Iuris et Statutorum huius
Regni Anglie exigentiam) procedemus, seu sic procedere debet nr. in Spuali-
bus vicarius generalis siue Commissarius antedictus, eorum sic citatorum et non
comparentium absentia siue contumacia, in aliquo non obstante / Et quid in premissis
feceritis, nos aut vicarium nrum in Spualibus generalem siue Commissarium
huiusmodi dictis die, hor. et loco vel citra debite certificetis seu sic certificet ille vestrum
qui pns nrum Mandatum fuerit executus / In cuius rei Testimonium Sigillum
nrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nro de Lambehith viijo die
mensis februarij, Anno dni 1560. et nre Consecr Anno secundo

Decimo quinto die februarij 1560 in ecclia parochiali Beate Marie
de Archubus London ecclie Xpi Cantuarien Iurisdictionis immediate coram
venerabili viro magro Thoma yale legum doctore Reuerendissimi dni Archi-
epi Cant. vicario generali &c. ~~coram~~ Comparuit psonalr Robertus walker
Bedellus Curie Cantuarien et Mandatarius &c. et certificauit se hesterna die
post meridiem executum fuisse hoc Mandatum per affixionem eiusdem in valuis
ecclie parochialis predicte, tempore diuinorum ibm celebratorum durante et
postea ibm dimisisse iuxta vim, formam et effectum huius Mandati Super
quibus fecit fidem.

prima Schedula
contra oppositores

In dei noie Amen nos Thomas yale legum doctor Reuerendissimi in Xpo
patris et dni dni Matthei pmissione diuina Cantuarien Archiepi totius Anglie
Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et diuisim

87

specialiter deputatus in negocio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Roberti Horne sacre theologie professoris in episcopum Wintoniensem electi facte et celebrate ac etiam [illegible]: Omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionis formam eiusdem aut personam electam, dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis iste die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionis formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos, excepturos et opposituros, legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes ad peticionem procuratoris decani et Capituli dicte ecclesie cathedralis sancte et individue Trinitatis Wintoniensis pronunciamus Contumaces, et eos et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam precludimus in hiis scriptis, Ac decernimus procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, eorum sic citatorum et non comparentium absentiis sive Contumaciis in aliquo non obstantibus.

Summaria petitio

In dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Matheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo, totius Anglie Primate et Metropolitano, vestrove vicario in Spiritualibus generali, aut Commissario quocumque pars venerabilium virorum decani et Capituli dicte ecclesie cathedralis Wintoniensis dicit allegat et in hiis scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem per viam Summarie petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

Imprimis videlicet quod ecclesia cathedralis Wintoniensis per deprivationem et amocionem Johannis White ultimi episcopi Wintoniensis nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio caruit, hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit coniunctim divisim et de quolibet.

Item quod dicta ecclesia cathedrali Wintoniensi (ut premittitur) dudum vacante, decanus et Capitulum eiusdem ecclesie cathedralis predicte capitulariter congregati et capitulum facientes (licentia regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem ac domum suam capitularem dicte ecclesie cathedralis predicte ad electionem futuri episcopi Wintoniensis celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios ius vocis et interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negocio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt, hocque fuit et est verum et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et capitulum die et loco prefixis videlicet die mensis ultimo preterito capitulariter congregati et plenum capitulum facientes, servatis primitus per eos de iure et dicte ecclesie cathedralis consuetudine servandis, habitoque primitus inter se eos tractatu diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis predicte eligendum, tandem unanimiter et concorditer, nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum magistrum Robertum Horne sacre theologie professorem in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis predicte elegerunt et dicte ecclesie unanimiter de eodem providerunt. Et ponit ut supra.

Item quod electio huiusmodi et persona electa debite prenunciata in dicta ecclesia cathedrali Wintoniensi coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

Item quod dictus venerabilis vir magister Robertus Horne in episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Wintoniensis (ut premittitur) electus, huiusmodi electioni de se et persona sua (ut premittitur) facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem decani et capituli debitis loco et tempore consensit, ac consensum et assensum suos eisdem prebuit in hiis scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

Item quod prefatus magister Robertus Horne fuit et est vir providus et discretus sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, aliasque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus necnon deo devotus et dicte ecclesie necessarius et apprime utilis, hocque fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam

Serenissime domine nostre Regine Elizabethe, per suas literas patentes sigillo suo magno roboratas, pro officii sui debito iuxta Statutum huius Regni Anglie significarunt et intimarunt, Ac fuit et est verum, &c. et ponit ut supra.

Item quod presentato pro parte Decani et Capituli eidem Regie Sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua Clementia regia, huiusmodi electioni de persona prefati magistri Roberti Horne (ut prefertur) facte et celebrate, consensum et assensum suos regios graciose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Ac fuit et est &c. et ponit ut supra.

Item quod dicta Serenissima domina nostra Regina vobis prefato reverendissimo patri de assensu et consensu suis regiis huiusmodi, eidem electioni (ut premittitur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit et intimavit, verum etiam easdem literas suas patentes Regias vobis rogando mandavit, Quatenus vos electionem predictam et eundem electum confirmare, ipsumque pastoralibus insigniis insignire et decorare, Ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi, et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore, Ac fuit et est &c. Et ponit ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta, pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita, Adquaquidem faciendum offert se pars dictorum Decani et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis, Petit pars predicta, predictam electionem et personam electam confirmari per vos decerni et eum effectum confirmari iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon et literarum Regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte tenorem, Curamque regimen et administrationem Episcopatus Wintonie eidem electo committi, Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Wintonie, Iuriumque honorum, dignitatum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni, Ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod Iuris fuerit et rationis, et supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes, si qui forsan in dicto electionis negotio intervenerint, Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probandum nec ad onus superfluum probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis petentes obtineat in premissis, Iuris beneficio et domine nostre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis, vestrum officium domine Iudex ac etc. humiliter implorando.

Scda Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen, Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus, In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Roberti Horne sacre Theologie professoris in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis sancte et individue Trinitatis Wintoniensis electi, facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco si sua putaverint interesse, contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi in debita Iuris forma dicturi, excepturi, vel opposituri legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli dicte cathedralis Wintonie predicte pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive sive decreti finalis in huiusmodi causa eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumaciis in aliquo non obstante.

Iuramentum Dni electi Winton

I Robert Horne elected Busshopp of Winton do utterlie testifie and declare in my Conscyence, That the Quenys Highnes ys thonlie supreame Governor of thys Realme, and of all other her highnes domynions and contreys, as well in all spirituall or ecclesiasticall thyngs or causes as Temporall, And that no forreine prince, person, prelate, State or potentate hath or ought to have any Iurisdiction, power, Superioritye, preemynence or authoritie, ecclesiasticall or spirituall within thys Realme / And therfore do utterlie renounce and forsake all forreine Iurisdictions powers Superiorities and authorities, And do promisse that from henceforth I shall bear faith and true allegeaunce to the Quenys Highnes her heires and lawfull Successours and to my power shall assiste and defend all Iurisdictions, priuileges preemynence and authorities graunted or belonging to the Quenys highnes her heires and Successours, or united and annexed to thimperiall crowne of thys Realme So helpe me god and by the contente of thys Booke /

Sententia diffinitiua

In dei nomine amen auditis, visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale legum Doctorem Reuerendissimi in Christo patris et dni dni Matthei permissione diuina Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et diuisim specialiter deputatum, Meritis et circumstancijs cuiusdam cause siue negotij Confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Roberti Horne sacre Theologie professoris in Episcopum ecclesie cathedralis sancte et indiuidue Trinitatis Winton per deprivationem Iohis White ultimi Epi ibidem vacan electi, facte et celebrate, quod coram nobis aliquamdiu vertebatur et in presenti vertitur et pendet indecisum, Rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto atque diligenter recensito (Servatisque per nos de Iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte seruandis) ad nostri decreti finalis siue sententie diffinitiue Confirmationis prolationem sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus luculenter et inuenimus, electionem predictam per decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Winton predicte de prefato venerabili viro magistro Roberto Horne electo huiusmodi, viro utique prouido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero, et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis Institutis obuiasse seu obuiare quominus in Episcopum Winton auctoritate dicti Reuerendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco nos Thomas Yale legum doctor Commissarius antedictus attentis premissis et alijs virtutum meritis super quibus prefatus electus Winton fidedigno commendatur Testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes &c, et cum consilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicauimus prefatam electionem, auctoritate dicti Reuerendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus, defectus quoscunque in dicto electionis negotio (siqui forsan sint) interuenientes, quantum in nobis est et de Iure possumus, supplentes et supplemus per hanc nostram Sententiam diffinitiuam siue hoc nostrum finale decretum quam siue quod ad petitionem partium ita petentium ferimus et promulgamus in his Scriptis.

Consecratio D. Roberti Horne Epi Winton

Die Dominica videlicet decimo septimo die mensis ffebruarij Anno dni iuxta cursum ecclesie Anglicane 1560. in Capella Reuerendissimi in Christo patris et dni, dni Matthei permissione diuina Cantuar. Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith ecclesie Christi Cant. Iurisdictionis immediate, dictus Reuerendissimus pater vigore et auctoritate literarum Commissionalium patentium illustrissime in Christo principis et dne nostre dne Elizabethe dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine, fidei defensoris sibi in hac parte factarum et directarum, assistentibus sibi reuerendis patribus dnis Thoma Yonge Menevensi Epo. electo Eboracensi necnon dnis Edmundo London et Thoma Coven et Lichefeld Episcopis, munus consecrationis venerabili viro magistro Roberto Horne sacre Theologie professori in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Wintoniensis electo, impendebat, exhibitis ceremoniis de more ecclesie Anglicane usitatis, presentibus tunc et ibidem Iohanne Incent notario publico Registrario principali dicti Reverendissimi patris, magistris Thoma Yale legum doctore, Edwardo Leeds in legibus licentiato, Andrea Peerson et Richardo Beseley sacre Theologie Bacchalaureis et aliis testibus etc.

Advocatio concessa Domino Archiepiscopo Cant intuitu consecrationis Episcopi Winton

Executor

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit Robertus permissione divina Wintoniensis episcopus salutem in domino sempiternam. Cum tam de antiqua laudabili, longevaque et hactenus prescripta Consuetudine, hactenus inconcusse usitata et observata, quam de singulari prerogativa ecclesie Metropolitice Christi Cantuariensis fuerit et sit usitatum et observatum, quod Archiepiscopus Cantuariensis pro tempore existens cuilibet suffraganeorum in episcopum alicuius ecclesie cathedralis sue Cant. provincie electo statim post Confirmationem suam unum clericum idoneum nominare et presentare possit. Cui idem electus confirmatus tenebitur quam primum facultas se obtulerit in sua ecclesia cathedrali de aliqua dignitate Canonicatu et prebenda vel de alio competenti Beneficio ecclesiastico providere. Ac interim eundem clericum ad huiusmodi dignitatem, Canonicatum, et prebendam seu Beneficium huiusmodi sic promovendum acceptare et admittere necnon sibi pensionem annuam quinque librarum constituere constituere, tantisper solvendam et impendendam quousque eidem clerico de dignitate Canonicatu et prebenda vel de alio competenti Beneficio huiusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum. Sciatis igitur nos Robertum episcopum Wintoniensem antedictum Iura libertates Consuetudines et prerogativam dicte Metropolitice ecclesie Cantuariensis pro posse nostro adimplere volentes dedisse, concessisse et hoc presenti scripto nostro confirmasse Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Matheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano Consecratori nostro, primam et proximam advocationem, nominationem, et liberam dispositionem, cuiuscumque dignitatis, Canonicatus et prebende in ecclesia nostra cathedrali Winton predicta vel alterius cuiuscumque Beneficii ecclesiastici infra diocesim nostram Winton, nostrum patronatus et collationis existentis, quam per mortem, Resignationem, Cessionem, dimissionem, permutationem vel alio quocumque modo primo et proxime post datum presentium vacare contigerit. Habendum et tenendum prefato Reverendissimo patri, executoribus et assignatis suis dictam advocationem, nominationem, et liberam dispositionem cuiuscumque dignitatis, Canonicatus et prebende vel alterius Beneficii ecclesiastici predicti sic (ut prefertur) primo et proxime vacaturi pro unica vice et proxima vacatione eiusdem tantum. Ita quod bene liceat et licebit prefato Archiepiscopo patri, executori et assignatis suis ad libitum suum unicam personam idoneam ad dictam dignitatem, Canonicatum et prebendam vel aliud quodcumque Beneficium ecclesiasticum huiusmodi semel dumtaxat et non ultra cum primo et proxime (ut prefertur) post datum presentium vacare contigerit nominare et presentare. Ac huiusmodi nominationis et presentationis de eisdem dignitate, Canonicatu et prebenda vel alio Beneficio ecclesiastico huiusmodi (ut premittitur) primo et proxime vacaturis cuicumque persone idonee faciendi et concedendi. Ac omnia et singula faciendi exercendi et expediendi que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma prout nos prefatus episcopus facere poteramus et poterimus si hec presens nostra Concessio sive confirmatio facta non fuisset. Ita quod pro prima et proxima vice tantum, non liceat nec licebit nobis dictos Canonicatum et prebendam vel aliud Beneficium huiusmodi sic (ut premittitur) primo et proxime vacaturum alicui alii persone conferre nisi illi soli persone que per dictum Reverendissimum patrem vel eius deputatum nobis nominata et presentata fuerit. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. die mensis Anno domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo, et nostre Consecrationis Anno primo.

Confirmatio Electionis D. Edmundi Scambler Episcopi Peterburgensis.

Acta habita et facta in negocio Confirmationis Electionis venerabilis et egregii viri magistri Edmundi Scambler sacre Theologie Baccalaurei in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Petriburgensis per decanum et Capitulum eiusdem ecclesie electi in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London' ecclesie Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate decimo quinto die mensis februarii Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani mediantibus literis patentibus illustrissimo in Christo principi et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie regine, fidei defensoris etc. in hac parte etiam fulciti Commissario ad infrascripta sufficienter et legitime deputato in presentia mei Johannis Incent notarii publici dicti Reverendissimi patris Registrarii primarii. Viz. die et loco predictis inter horas secundam et tertiam post meridiem eiusdem diei, comparuit personaliter magister Willelmus Saye notarius publicus et exhibuit ac presentavit dicto magistro Yale literas patentes regias eidem Reverendissimo patri domino Mattheo Archiepiscopo Cantuariensi in hac parte directas, Quibus per me Johannem Incent Registrarium antedictum de Mandato dicti Commissarii publice lectis, dictus Commissarius ob honorem et reverentiam prefate serenissime domine nostre regine decrevit procedendum fore iuxta vim, formam, et effectum earundem, Deinde dictus magister Saye exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et Capitulo ecclesie cathedralis Petriburgensis et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli sistebat coram dicto Commissario, magistrum Anthonium Burton clericum, qui etiam exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Edmundo Scambler et fecit se partem pro eodem, Et tunc magister Saye exhibuit Mandatum Citatorium originale alias contra oppositores emanatum, una cum Certificatorio in dorso eiusdem, accusando contumacias omnium et singulorum ad hos diem horas et locum ad dicendum et opponendum contra electionem predictam (si sua putaverint interesse) citatorum etc. et nullo modo comparentium, et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces etc. Et tunc facta trina publica preconizatione omnium et singulorum citatorum huiusmodi et nullo eorum comparente, nec aliquid contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam opponere vel obiicere curante, dictus dominus Commissarius ad petitionem magistri Saye pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit, Ac tunc ad ulteriora in dicto electionis negocio procedendum fore decrevit, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per ipsum Commissarium lecta plenius continetur, Deinde magister Saye in penam contumaciarum citatorum huiusmodi, et non comparentium, dedit summariam petitionem in scriptis, Et dominus ad dicti petitionem decrevit procedendum fore summarie et de plano, et assignavit dicto magistro Saye ad probandum ad statim. Et tunc magister Saye in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes regias sigillo magno Anglie sigillatas, penes Registrarium remanentes, per quas (ut asseruit) apparet dictum venerabilem virum magistrum Edmundum Scambler in Episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Petriburgensis per decanum et Capitulum eiusdem ecclesie rite et legitime electum fuisse et esse, et eidem electioni de ipso et dicta persona in hac parte facte et celebrate consensisse necnon prefatam illustrissimam dominam nostram reginam Elizabetham consensum suum regium eidem electioni adhibuisse, Quibus sic factis dominus ad petitionem magistri Saye assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim, Et tunc dictus magister Saye in penam contumaciarum citatorum huiusmodi et non comparentium exhibuit omnia et singula in dicto negocio per eum exhibita et proposita quatenus sibi conducunt etc. Et dominus ad dicti petitionem assignavit ad concludendum ad statim, Et tunc dictus magister Saye conclusit cum domino Judicante secum etiam concludente, Qua conclusione sic facta dictus Commissarius ad petitionem magistri Saye assignavit ad audiendum sententiam sive finale decretum ad statim, Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte obiicientium aut opponentium, dictus dominus Commissarius ad petitionem magistri Saye pronunciavit eos omnes et singulos contumaces ac in penam

Contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi confirmationis negocio, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante / Deinde prestito iuramento per prefatum magistrum Anthonium Burton nomine procuratorio prefati domini electi, et in animam ipsius, de fidelitate, obedientia, et subiectione prefate Serenissime domine nostre Regine prestanda, et exhibenda, necnon de renunciando refutando, et recusando omni et omnimodam potestatem, auctoritatem, iurisdictionem, et superioritatem forinsecas iuxta et secundum vim, formam, et effectum Statuti parliamenti huius incliti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, dictus dominus Commissarius ad petitionem dicti magistri Saye tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in scriptis per eum lectis pronunciando, declarando, ac cetera faciendo prout in eadem continetur / Super quibus omnibus et singulis tam dictus magister Anthonius Burton procurator dicti electi quam memoratus magister Willelmus Saye procurator Decani et Capituli Petriburgensis me notarium publicum et Registrarium antedictum unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter et specialiter rogarunt et requisierunt / Postremo vero dictus dominus Commissarius ad petitionem prefati magistri Anthonij Burton procuratoris dicti electi decrevit sibi literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sic (ut prefertur) expediri, necnon eundem dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore, necnon ipsum inducendum et installandum fore in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Petriburgensis, Iuriumque, dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentium suorum (universorum iuxta morem, et consuetudinem laudabilem eiusdem dicte ecclesie Legibus et Statutis modernis huius Regni Anglie non repugnantem et adversantem) presentibus tunc et ibidem discretis personis Iohanne Mounsteuinge generoso, Anthonio Burton literato Thoma Walker et Thoma Saye literatis et aliis testibus etc. / / / /

Lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri, ac predilecto et fideli nostro domino Mattheo Archiepiscopo Cantuariensi et aliis quibuscumque Episcopis quorum in hac parte interfuerit Salutem / Cum vacante nuper Sede Episcopali Petriburgensi per liberam deprivacionem ultimi Episcopi eiusdem ad humillimam petitionem Decani et capituli dicte nostre cathedralis ecclesie Petriburgensis per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Episcopum et pastorem sedis predicte, iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licencie nostre predicte dilectum nobis in Christo Edmundum Scambler sacre Theologie Baccalaureum sibi et dicte ecclesie predicte elegerunt in Episcopum et pastorem, prout per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet / Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem / Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, quatinus vos eundem Edmundum Scambler in Episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Petriburgensis predicte sic (ut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare, et eundem Edmundum Scambler Episcopum et pastorem dicte ecclesie predicte consecrare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum favore et effectu. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipsa apud Westmonasterium quarto die februarij Anno Regni nostri tertio. / / Cordell / per breve de privato Sigillo /

Procuratorium Captli petriburgen

Pateat universis per presentes, Quod nos Decanus et Capitulum dicte ecclesie cathedralis de Burgo Sancti Petri alias Petriburgensis in domo nostra Capitulari capitulariter congregati unanimi assensu et consensu nostris dilectos nobis in Christo magistros Iohannem Mounsteuinge et Willelmum Saye notarios publicos communiter et divisim nostros veros certos, legitimos ac indubitatos procuratores actores, factores, negociorumque nostrorum gestores, et nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus, et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris communiter et eorum utrique (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice loco, et nominibus nostris venerabilem virum magistrum Edmundum Scambler sacre Theologie Baccalaureum in Episcopum et pastorem dicte ecclesie cathedralis Petriburgensis predicte per nos vigore et virtute licencie Regie nobis in hac parte facte alias electum temporibus et locis congruis et oportunis [illegible], Petendumque de parte nostra ad consentiendum electioni de persona sua in hac parte facte et celebrate debita cum instantia petendum et requirendum, necnon electionem predictam per nos de persona prefati magistri Edmundi Scambler (ut prefertur) factam et celebratam, illustrissime in Christo principi et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defensori etc. dicte ecclesie cathedralis patrone et

fundatri=

fundatrici notificand et intimand / Ac eius consensum et assensum Regios in ea parte humiliter implorand, Ac decretum electionis predicte et personam per nos (ut premittitur) electam coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano, eiusve Vicario in Spiritualibus generali sive Commissario quocunque presentand et exhibend, eundemque decretum sive processum electionis predicte et personam per nos electam in debita Iuris forma approbari et confirmari, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petend, requirend et obtinend, Agendumque et defendend, ac litem seu lites contestand, et contestari videnda, Articulum sive articulos, libellum seu libellos sive quascunque Summarias petitiones dand et proponend / Testes, literas et Instrumenta, ac alia quecunque probationum genera producend et exhibend, Testesque huiusmodi iurari videnda et audiend, In causa seu causis concludend, et concludi videnda, Eundemque confirmationis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequend, Necnon administrationem omnium et singulorum Spiritualium et Temporalium dicti Episcopatus eidem electo committi, Ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem eiusdem Episcopatus, Iuriumque dignitatum honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducend et inthronizand fore decerni, petend, requirend et obtinend / Et generaliter omnia et singula alia faciend, exercend, et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Promittimusque nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis fecerint vel fecerit in premissis vel aliquo premissorum / In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Circestren, eo quod Sigillum nostrum commune impresentiarum ad manus non habemus presentibus apponi fecimus et procuravimus, Dat. xj° die mensis februarii Anno domini secundum Computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo, Sexagesimo. / / / / / / /

Procuratorium Epi electi Petriburgen

Pateat universis per presentes Quod ego Edmundus Scambler sacre Theologie Bacchalaureus in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis de Burgo sancti Petri alias Petriburgen electus et Christi electus, Dilectos mihi in Christo venerabiles viros Anthonium Burton Clericum et Iohannem Mullyns Archidiaconum London coniunctim et divisim meos veros, certos, legitimos ac indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque meorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nomino, ordino, facio, et constituo per presentes / Doque et concedo eisdem procuratoribus meis coniunctim et eorum utrique (ut prefertur) per se divisim et in solidum, potestatem generalem et mandatum speciale pro me, ac vice loco et nomine meis, coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano, eiusve Vicario in Spiritualibus generali aut commissario quocunque comparend, meque a personali Comparitione excusand, ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegand et proponend, ac (si opus fuerit) fidem desuper faciend et iurand, Electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Petriburgen per prefatos decanum et Capitulum factam et celebratam per eos approbari et confirmari, meque in Episcopum Petriburgen recipi et admitti, atque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus Iuriumque et pertinentiarum suorum universorum induci et inthronizari petend, requirend et obtinend, Ceteraque quecunque in hac parte necessaria et oportuna fieri et interponi petend et obtinend, Iuramentum insuper tam de fidelitate, Subiectione, et obedientia dicte Serenissime domine nostre Regine Elizabethe, heredibus et successoribus suis prestand et exhibend, Necnon de renunciando, recusando et refutando omnem et omnimodam externam potestatem, Iurisdictionem, et Superioritatem forinsecas et extraneas secundum vim, formam, et effectum Statutorum huius Regni Anglie in hac parte editorum et provisorum quam etiam aliud quodcunque Iuramentum licitum et honestum, ac de Iure, legibus, et Statutis huius Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestand, subeund et iurand, / Et generaliter omnia et singula alia faciend, exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum promittoque me ratum gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti procuratores mei seu eorum alter fecerint vel fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ~~prami~~ ypotheca et obligatione omnium et singulorum Bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono per presentes / In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Circestren presentibus apponi procuravi, Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem Rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus / Dat. xiij° die mensis februarii Anno domini iuxta cursum et computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo. / / / / / / /

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus, Universis et singulis clericis et litteratis quibuscumque per provinciam nostram Cantuarien ubilibet constitutis Salutem, gratiam, et ben. Cum vacante nuper ecclesie Cathedrali Petriburgen per deprivacionem David Poole ultimi epi ibidem, decanus et Capitulum ecclesie Petriburgen predicte pro electione novi et futuri epi et pastoris eiusdem ecclesie cath. (licencia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebrand certum terminum prefixerint et assignaverint, Ac in huiusmodi electionis negocio termino ad id statuto rite procedentes, venerabilem virum magistrum Edmundum Scambler sacre theologie Bacchalaureum in eorum et dicte ecclesie cath. epum et pastorem elegerint / Cumque Serenissima in Christo princeps et domina nostra, domina Elizabeth dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie regina fidei defensor etc. ad humilem peticionem eorundem decani et capituli eidem electioni de persona prefati electi (ut prefertur) facte et celebrate et persone electe huiusmodi regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per litteras suas patentes magno sigillo suo Anglie sigillat. nobis significaverit, Mandando quatenus personam electam et electionem huiusmodi confirmare et eundem magistrum Edmundum in epum Petriburgen consecrare, iuxta formam Statuti in ea parte edit. et provisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem litteras patentes regias (ad quas habetur relatio) plenius liquet et apparet / Nos vero eidem Serenissime dne nre regine Mandato pro officii nri debito parere volentes, ac in huiusmodi confirmationis negocio iuxta iuris et Statut. huius Regni Anglie exigentiam procedere, Omnes et singulos (siqui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint ad diem, hor. locum et effectum subscript. evocandos et citandos fore decernimus iusticia id exigente, Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie voce publica alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Arcubus London nre et dicte nre Metropolitice ecclie Cantuarien Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem publicam in aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem predictam, aliisque viis et modis quibus melius et efficacius de iure poterit, omnes et singulos oppositores (siqui sint) in specie, alioquin in genere, Qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint, Quod compareant coram nobis aut Vicario nro in Spiritualibus generali seu Commissario quocumque in eadem ecclia de Arcubus die Sabbati prox. futur. viz. xv^to^ die presentis mensis Februarii inter horas primam et secundam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum, horarum, et locorum (si oporteat) in ea parte fiend. (si oporteat) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam si sua putaverint interesse dicturi excepturi et opposituri volunturque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negocii qualitas et natura de se exigunt et requirunt, Intimantes insuper modo et forma precitatis omnibus et singulis oppositoribus (siqui sint) in specie, alioquin in genere, quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus Quod sive ipsi sic citati dictis die, hor. et loco comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere curaverint sive non Nos nihilominus in dicto confirmationis negocio iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus seu sic procedet nr in Spiritualibus vicarius generalis seu Commissarius antedictus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia seu contumacia in aliquo non obstante / Et quid in premissis feceritis nos dictis die, hor. et loco debite certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum Mandatum fuerit executus / In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nro de Lambehith xiij die mensis Februarii Anno dni iuxta Computacionem ecclie Anglicane 1560. Et nre Consecrationis Anno Secundo. /

Decimo quinto die Februarii Anno dni 1560 in ecclia parochiali beate Marie de Arcubus inter horas suprascriptas, Coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore, Vicario in Spiritualibus generali Rmi in Christo dni Archiepi Cant. comparuit personaliter Robertus Walker Bedellus Curie Cant. et Mandatarius etc. et certi=

ficavit se hesterna die post meridiem executum fuisse hoc mandatum per affixionem eiusdem in foribus istius ecclesie et ibidem tempore divinorum ibidem celebratorum [illegible] et postea dimisisse iuxta omnem vim, formam, et effectum huius Mandati, Super quibus delato sibi per eum Iuramento corporali &c. fecit fidem.

Prima Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter deputatus / In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Edmundi Scambler sacre Theologie Baccalaurei in episcopum Petriburgen. electi, facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi in debita iuris forma dicturos, excepturos et opposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris decani et Capituli Petriburgen. predict. pronunciamus contumaces et ipsis et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam precludimus in hiis scriptis / Ac decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentiis sive Contumaciis in aliquo non obstan.

Summaria petitio

In dei nomine Amen coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano, vestrove Vicario in Spiritualibus generali aut Commissario quocunque, procurator venerabilium virorum decani et Capituli ecclesie cathedralis Petriburgen. dicit, allegat et in hiis scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summarie petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis, viz. Quod Sedes episcopalis Petriburgen. per deprivationem David Poole ultimi episcopi ibidem nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio caruit, hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum, Et ponit coniunctim divisim et de quolibet.

Item quod dicta Sede episcopali Petriburgen. (ut prefertur) dudum vacante decanus et Capitulum ecclesie cathedralis predict. capitulariter congregat. et Capitulum facientes, (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem, ac domum suam Capitularem ecclesie cathedralis predict., ad electionem novi et futuri episcopi Petriburgen. celebrand. unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios, ius, vocem, et interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes, ad diem et locum predict. in huiusmodi electionis negotio processur. et procedi visur. legitime et peremptorie citari fecerunt, hocque fuit et est &c. Et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis viz die   mensis ultimo preterit. capitulariter congregat. et plenum Capitulum facientes, (servatis primitus de iure et Statuto huius Regni Anglie in ea parte servandis) habitoque primitus inter eos Tractatu diligenti de persona idonea in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis predict. eligend. tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum magistrum Edmundum Scambler sacre Theologie Bacchalaurium in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum elegerunt et ecclesie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra.

Item quod Electio huiusmodi et persona electa die prenotato in ecclesia cathedrali predicta coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregat. debite publicat. et declarate fuerunt, hocque fuit et est verum, publicum notorium &c. Et ponit ut supra.

Item quod dictus venerabilis vir magister Edmundus Scambler in eundem ecclesie cathedralis predicte electus, huiusmodi electioni de se et persona sua facte et celebrate, ad humilem peticionem eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consensit, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis. Et ponit ut supra.

Item quod prefatus Edmundus Scambler fuit et est vir providus et discretus, sacrarum literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius, hocque fuit et est verum publicum etc. Et ponit ut supra.

Item quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime domine nostre Regine Elizabethe etc. per suas literas patentes sigillo eorum communi roboratas, pro officii sui debito, iuxta Statutum huius Regni Anglie significarunt et intimarunt, hocque fuit etc. Et ponit ut supra.

Item quod intimato pro parte Decani et Capituli predictorum eidem Regie Sublimitati predicte electionis, huiusmodi eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua clementia regia huiusmodi electioni de persona prefati electi (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios graciose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra.

Item quod dicta Serenissima domina nostra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis regiis huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas non solum significavit et intimavit, verumetiam earundem literarum suarum patentium vigore vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et eundem electum confirmare, ipsumque spiritualibus insigniis insignire et decorare, ceteraque peragere, que vos in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore, hocque fuit et est verum etc. Et ponit ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta, pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam quidem faciendam offert se pars dictorum Decani et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et eum per vos confirmari iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum tenorem, curamque regimen et administrationem episcopatus Petriburgensis eidem electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus Petriburgensis, iuriumque et honorum dignitatum ac pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum ~~fore~~ fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes si qui forsan in dicto electionis negotio intervenerint. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, iuris beneficio et dicte domine nostre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis, vestrum officium domine Iudex antedicte humiliter implorando.

Secunda Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen. Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Commissarius inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus In negotio confirmationis electionis de persona venerabilis et egregij viri magistri Edmundi Scambler sacre Theologie Baccalaurei in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Petriburgensis electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis iste die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos et proposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam aliquid dicentes, excipientes, vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli ecclesie cathedralis Petriburgensis predicte pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie sive decreti finalis in huiusmodi causa ferende ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. /

Juramentum Electi

I **Edmund Scambler** electe Busshoppe of Peterborough do utterlie testifie and declare in my Conscyence that the Quenys highnes ys thonlie Supreme Governour of this realme and of all other her highnes dominions and Countreys, as well in all Spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as Temporall; And that no forraine Prince, person, Prelate, State, or Potentate hath or ought to have any Jurisdiction power, Superioritie, preeminence, or Authoritie ecclesiasticall or Spirituall within this realme, And therfore do utterlie renounce and forsake all forraine Jurisdictions, powers, Superiorities and authorities / And do promisse that from hensforth I shall bear faith and true allegeaunce to the Quenys highnes her heires and lawfull Successors, And to my power shall assist and defend all Jurisdictions, privileges, preeminence, and authorities graunted or belonging to the Quenys highnes, her heires and Successors or united and annexed to the Imperiall Crowne of this realme so helpe me god, and by the contente of this Booke. /

Sententia Diffinitiva

In dei nomine Amen auditis, visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale legum doctorem reverendissimi in Christo patris et domini domini Mathei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarium inter alios cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter deputatum, meritis et circumstantijs cuiusdam cause sive negotij confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Edmundi Scambler sacre Theologie Baccalaurei in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Petriburgensis per deprivacionem David Poole ultimi Episcopi ibidem vacantem electi, facte et celebrate, quod coram nobis aliquamdiu vertebatur, et in presenti vertitur et pendet indecisum, rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et Statutis huius regni Anglie in ea parte servandis ad nostri decreti finalis sive sententie diffinitive prolationem sic duximus procedendum, et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus, electionem ipsam per Decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Petriburgensis predicte de prefato venerabili viro magistro Edmundo Scambler electo huiusmodi, viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato, libero, et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse seu obviare quominus in Episcopum Petriburgensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco nos Thomas Yale legum doctor commissarius antedictus, attentis premissis et alijs virtutum meritis, super quibus prefatus electus Petriburgensis fidedignis commendatur testimonijs, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes, de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, electionem predictam de eodem magistro Edmundo Scambler factam et celebratam auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis in hac parte

commissa confirmamus, Defectus quoscunque in dicto electionis negotio (siqui forsan sint) inter-
uenientes, Quantum in nobis est et de iure possumus suff supplendo et supplemus
per hanc nostram sententiam diffinitiuam siue hoc nostrum finale decretum, quam siue
quod ad petitionem partium ita ferimus et promulgamus in hiis scriptis./.

Consecratio dni Edmundi Scambler Epi Petrib.

Die Lune viz decimo sexto die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computa-
cionem ecclie Anglicane 1560. in Capella Reuerendissimi in christo patris et dni, dni
Matthei permissione diuina Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et
Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith dicte dioc Cantuarien
Jurisdictionis immediate, dictus Reuerendissimus pater vigore et auctoritate literarum
Commissionalium patentium illustrissime in christo principis et dne nre dne
Elizabethe dei gra Anglie ffrancie et Hibernie regine fidei defens etc.
sibi in hac parte factarum et directarum assistentibus sibi reuerendis patribus dnis Thoma
Epo Menevien electo Eboracen, necnon dnis Edmundo London et Thoma Couen
et Lichfeld respectiue Epis, Munus Consecrationis venerabili viro magistro
Edmundo Scambler sacre Theologie Baccalaureo in Epum et pastorem dicte
cathis Petriburgen electo impendebat, adhibitis Ceremonijs de more ecclie
Anglicane vsitate, presentibus tunc et ibidem vnacum Johe Incent notario pu-
blico Registrario principali dicti Reuerendissimi patris, magistro Thoma Yale legum
doctore, Edwardo Leede in legibus licenciato, Andrea Peirson et Richardo
Bedeley sacre Theologie Baccalaureo et alijs testibus etc.

Ebor

Confirmatio Electionis dni Tho Yonge Archiepi Ebor

Acta habita et facta circa negocium confir-
mationis electionis facte de persona Reuerendissimi in christo patris dni Thome Yonge
nuper Menevien Epi in Archiepum et pastorem dicte cathis et Metropolitice ecclie
Eboracen electi et postulati, in Capella Reuerendissimi in christo patris et dni, dni Matthei
permissione diuina Cantuar Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani
infra Manerium suum de Lambehith dicte dioc Cantuarien Jurisdictionis imme-
diate die Martis viz xviii° die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computacionem
ecclie Anglicane Millimo quingentesimo sexagesimo, coram eodem Reueren-
dissimo dno Archiepo Cantuarien, necnon reuerendis patribus dnis Edmundo
London, et Thoma Couen et Lichfeld respectiue Epis, auctoritate parliamenti
Regni Anglie, mediantibus literis Commissionalibus patentibus illustrissime in christo principis
et dne nre, dne Elizabethe dei gratia Anglie, francie et hibernie regine
fidei defens etc. eis in hac parte directis, Judicialiter sedentibus, In presentia mei Johis
Incent notarij publici dicti Reuerendissimi dni Archiepi Cant Registrarij prin-
cipalis./ viz dicto die et loco inter horas septimam et octauam ante meridiem
eiusdem diei, Comparuit personaliter magister Georgius Harrison notarius
publicus alme Curie Cantuarien de Archubus London procuratorum
generalium vnus, ac ex parte dicte serenissime dne nre regine exhibuit
eidem Reuerendissimo patri dno Mattheo Archiepo Cantuar. et alijs reuerendis
patribus prenominatis literas Commissionales patentes serenissime dne nre Regine
magno sigillo suo Anglie (vt apparuit) sigillatas, eis in hac parte directas
quibus per me Johem Incent Registrarium antedictum publice perlectis, dictus Reue-
rendissimus pater dnus Archiepus Cantuarien et Collegae sui huiusmodi ob reue-
rentiam et honorem dicte dne Regine acceptarunt in se onus executionis dictarum
literarum, et decreuerunt procedendum fore iuxta vim, formam, et effectum earundem.
deinde prefatus magister Harryson exhibuit procuratorium suum literatorium pro
venerabilibus viris, dnis decano et Capitulo dicte cathis et Metropolitice
Eboracen predict. et fecit se partem pro eisdem, et sistebat coram eisdem

dno Archiepo Cantuarien et alijs dnis comprovincialibus dno Reverendissimo dnum
electum Eboracen, Et tunc dnus magister Harryson exhibuit mandatum Citatorium ori-
ginale huius contra oppositores emanatum, unacum Certificatorio in dorso super exe-
cutione eiusdem, et petijt omnes et singulos citatos preconizari. Et tunc facta
trina publica preconizatione oppositorum huiusmodi ad hos diem, horam et locum citatorum
ad foras dicte Capelle, et nullo eorum comparente nec aliquid in hac parte ob-
ijciente vel opponente, dni Commissarij antedicti, ad peticionem magistri Harryson
pronunciarunt eos et eorum quemlibet Contumaces, ac in penam Contumaciarum
suarum huiusmodi eis et eorum cuilibet viam ulterius in hac parte opponendi pre-
cluserunt, prout in Schedula per dnum Reverendissimum patrem de Consensu
collegarum suorum lecta, latius continetur. Quibus sic gestis prefatus magister Harryson
in penam Contumaciarum citatorum huiusmodi et non comparentium, dedit Summariam peticionem
in Scriptis, et dni Commissarij ad eius peticionem decreverunt procedendum fore
summarie et de plano, et assignarunt eidem magistro Harryson ad probandum contenta
in eadem ad statim / Deinde magister Harryson in Subsidium probationis contentorum
in dicta Summaria peticione, exhibuit literas patentes regias Commissionales predictas
per quas inter alia (ut asseruit) luculenter apparet ipsum Reverendissimum patrem
dnum Thomam Yonge nuper Menevensem episcopum, in Archiepiscopum et pastorem
ecclesie Metropolitice Ebor predicte per Decanum et Capitulum eiusdem ecclesie
rite et canonice fuisse electum, Necnon prefatam illustrissimam dnam nostram Reginam
Consensum suum regium eidem electioni adhibuisse, Et preterea allegavit omnia
et singula in eisdem literis fuisse et esse vera, petendo terminum sibi assignari ad
proponendum omnia / Ad cuius peticionem dni assignarunt eidem magistro Harryson
ad proponendum omnia ad statim / Et tunc dnus magister Harryson exhibuit omnia
et singula per eum in huiusmodi negocio exhibita et proposita, quatenus sibi condu-
cunt, et non aliter, nec alio modo, et petijt terminum sibi assignari ad conclu-
dendum / Cui sic petenti dni assignarunt ad concludendum ad statim / Deinde dnus
magister Harryson conclusit cum dnis secum etiam concludentibus / Qua conclusio-
ne sic facta, dni ad peticionem Harryson assignarunt ad audiendum sententiam ad
statim / Ac consequenter facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum
oppositorum sic (ut premittitur) citatorum, et nullo eorum comparente, dni ad peticionem
magistri Harryson pronunciarunt eos contumaces ac in penam Contumaciarum
suarum huiusmodi decreverunt procedendum fore ad prolacionem sententie diffinitive in
huiusmodi causa, eorum absencia sive Contumacia in aliquo non obstante, prout in Sche-
dula per ipsum Reverendissimum patrem de Consensu collegarum suorum huiusmodi
prius lecta plenius continetur. Quibus expeditis, prestito primitus iuramento per
dnum Reverendissimum dnum electum Eboracen ad sancta dei Evangelia per
eum corporaliter tacta de fidelitate, subiectione, et obedientia illustrissime dne
nostre Regine, eiusque heredibus et successoribus prestando et exhibendo, Necnon de
renunciando, refutando, et recusando omnem et omnimodam iurisdictionem, potestatem,
auctoritatem, et superioritatem forinsecas iuxta et secundum vim, formam, et effectum
Statuti parliamenti huius inclyti regni Anglie in ea parte editi, dni ad
peticionem dicti magistri Harryson tulerunt et promulgarunt sententiam diffinitivam
sive decretum finale in huiusmodi causa, pronunciando, declarando, ac cetera faciendo
prout in eadem sententia per dnum Reverendissimum patrem de consensu collegarum
suorum lecta continetur / Super quibus omnibus et singulis, tam prefatus
Reverendissimus dnus electus et confirmatus, quam memoratus magister Harryson
respective rogarunt et requisiverunt a me Johanne Incent notario publico et registrario
antedicto sibi unum vel plura, publicum vel publica fieri instrumentum sive instrumenta
ac testes presentes ibi gestorum veritati testimonium perhibere / Postremo vero dni
ad peticionem tam prefati Reverendissimi dni electi et confirmati, quam prefati
magistri Harryson procuratoris antedicti decreverunt literas Testimoniales eidem
dno electo et confirmato super omnibus et singulis premissis sub modo et forma
quibus supra, expedite fieri et liberari, Necnon ipsum Reverendissimum dnum
electum et confirmatum inducendum et intronizandum fore in realem actualem et

corporalem possessionem dicti Archiepiscopatus et ecclesie Metropolitice Eboracensis, Juriumque dignitatum, honorum, preeminenciarum, et pertinenciarum suorum universorum juxta morem et consuetudinem ipsius ecclesie Metropolitice Ebor, (legibus modernis huius inclyti regni Anglie non adversantem) per Archiepiscopum Eboracensem aut alium ad quem de more ipsius ecclesie hoc munus pertinere dinoscitur. Presentibus tunc et ibidem venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore, Roberto Willet et Francisco Aldridge generosis et multis aliis testibus etc.

Lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri et predilecto et fideli nostro, domino Mattheo Archiepiscopo Cantuar. ac Edmundo London, et Thome Coven. et Lichfeld. episcopis Salutem. Cum vacante nuper sede Archiepiscopali ecclesie cathedralis Metropolitice Ebor. per ultimam deprivacionem Nicholai ultimi Archiepiscopi eiusdem, ad humilem peticionem decani et Capituli predicte ecclesie nostre Metropolitice Ebor. per literas nostras patentes, licenciam nostram concesserimus alium sibi eligendi in Archiepiscopum et pastorem ecclesie predicte, iidemque decanus et Capitulum vigore et obtentu licencie nostre predicte, Reverendum in Christo patrem Thomam Younge Menevensem episcopum sibi et ecclesie predicte in Archiepiscopum et pastorem elegerunt, prout per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes, eidem electioni regium nostrum adhibuimus assensum pariter et favorem, Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, Quatenus vos eundem Thomam in Archiepiscopum et pastorem ecclesie Metropolitice predicte (sicut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare et eundem Thomam Younge Archiepiscopum et pastorem ecclesie Metropolitice Ebor. predicte per translacionem confirmare, Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali juxta formam Statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum favore. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. T. meipsa apud Westm. xijo die februarij Anno r. n. tercio. Ha. Cordell.

Procuratorium Capli Eboracen.

Pateat universis per presentes quod nos Nicholaus Wotton utriusque Juris doctor decanus ecclesie cathedralis et Metropolitice Eboracensis, et eiusdem ecclesie Capitulum de unanimi assensu et consensu nostris dilectos nobis in Christo magistros Thomam Clarke et Georgium Harryson notarios publicos communiter et eorum utrumque per se divisim et in solidum nostros veros, certos, legitimos, ac indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris communiter et eorum utrique per se divisim potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac nominibus nostris Reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Thomam permissione divina Menevensem episcopum in Archipresulem sive Archiepiscopum dicte ecclesie Metropolitice Eboracensis per nos electum et postulatum seu procuratorem suum legitimum ([illegible]) temporibus et locis congruis et oportunis adeundi, ipsumque ex parte nostra ad consentiendum electioni et postulationi de persona prefati electi (ut premittitur) per nos facte et celebrate debita cum instancia petendi et requirendi, Necnon electionem huiusmodi per nos de persona prefati Reverendi patris factam et celebratam, excellentissime in Christo principi et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, ffrancie et Hibernie regine fidei defensori etc. intimandi et notificandi ac consensum et assensum suos regios in ea parte humiliter implorandi, Electionemque predictam et personam sic electam, coram quibuscumque regia aut quavis alia auctoritate legitima fulcitis presentandi et exhibendi, Electionemque et personam sic per nos electam in debita Juris forma confirmari, defectusque (siqui forsan in hac parte intervenerint) debite suppleri petendi, requirendi, et obtinendi, Agendique et defendendi ac litem seu lites contestandi et contestari videndi, articulum sive articulos, libellum sive libellos, seu quascumque alias summarias peticiones dandi et proponendi, testes literas ac instrumenta ac alia quecumque probationum genera producendi, et exhibendi, testesque huiusmodi iurari videndi et audiendi, in causa seu causis concludendi, et concludi videndi, Ceterumque confirmationis negocium usque ad finalem expedicionem eiusdem inclusive prosequendum, necnon administracionem omnium et singulorum spiritualium et temporalium dicti Archiepiscopatus Eboracensis eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem eiusdem Archiepiscopatus, iuriumque dignitatum, honorum, preeminenciarum et pertinenciarum suorum universorum inducendum, installandum et inthronizandum fore decerni petendum, requirendum et obtinendum. Et generaliter omnia et singula alia faciendum, exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Promittimusque nos ratum, gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis fecerint vel fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligacione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte caucionem exponimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis (eo quod nostrum capitulare ad manus non habemus) presentibus apponi procuravimus. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dictorum venerabilium virorum decani et capituli ecclesie cathedralis Eboracensis constituencium huiusmodi sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Dat. sexto die mensis Februarii Anno domini ~~156~~ iuxta computacionem ecclesie Anglicane 1560.

Citatio contra oppositores.

Matthewe permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, Edmundus London. et Thomas Coven. et Lichfeld. respective episcopi, auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie, mediantibus litteris commissionalibus patentibus Serenissime in Christo principisse et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. nobis in hac parte directis Commissarii rite deputati, Universis et singulis dicte domine nostre Regine subditis per universum Anglie Regnum ubilibet constitutis salutem, gratiam et benedictionem. Cum vacante nuper sede Archiepiscopali Eboracensis per deprivacionem Nicholai Heth sacre Theologie professoris ultimi Archiepiscopi eiusdem, decanus et capitulum ecclesie cathedralis Eboracensis pro electione novi et futuri Archiepiscopi ibidem (licencia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint, atque in huiusmodi electionis negotio procedentes, venerabilem confratrem nostrum dominum Thomam Younge nuper Menevensem episcopum in eorum et dicte ecclesie Metropolitice Eboracensis Archiepiscopum elegerint et postulaverint. Cumque dicta Serenissima domina nostra Regina ad humilem peticionem dictorum decani et capituli, eidem electioni et postulationi de persona prefati electi et postulati (ut premittitur) facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes magno sigillo suo Anglie sigillatas nobis significaverit, mandando quatenus nos personam electam et postulatam, ac electionem sive postulacionem huiusmodi confirmare, iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accomoda, prout per literas patentes regias predictas (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem Serenissime domine nostre Regine mandato pro officii nostri debito parere, ac in huiusmodi confirmationis negotio, iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere, Omnes et singulos (siqui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam et postulatam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad diem et locum et ad effectum subscriptos evocandos et citandos fore decrevimus iustitia mediante. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos oppositores (siqui sint) in specie, alioquin in genere, per affixionem presentium in aliquo loco publico infra regnum Anglie fiendam, aliisque viis et modis licitis quibus id melius et efficatius de iure poteritis, ita quod huiusmodi citatio ad eorum notitiam verisimiliter pervenire poterit, quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis in Capella nostri prefati Matthei Archiepiscopi Cant. infra manerium nostrum de Lambehith dicte nostre Cantuar. iurisdictionis immediate, die Martis proxime futuro viz. xviijo die mensis Februarii iam presentis inter horas septimam et octavam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oportebit) contra huiusmodi electionem et postulacionem, formam eiusdem, personamve electam et postulatam (si sua putaverint interesse) dicturi, excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti confirmationis negotii qualitas et

49

natura de se exigunt et requirunt, intimaverit, insuper modo et forma precedentibus omnibus et singulis oppositoribus, quibus etiam nos harum serie sic intimamus, quod nisi ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis comparuerint et contra dictam electionem et postulationem, formam eiusdem, aut personam electam et postulatam, dicere, excipere vel opponere voluerint, sive non, Nos nihilominus in dicto negocio iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia vel contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis nos dictis die, hora et loco debite certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus, personaliter vel per literas vestras patentes [illegible] presentibus autentice sigillat. In cuius rei testimonium sigillum mei Matthei Archiepiscopi Cant. predicti presentibus apponi fecimus. Dat. xxj° die mensis Februarij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo.

Vicesimo quinto die mensis Februarij Anno domini 1560 in Capella reverendissimi domini Archiepiscopi Cantuariensis apud Lambhith ecclesie Cantuar. iurisdictionis immediate coram reverendissimo in Christo patre domino Mattheo Archiepiscopo Cantuar. et Edmundo London. ac Thoma Coven. et Lichen. respective episcopis commissionariis, comparuit personaliter Robertus Haynes mandatarius etc. et certificavit se executum fuisse hoc presens mandatum per affixionem eiusdem in magno ostio boreali ecclesie cathedralis divi Pauli London. xxiij° die presentis mensis Februarij iuxta tenorem eiusdem mandati, super quibus fecit fidem.

prima Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen, Nos Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, Edmundus London. et Thomas Coven. et Lichen. respective episcopi, auctoritate parliamenti huius Regni Anglie, mediantibus literis commissionalibus potentissimi illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. nobis in hac parte directis ad infrascripta rite et legitime fulciti, In negocio confirmationis electionis de persona venerabilis confratris nostri domini Thome Young nuper Menevensis episcopi in Archiepiscopum ecclesie cathedralis et metropolitice Ebor. electi facte et celebrate, rite procedentes, omnes et singulos oppositores quoscumque contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere volentes, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos, excepturos et opposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli ecclesie cathedralis Ebor. predict. pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, et personam electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis, ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negocio procedendum fore iuxta Iuris et Statutorum huius inclyti Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentiis sive contumaciis in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine Amen Coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, necnon reverendis in Christo patribus dominis Edmundo London. ac Thoma Coven. et Lichen. respective episcopis, auctoritate parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus literis commissionalibus potentissime illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. vobis in hac parte directis, ad infrascripta rite et legitime fulcitis, pars venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie cathedralis et Metropolitice Ebor. dicit, allegat et in hiis scriptis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis videlicet quod ecclesia Archiepiscopalis Ebor. per deprivationem et amotionem Nicholai Heath, ultimi Archiepi eiusdem, nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit, pastorisque solatio caruit, Quodque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum, pariter et famosum, Et ponit coniunctim divisim et de quolibet.

Item Quod dicta Ecclesia Archiepalis Eboracensis (vt premittitur) dudum vacante, decanus et Capitulum eiusdem in domo eorum capitulari capitulariter congregati et capitulum facientes, (licencia regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem, ac domum suam capitularem dicte ecclie cathis et Metropoliticae Eboracensis predict. ad electionem novi et futuri Archiepi Ebor celebrandam, unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem dicte ecclie cathis et Metropoliticae Ebor Canonicos et prebendarios tunc, vocem et interesse in eadem electione habentes, vel habere pretendentes ad diem et locum predict. in huiusmodi electionis negocio processur. et procedi visur. licite et peremptorie citari fecerunt / Quodque fuit et est verum etc. Et ponit vt supra

Item Quod prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis vz   die mensis   ultimo preterit. capitulariter congregati et capitulum facientes (servatis primitus per eos de iure et statutis huius Regni Angliae in hac parte servandis) habito primitus inter eos tractatu diligenti de persona idonea in Archiepiscopum eiusdem ecclie Metropoliticae eligend. Tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante Reverendum in Christo patrem dominum Thomam Younge nuper Menevensem episcopum in eorum et dicte ecclie Metropolitice Ebor Archiepiscopum et pastorem elegerunt, et dicte memorate de eodem providerunt. Et ponit vt supra.

Item Quod tam electio huiusmodi quam persona electa debite pronunciate in ecclia cathis et Metropolitica Ebor coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis publicate et declarate fuerunt. Et ponit vt supra.

Item Quod dictus Reverendus pater dominus Thomas Younge in Archiepresulem Ebor (vt prefertur) electus huiusmodi electioni de se et persona sua facte et celebrate ad humilem peticionem eorundem decani et Capituli Ebor debitis loco et tempore consensit. Et ponit vt supra.

Item Quod memoratus electus fuit et est vir providus et discretus literarum scientia, vita, et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, acque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus, necnon devotus et dicte memorate necessarius / Quodque fuit et est verum publicum notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit vt supra.

Item Quod prefat. decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam dicte Serenissime dne nre Regine Elizabethe per literas suas patentes, Sigillo eorum coi roboratas, pro officii sui debito iuxta Statut. huius Regni Angliae in ea parte editum et provisum significarunt et intimarunt / Quodque fuit et est verum etc. Et ponit vt supra.

Item Quod peticione pro parte prefatorum decani et Capituli eidem dne nre Regine porrecta super electione huiusmodi, eadem Serenissima dna nra Regina pro sua clementia regia, prefate electioni, Consensum et assensum suos regios graciose adhibuit, illamque ratam et gratam habuit et habet, Quodque fuit et est verum, publicum, notorium etc. Et ponit vt supra.

Item Quod prefata dna nra Regina vobis audict. Rmo pri dno Mattheo Archiepo Cantuariensi, ac Reverendis patribus Edmundo London et Thome Coven et Lich episcopis, se suos assensum et consensum suos regios eidem electioni adhibuisse per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit et intimavit, verumetiam earundem literarum suarum patentium vigore vobis rogando mandavit, Quatenus vos electionem predictam et eundem electum confirmare, Ceteraque peragere, que vestris in hac parte incumbunt officijs, iuxta formam Statutorum in ea parte editorum et provisorum, ac literarum patentium huiusmodi tenorem vobis cum favore ~ Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, etc. Et ponit ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta, pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam quidem faciendum offert se pars dictorum Decani et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et eum effectu confirmari, iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis in hac parte directarum tenorem, Curamque regimen, et administrationem dicti Archiepiscopatus Ebor' eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Archiepiscopatus Eboracensis, iuriumque, honorum, dignitatum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et circa ea concernentibus quibuscunque, quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscunque in huiusmodi electionis negotio intervenientes, si qui forsan in eodem intervenerint. Que proponit et fieri petit pars dictorum decani et capituli coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium domine iudex antedicte humiliter implorando.

Certa Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Matheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, Edmundus London' et Thomas Coven' et Lichfeld' respective episcopi, auctoritate parliamenti huius inclyti Regni Anglie, mediantibus literis Commissionalibus patentibus illustrissime in Christo principis et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie regine fidei defensoris etc. nobis in hac parte directis ad infrascripta rite et legitime fulciti In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis confratris nostri domini Thome Younge nuper Menevensis episcopi in Archiepiscopum dicte cathedralis et Metropolitice Ebor' electi, facte et celebrate rite procedentes, Omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis isto die, hora et loco, et proponendum si sua putaverint interesse contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam sic electam in debita iuris forma dicturos, excepturos, et propositurus, legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris decani et Capituli dicte Metropolitice Ebor' predicte pronunciamus contumaces, ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferendi, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Iuramentum prestitum per dominum electum Ebor'

I Thomas Younge elected Archebusshoppe of Yorke do utterlie testifie and declare in my Conscience, that the Quenes highnes is the onelie supreme Governour of this Realme, and of all other her highnes dominions and Countreys as well in all spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as Temporall, And that no forraine prince person prelate State or potentate hath or ought to have any Iurisdiction, power, Superioritie, preeminence or Authoritie ecclesiasticall or spirituall within this Realme, And therfore do utterlie renounce and forsake all forraine Iurisdictions, powers, Superiorities, and authorities, and do promisse that from henseforth I shall bear faith and true allegiaunce to the Quenes highnes her heires, and lawfull successors, and to my power shall assist and defend all Iurisdictions, privileges, preeminences and authorities graunted or belonging to the Quenes highnes her heires or successours, or united and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme, so helpe me god and by the Contents of this Booke.

96

Sentencia diffinitiva

In dei noie amen, auditis, visis, et intellectis, ac plenarie et mature discussis per
nos Matheum permissione divina Cantuarien Archiepum, totius Anglie
primatem et Metropolitanum, Edmundum London, et Thomam Coven et
Lichfeld respective epos, auctoritate parliamenti huius Regni Anglie, mediantibus lris com=
missionalibus patentibus, illustrissime in xpo principis et dne nre, dne Elizabethe
dei gratia Anglie, Francie et Hibernie regine, fidei defensoris &c. nobis in hac
parte directis ad infrascripta rite et legitime fulcitis, meritis et circumstanciis
universis cause sive negocii confirmationis electionis de persona venerabilis
confratris nri dni Thome Yonge nuper Meneven epi in Archiepum eccliae
cathedralis et Metropolitice Eboracen electi, facte et celebrate, quod coram nobis
aliquandiu vertebatur et in pnti vertitur et pendet indecisum. Rimato primitus
per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negocio hito et
facto, atque diligenter recensito (servatisque per nos de iure et statutis huius regni
Anglie in hac parte servandis) ad nre sententie diffinitive sive decreti finalis
in huiusmodi negocio ferende prolacionem sic duximus procedendum et procedimus in
hunc qui sequitur modum / Quia per acta, exhibita, producta, et probata
coram nobis in huiusmodi confirmationis negocio, comperimus luculenter et invenimus
electionem predictam per Decanum et Capitulum dicte eccliae cathedralis et Metropolitice
Eboracen predicte de prefato venerabili confratre nro, dno Thoma Yonge
electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato
libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali
constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem vene=
rabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse sive obviare, quo
minus in Archiepum Eboracen, auctoritate dce dne nre regine merito de
beat confirmari, Idcirco nos Matheus Archiepus Cantuarien, Edmundus
London et Thomas Coven et Lichfeld respective epi memorati, attentis pre=
missis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus electus Eboracen fide=
digno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum
deum oculis nris preponentes, de et cum consilio iurisperitorum cum quibus in
hac parte communicavimus, predictam electionem de eodem venerabili confra=
tre nro (ut premittitur) factam et celebratam, auctoritate dce dne nre regine nobis
in hac parte commissa confirmamus defectus quoscunque in dicto electionis ne=
gocio (siqui forsan sint) intervenientes (quantum in nobis est) supplentes et supple=
mus, per hanc nram sententiam diffinitivam sive hoc nrum finale decretum
quam sive quod ad peticionem partis ita petentis ferimus et promulgamus in
his scriptis, iuribus, privilegiis, preeminentiis, et prerogativis Cantuarien
Archiepiscopis et eiusdem eccliae cathedralis et Metropolitice xpi Cantuar. Capitulo
de antiquo competentibus omnino illesis, salvis, et integris reservatis / Quibus de=
rogare non intendimus. /

Mandatum directum Archino Ebor ad inthronizand dnm Archiepum

Matheus permissione divina Cantuarien Archiepus, totius
Anglie primas, et Metropolitanus / Edmundus London et Thomas Coven
et Lichfeld respective epi, auctoritate parliamenti huius inclyti regni Anglie
mediantibus lris commissionalibus patentibus illustrissime in xpo principis et dne
nre, dne Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie regine,
fidei defensoris &c. nobis in hac parte directis ad infrascripta rite et legitime
fulcitis, venerabili viro magistro Iohi Rokbie clerico sacre theologie Baccalaureo
Archidiacono Archidiaconatus Eboracen in ecclia cathli et Metropolitica Ebor
salutem in dno sempiternam / Cum vacante nuper sede Archiepali Ebor
per deprivationem et amotionem Nicholai Heath, ultimi Archiepi eiusdem,
decanus et Capitulum dicte eccliae cathedralis et Metropolitice Eboracen predict licentia
regia primitus in ea parte petita et obtenta, reverendissimum in xpo patrem
dnum Thomam Yonge nuper Meneven epum in eorum et dce eccliae Me=
tropolitice Ebor Archiepum elegerint / Quam quidem electionem et personam
sic electam (servatis primitus de iure et statutis huius regni Anglie in
hac parte servandis) nos auctoritate earundem commissionalium patentium dce dne

ure Regimine nobis (ut premittitur) directam rite et legitime confirmavimus, Eidemque curam, regimen, et administrationem dicti Archiepatus Eboracensis commisimus Ipsumque sic electum et confirmatum in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Archiepatus Eboracensis, Iuriumque, et pertinentiarum suorum universorum inducendum, investiendum et inthronizandum fore decrevimus et mandavimus / Tibi igitur harum serie (Iuris ordine id exigente) firmiter precipiendo mandamus / Quatenus prefatum Reverendissimum patrem seu procuratorem suum legitimum (suo nomine) in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Eboracensis, Iuriumque honorum, dignitatum, et pertinentiarum suorum universorum inducas, investias, installes, et inthronizes, seu sic induci, investiri, installari, et inthronizari facias cum effectu / Cathedramque suam eidem Archiepalem in eadem ecclia ut moris est assignes, et eum in eadem imponas cum omni Reverentia et honore debite. aut ita fieri et imponi cures prout decet / In cuius rei Testimonium Sigillum nostri Matthei Archiepi Cantuarien. presentibus est appensum, Dat. xxviijo die mensis februarij Anno dni iuxta Computationem ecclie Anglicane, Millmo, Quingentesimo, Sexagesimo /.

Assaphen.
Confirmatio electionis
Dni Tho: Davis Epi
Assaphen.

Acta habita et facta in negocio Confirmationis

electionis facte de persona venerabilis viri magistri Thome Davys legum doctoris in Epum et pastorem ecclie cath. Assaphen. per translacionem Reverendi patris dni Richardi Davys ultimi et immediati Epi et pastoris ibm ad Epatum Menevensem vacant. elect. in ecclia parochiali beate marie de Archubus London ecclie xpi Cantuarien. iurisdictionis immediate die Sabbati viz xvijo die mensis Maij Anno dni 1561 Coram venerabili viro magistro Thoma yale legum doctore Reverendissimi in xpo patris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani, necnon Sede eiusdem vacante in hac parte legitime fulciti, Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali sufficienter constituto in presentia mei Johis Incent notarii publici dci Revmi patris Registrarii principalis / viz.

Die et loco predictis inter horas septimam et octavam ante meridiem eiusdem diei introducto per Robertum Haynes Mandatarium etc. mandato citatorio originali alias contra oppositores etc. emanato, una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, dns continuavit Certificatorium in statu quo nunc est usque in diem veneris prox. viz xxiijtm diem presentis mensis Maij inter horas septimam et octavam ante meridiem etc.

Quo quidem die veneris viz xxiijo die mensis Maij Anno 1561 adveniente inter horas viija et ixa ante meridiem eiusdem diei in ecclia parochiali beate Marie de Archubus predict. ac coram prefato magro Thoma yale in presentia mei Johis Incent supranominati, Comparuit personaliter Edwardus Orwell notarius publicus et exhibuit procuratorium suum legitimum apud acta registratum pro venerabilibus viris decano et Capitulo ecclie cath. Assaphen. et fecit se partem pro eisdem, et presentavit eidem magro Thome yale venerabilem virum magistrum Johem Powell clericum ecclie cathis Assaphen. Canonicum et prebendarium, et coram eodem magro yale tunc sistebat. Qui etiam exhibuit procuratorium suum pro dco venerabili viro magro Thoma Davys electo huiusmodi, et fecit se partem pro eodem, Et tunc dictus Edwardus Orwell exhibuit Mandatum Citatorium originale una cum Certificatorio in dorso eiusdem alias in hoc processu exhibitum, et penes Registrum dimisit, et accusavit Contumaciam omnium et singulorum ad hos diem, horam et locum de Continuatione certificatorii ad dicendum et opponendum contra electionem etc. sic factam interesse pretendentium citatorum etc. et nullo modo comparentium, et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces etc. Et tunc facta trina

publica preconizatione omnium et singulorum Citatorum huiusmodi et nullo eorum compa-
rente, nec aliquid contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte
electam opponere vel obiicere curante, dominus magister yale ad peticionem dicti
Edwardi Orwell pronunciavit eos et eorum quemlibet Contumaces et in
penam huiusmodi contumacie ulterius opponendi in hac parte eis et eorum cuilibet
preclusit, Necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negocio procedendum
fore decrevit, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in
aliquo non obstante, prout in Schedula per ipsum magistrum yale lecta ple-
nius continetur. Deinde dictus Orwell in penam Contumacie citatorum huiusmodi
dedit Summariam peticionem in Scriptis, quam dominus ad eius peticionem
admisit, et decrevit procedendum fore summarie et de plano, et assignavit
eidem Edwardo Orwell ad probandum ad statim/ Et tunc dictus Orwell
in Subsidium probationis contentorum in dicta Summaria peticione, exhibuit
literas patentes regias magno Sigillo suo Anglie sigillatas, per quas (ut
asseruit) apparet dictum venerabilem virum magistrum Thomam Davyes in
episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Assaphensis, rite et recte electum fuisse et esse
et Serenissimam dominam nostram reginam Elizabeth Consensum suum regium
eidem electioni adhibuisse, Necnon Schedulam consensus dicti magistri Thome
Davyes in Scriptis redactam et manu propria ipsius electi subscriptam: per quam
apparet dictum magistrum Davys electioni de ipso et dicta persona in hac parte
facte et celebrate consensisse, Quibus sic factis dominus ad peticionem prefati
Edwardi assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim/ Et tunc dictus
Orwell in penam Contumacie citatorum huiusmodi et non comparentium exhibuit
omnia et singula per eum in dicto confirmationis negocio exhibita et proposita
quatenus sibi conducunt etc. Et tunc dominus ad eius peticionem assignavit ad
concludendum ad statim, Et tunc dictus Orwell conclusit cum domino iudicante secum
etiam concludente/ Qua conclusione sic facta dominus ad peticionem dicti Edwardi
Orwell assignavit ad audiendum Sententiam suam finalem decretum ad statim,
Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppo-
sitorum (ut premittitur) citatorum, et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte
obiicientium vel opponentium, dominus ad peticionem dicti Orwell pronunciavit eos
contumaces, et in penam Contumacie suarum huiusmodi, decrevit procedendum
fore ad prolacionem Sententie diffinitive in huiusmodi negocio ferende, ipsorum sic
citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante/ Deinde
prestito Iuramento per prefatum magistrum Johannem Powell, nomine procuratorio
prefati domini electi, et in animam ipsius electi de fidelitate, obediencia, et Subieccione
prefate Serenissime domine nostre regine prestandis, et exhibendis, necnon de renunci-
ando, refutando, et renunciando omnem et quandam potestatem, auctoritatem, Iurisdictionem
et Superioritatem forinsecas iuxta vim, formam, et effectum Statuti parlia-
menti huius Regni Anglie in ea parte editi et provisi, dictus magister yale
ad peticionem dicti Edwardi Orwell tulit et promulgavit Sententiam diffinitivam
in Scriptis per eum lectis, pronunciando, declarando, ac cetera faciendo,
prout in eadem continetur/ Super quibus omnibus et singulis tam prefatus
Johannes Powell, procurator dicti electi Assaphensis quam memoratus Edwardus
Orwell procurator decani et capituli predictorum me Johannem Incent notarium
publicum Subscribentem sibi unum vel plura, publicum seu publica, Instrumentum sive
Instrumenta conficere, ac Testes inferius nominatos testimonium inde perhibere in-
stanter respective rogarunt et requisiverunt, Postremo vero dictus magister
Thomas yale ad peticionem procuratoris prefati domini electi decrevit sibi
literas Testimoniales super omnibus et singulis premissis sic (ut prefertur)
expeditis, Necnon dictum dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum
fore, Necnon inducendum et installandum fore in realem, actualem et corporalem
possessionem dicti episcopatus Assaphensis, Iuriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum
et pertinentiarum suorum universorum iuxta morem et Consuetudinem laudabilem

eiusdem eccle cathis Assaphen (legibus et Statutis modernis huius regni Anglie non -
repugnan. et adversan.) presentibus tunc et ibm Roberto Haynes et Lancelloto Brough=
ton literatis Testibus ad hoc vocatis et specialiter requisitis /c/c/c/c/

Lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Regina, fidei defensor &c.
Reverendissimo in xpo patri ac predilecto et fideli nro, dno Matheo Archiepo Cantuar.
ac alijs quibuscumque quorum in hac parte interest Salutem, Cum vacante -
nuper Sede epali Assaphen per translacionem reverendi in xpo pris Richi
permissione divina nuper eiusdem Sedis epi, ad Sedem Menevien fact. ad hu=
milem peticionem decani et Capituli eccle nre cathis Assaphen, per lras nras -
patentes licenciam concesserimus, alium sibi eligendi in epum et pastorem -
Sedis predce, jidem decanus et Capitulum vigore et obtentu lice nre predce
dilectum nobis in xpo magistrum Thomam Davies legum doctorem sibi et eccle pdce
elegerunt in epum et pastorem, prout per lras suas Sigillo eorum coi sigillatas -
nobis directas plenius liquet et apparet, Nos electionem illam acceptantes electioni pfat.
Regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem / Et hoc vobis tenore presentium -
significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiend.
mandantes quatenus vos eundem magistrum Thomam Davyes in epum et pastorem
eccle cathis Assaphen predict. sic (ut prefertur) electum, electionemque predcam con=
firmare, ceteraque omnia et singula peragere que vro in hac parte incumbunt
Officio pastorali, iuxta formam, Legum et Statutorum in ea parte edit. et provis. -
velitis cum effectu / In cuius rei Testimonium has lras nras fieri fecimus patentes.
T. meipsa apud Westm xiiijo die Maij Ao rni tertio, /-/ Ha / Cordell -/

Procuratorium Capli Assaphen

Pateat universis per presentes Quod nos decanus et Capitulum eccle cathis Assaphen
unanimi assensu et consensu nris dilectos nobis in xpo Johem Powell clicum et -
Edwardum Orwell notarios publicos coiter et divisim nros veros certos, lrimos ac indubitatos
procuratores, actores, factores, negociorumque nrorum gestores, et nuncios speciales ad infra=
scripta noiamus, ordinamus, facimus et constituimus per presentes / Damusque et concedi=
mus eisdem procuratoribus nris, coiter et eorum utrique per se divisim potestatem generalem et
mandatum speciale pro nobis et nominibus nris, venerabilem virum magistrum -
Thomam Davys legum doctorem in epum et pastorem eccle cathis Assaphen
per nos vigore et virtute lice nre Regie nobis in hac parte directe alias electum
temporibus et locis congruis et oportunis adeund., Ipsumque ex parte nra ad -
consentiend. electioni de psona sua facte et celebrate debita cum instancia petend.
et requirend., Necnon electionem predcam (ut prefertur) de eius psona factam et
celebratam Illustrissimo in xpo principi et dne nre, dne Elizabethe dei gratia -
Anglie, Francie, et Hibernie Regine fidei defensori &c. dce eccle cathis patrone et
fundatrici notificand. et intimand., Ac eius consensum et assensum Regios in ea pte
humiliter implorand., Ac decretum electionis predce, et psonam per nos (ut prefertur)
electam Coram reverendissimo in xpo pre, et dno, dno Matheo permissione divina
Cantuarien Archiepo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve vica=
rio in Spualibus generali et Officiali principali presentand., Eiusque de=
cretum sive processum electionis predce et psonam in hac parte electam in
debita Juris forma approbari et confirmari, defectusque (si qui forsan in ea pre-
intervenerit) debite suppleri petend., requirend., et obtinend., Agendique et defendend.
ac litem seu lites contestand. et contestari vidend., articulum, sive articulos -
libellum sive libellos seu quascumque Summarias peticiones dand. et proponend.
Testes, lras, et Instrumenta, ac alia quecumque probationum genera producend. -
et exhibend., Testesque huiusmodi iurari vidend. et audiend. / Omniaque confirmationis
negocium usque ad finalem expedicionem eiusdem inclusive prosequend., Necnon ad=
ministracionem omnium et singulorum Spualium et Temporalium dci epatus eidem -
electo committi, ipsumque in realem actualem, et corporalem possessionem eiusdem
epatus Iuriumque et pertinentium suorum universorum inducend. et inthronizand. fore
decerni petend., requirend. et obtinend. / Et generaliter omnia et singula alia -
faciend., exercend. et expediend. que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu

quod oportuna exigunt mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Promittimusque nos ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum alter fecerint vel fecerit in premissis vel aliquo premissorum, sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis (eo quod sigillum nostrum [illegible] impresentiarum ad manus non habemus) presentibus apponi fecimus. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dictorum constituentium sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Dat. quinto die mensis Maii Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo primo.

Procuratorium domini electi Assaphen.

Pateat universis per presentes Quod ego Thomas Davys legum doctor in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Assaphensis rite et legitime electus, dilectum mihi in Christo Johannem Powell clericum ecclesie cathedralis predict. Canonicum et prebendarium meum verum, certum, legitimum, ac indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negotiorumque meorum gestorem, et nuncium specialem ad infrascripta nomino, ordino, facio, et constituo per presentes. Doque et concedo eidem procuratori meo potestatem generalem, et mandatum speciale pro me ac vice loco, et nomine meis coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Matthaeo permissione divina Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie primate et metropolitano, eiusve Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali comparendi, meque a personali comparitione excusandi, ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandi et proponendi, ac desuper (si opus fuerit) fidem faciendi et iurandi, Electionemque de me et persona mea in ea parte factam per dictum Reverendissimum patrem approbari et confirmari, meque in episcopum Assaphensem erigi et admitti, acque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus Assaphensis, iuriumque et pertinentium suorum universorum induci mandari petendi, requirendi et obtinendi, Iuramentum preterea quodcumque licitum et honestum, ac de iure, legibus, et Statutis huius Regni Anglie in ea parte quomodolibet requisitum in animam meam, et pro me prestandi, subeundi, et iurandi. Et generaliter omnia et singula alia faciendi, exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum, promittoque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus procurator meus fecerit in premissis vel aliquo eorundem sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum et in ea parte cautionem expono per presentes. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Constituentis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Dat. decimo tertio die mensis Maii Anno domini Millesimo, Quingentesimo, lxjo.

Citatio contra oppositores

Matthaeus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuarien. ubilibet constitutis Salutem, gratiam, et benedictionem. Cum vacante nuper sede episcopali Assaphensi per translationem venerabilis confratris nostri domini Richardi Davys ultimi episcopi Assaphensis ad sedem episcopalem Menevensem translati, decanus et capitulum ecclesie cathedralis Assaphensis predict. pro electione novi et futuri episcopi ~~translati~~ (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint atque assignaverint. Et in huiusmodi electionis negotio rite procedentes, venerabilem virum magistrum Thomam Davys legum doctorem in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum et pastorem elegerint, Cuique Serenissima in Christo princeps et domina nostra domina Elizabeth, dei gratia Anglie, Francie et Hibernie regina fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli electioni de persona prefati electi regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per easdem literas patentes regias ~~ad~~ magno sigillo suo Anglie sigillatas nobis significaverit, Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare, et eundem Thomam Davys in episcopum

Assaphen consecrare, iuxta formam Statut in ea parte editi et provisi voluimus cum
omni celeritate accommoda, prout per easdem lras patentes regias (ad quas habetur
relatio) plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem Serenissime dne
nre Regine mandato, pro officij nri debito parere, atque in huiusmodi confirmationis
negocio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere, Omnes
et singulos (si qui essent) Qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam
in hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad diem, locum,
et effectum subscriptos evocandos et citandos fore decrevimus Justitia mediante, Vobis
igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis
seu citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam
parochialem beate Marie de Archubus London, nre, et ecclie nre Metropolitice
xpi Cantuariensis Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in
aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem predictam, vel in alijs locis
publicis ubi videbitur expediens, Omnes et singulos oppositores (si qui sint) in spe-
cie, alioquin in genere, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in
hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, Quod compareant et
eorum quilibet compareat coram nobis, aut vicario nro in Spiritualibus generali et
Officiali principali in ecclesia de Archubus predicta, die Sabbati viz xvij die
presentis mensis Maij inter horas septimam et octavam ante meridiem eiusdem diei
cum Continuatione et prorogatione dierum et locorum extunc sequentium (si oportebit)
contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam (si sua putaverint
interesse) dictur. excepturi et oppositur. ulteriusque facturi et recepturi quod
iustum fuerit in hac parte et dicti negocij qualitas et natura de se exigunt et re-
quirunt, Intimantes insuper modo et forma precitatis omnibus et singulis
oppositoribus, (si qui sint) in specie, alioquin in genere, Quibus nos etiam harum
serie sic intimamus, Quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis
comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac
parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint sive non, Nos nihilo-
minus in dicto confirmationis negocio iuxta Juris et Statutorum huius Regni
Anglie in ea parte edit exigentiam procedemus, et procedere intendimus, ipsorum
sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante, Et quid
in premissis feceritis, nos aut vicarium nrum in Spiritualibus generalem et
Officialem principalem dictis die, hora, et loco debite et autentice certificetis, Dat
sub sigillo nro primo die mensis Maij Anno dni 1561 et nre Cons° Anno sedo.

Decimo septimo die mensis Maij Anno dni 1561 in ecclia parochiali beate
Marie de Archubus London, Coram venerabili viro magro Thoma yale legum
doctore Reverendissimi in xpo patris dni Matthei permissione divina Cantuariensis
Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani vicario in Spualibus gene-
rali et Officiali principali, in presentia mei Tohie Incent notarij publici comparuit per-
sonaliter Robertus Haynes Mandatarius etc et certificavit se executum fuisse hoc
presens mandatum in ecclia predicta, die dnica ultimo preterit viz xj° die
presentis mensis Maij iuxta formam retroscriptam, Super quibus fecit fidem,

prima Schedula
contra oppositores

In dei noie amen Nos Thomas yale legum doctor Reverendissimi in
xpo patris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepi
totius Anglie primatis et Metropolitani vicarius in Spualibus generalis
et Officialis principalis sufficienter et legitime deputatus, In negocio confir-
mationis electionis de persona venerabilis et egregij viri magri Thome
Davys legum doctoris in epum et pastorem ecclie cathis Assaphen electi,
facte et celebrate rite et legitime procedentes, Omnes et singulos oppositores
qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam
dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis
istis die, hora et loco, si sua putaverint interesse contra dictam electionem,

formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos, excepturos et proposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes ad peticionem procuratoris decani et capituli ecclesie cathedralis Assaphensis predicte pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, et personam electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis. Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negocio procedendum fore, iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine amen, Coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano, eiusve Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali, pars venerabilium virorum decani et capituli ecclesie cathedralis Assaphensis dicit, allegat et in hiis scriptis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis videlicet quod sedes episcopalis Assaphensis per translacionem domini Richardi Davies ultimi episcopi Assaphensis, ad sedem episcopalem Menevensem translati nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio destituta extitit, hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit coniunctim divisim et de quolibet.

Item quod dicta sede episcopali Assaphensi (ut prefertur) dudum vacante, decanus et capitulum ecclesie cathedralis predicte capitulariter congregati et capitulum facientes, (licentia regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem, ac domum suam capitularem ecclesie cathedralis predicte ad electionem futuri episcopi Assaphensis celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt, Ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios, sub poena et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negocio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt hocque fuit et est verum etc. Et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis videlicet   die mensis   ultimo preterito capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes (servatis primitus per eos de iure et de dicte ecclesie cathedralis consuetudine servandis) habito primitus per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in episcopum et pastorem ecclesie predicte, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum magistrum Thomam Davys legum doctorem in eorum et dicte ecclesie cathedralis Assaphensis episcopum elegerunt, et ecclesie memorate de eodem providerunt, Et ponit ut supra.

Item quod electio huiusmodi et persona electa die prenotato in ecclesia cathedrali Assaphensi predicta coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt, Et ponit ut supra.

Item quod dictus venerabilis vir magister Thomas Davys in episcopum ecclesie Assaphensis (ut premittitur) electus, huiusmodi electioni de se et persona sua facte et celebrate ad humilem peticionem eorundem decani et Capituli debitis loco et tempore consensit ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eundem lectis, Et ponit ut supra.

Item quod prefatus magister Thomas Davies fuit et est vir providus et discretus, literarum scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, acnon deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra.

Item quod prefati decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam serenissime domine nostre regine Elizabethe per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas, pro officii sui debito iuxta statutum huius regni Anglie significarunt et intimarunt, hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra.

95

Item quod, presentato pro parte decani et capituli antedicti eidem regie sublimitati processu electionis huiusmodi, eadem serenissima domina nostra regina, pro sua clementia regia, huiusmodi electioni de persona prefati magistri Thome Davyes (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, hocque fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item quod dicta serenissima domina nostra regina, vobis prefato reverendissimo patri de assensu et consensu suis regiis huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit verum etiam per earundem literarum suarum patentium tenorem vobis rogando mandavit quatenus vos electionem predictam, et personam electam huiusmodi confirmare, ipsumque episcopalibus insigniis insignire et decorare, ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore, hocque fuit et est verum. Et ponit ut supra.

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta, pariter et famosa, ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama. Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam quidem faciendam, offert se pars dictorum decani et capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam electionem, et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte tenorem, curamque regiminis et administrationem episcopatus Assaphensis eidem electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus Assaphensis, iuriumque et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes, siqui forsan in eodem negocio intervenerint. Quam proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim, non artans se ad omnia et singula premissa probandum, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis, eatenus obtineat in petitis, iuris beneficio et dicte domine nostre regine gratia speciali in omnibus semper salvis, vestrum officium domine iudex antedicte humiliter implorando.

Consensus electi Assaphensis

In dei nomine Amen. Ego Thomas Davies legum doctor in episcopum et pastorem dicte cathedralis Assaphensis rite et canonice electus, atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in ea parte facte et celebrate, ex parte et per partem venerabilium virorum decani et capituli dicte cathedralis Assaphensis predicte instanter requisitus, dei omnipotentis fretus clementia, electioni predicte de me et persona mea (ut prefertur) facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis patris, filii et spiritus sancti consentio, ac consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis. Per me Thomam Davies.

Lecta fuit per supranominatum magistrum Thomam Davies in edibus solite habitationis magistri Thome Yale legum doctoris, infra parochiam sancti Gregorii civitatis et diocesis London situatis xvjo die mensis Maij Anno domini 1561 ad petitionem magistri Iohannis Gorwell clerici procuratoris decani et capituli dicte cathedralis Assaphensis (ut asseruit) in hac parte sufficienter constituti, in presentia mei Iohannis Incent notarii publici Registrarii primarii Reverendissimi domini Archiepiscopi Cantuariensis etc. presentibus tunc et ibidem dicto magistro Thoma Yale legum doctore, et David Trevor literato testibus etc.

Certa Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen. Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis legitime deputatus, in negocio confirmationis electionis de persona venerabilis et egregii viri magistri Thome Davies legum doctoris in episcopum et pastorem dicte cathedralis Assaphensis electi, facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco si sua putaverint interesse contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturi, excepturi et opposituri, legitime et peremptorie citatos, sepiusque publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam aliquid dicentes, excipientes vel opponentes, ad petitionem procuratoris decani et Capituli dicte ecclesie cathedralis Assaphensis predicti pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolacionem sententie sive decreti finalis in hac causa ferendi, eorundem sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante

Iuramentum dni electi Assaphen

I Thomas Davis elected Busshoppe of St Assaphat do utterlie testefie and declare in my Conscyence, That the Quenys highnes ys the only Supreme Governo^r of thys Realme, and of all other her highnes dominions and countreys, as well in all Spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as temporall And that no forreyne prince, person, prelate, State, or potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power, Superiority, preeminence, or Authorytye ecclesiasticall or Spirituall within thys Realme. And therfore I do utterlie renounce, and forsake all forreyne Jurisdictions, powers, Superiorities, and Authorities, And do promisse, that from henceforth I shall bear faith and true Allegeaunce, to the Quenys highnes her heires and lawfull Successors, and to my power shall assist and defend all Jurisdictions, privileges, preeminences, and authorities graunted or belonging to the Quenys highnes her heires and Successours, or united and annexed to the imperiall Crowne of thys Realme So helpe me god and by the Contentes of thys Booke.

Sententia diffinitiva

In dei nomine amen, auditis, visis, et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Mathei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Vicarium in Spiritualibus generalem et Officialem principalem sufficienter et legitime deputatum, meritis et circumstanciis cuiusdam cause sive negocii confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Thome Davies legum doctoris in episcopum Assaphensem per translacionem Reverendi in Christo patris domini Richardi Davies sacre theologie professoris ultimi et immediati episcopi Assaphensis ad eandem episcopalem Menevensem translati vacantem electi facte, quod coram nobis aliquandiu vertebatur, et in presenti vertitur et pendet indecisum, Rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negocio habito, et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de iure et statuto huius Regni Anglie in hac parte servandis, ad nostri finalis decreti sive sententie diffinitive confirmationis in huiusmodi negocio ferende prolacionem sic duximus procedendum, et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per acta exhibita, producta et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negocio comperimus et luculenter invenimus electionem ipsam per decanum et Capitulum ecclesie cathedralis Assaphensis predicte de prefato magistro Thoma Davyes electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo procreato matrimonio, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse seu obviare, quominus in episcopum Assaphensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco nos Thomas Yale legum doctor Vicarius in Spiritualibus generalis et officialis principalis antedictus attentis premissis et aliis virtutum meritis quibus prefatus electus Assaphensis fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes, de et cum concilio iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, electionem predictam de eodem magistro Thoma Davies factam et celebratam auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis in hac parte commissa confirmamus, defectus quoscumque in dicto Electionis negotio (si qui forsan fuit) intervenientes, Quantum in nobis est et de iure possumus, supplendo et supplentes per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ad petitionem partium ita [illegible] ferimus et promulgamus in his scriptis

Consecratio dni Thome Davies Epi Assaphen

Die Lune viz xxj° die mensis Maij Anno dni 1561 in Capella reverendissimi in xpo patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Croydon dicte dioc Cantuar Iurisdictionis immediate, Idem Reverendissimus pater auctoritate literarum Commissionalium patentium illustrissime in xpo principis et dne nre dne Elizabethe dei gra Anglie Francie et Hibernie regine, fidei defensoris etc. sibi in hac parte directarum, assistentibus sibi reverendis patribus dnis Richardo Meneven et Edmundo Roffen respective Epis, munus Consecrationis Reverendo patri dno Thome Davies legum doctori, (adhibitis de ritu et more dicte Anglicane Insigniis et Ceremoniis adhibendis) impendebat; Ipsumque Episcopalibus Insigniis decoravit Act in presentia mei Edwardi Orwell, notarii publici Surrogati magistri Iohis Incent Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris / presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris magistro Thoma Yale legum doctore Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali dicti Rmi patris, Georgio Harrison notario publico et Iacobo Iohnson Registrario principali epi London cum multis aliis, testibus etc.

Meneven

Confirmatio Electionis dni Ricardi Davies Epi Meneven

Acta habita et facta in Negocio Confirmationis electionis

Reverendi in xpo patris dni Richardi Davies sacre theologie professoris, ac nuper Assaphen epi in epum et pastorem dicte cathis Meneven per Precentorem et Capitulum dicte cathis Meneven predict. electi in dicta pochiali Beate Marie de Archubus London, dicte dioc Cantuar Iurisdictionis immediate xxj° die mensis Maij Anno dni 1561 coram Venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore Reverendissimi in xpo patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi, totius Anglie Primatis et Metropolitani, mediantibus literis patentibus illustrissime in xpo principis et dne nre dne Elizabethe dei gra Anglie Francie et Hibernie regine, fidei defensoris etc. ei in hac parte directis, eiusdem fulcitis, Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali sufficienter et eiusdem deputato, in presentia mei Iohis Incent Notarii publici dicti Rmi patris Registrarii primarii / viz /

Die et Loco predictis, inter horas tertiam et quartam post meridiem eiusdem diei, Comparuit personaliter magister Gilbertus Potter notarius publicus et presentavit dicto magistro Thome Yale tunc et ibidem pro Tribunali sedenti, literas patentes regias prefato Rmo patri dno Mattheo Archiepo Cantuar in hac parte directas, Quibus per me Iohem Incent Registrarium eiusdem de Mandato eiusdem magistri Yale publice lectis, Idem magister Yale ob honorem et reverentiam prefate Serenissime dne nre regine decrevit procedendum fore, iuxta vim, formam, et effectum earundem, Deinde dictus magister Potter exhibuit procuratorium suum literatorium pro venerabilibus viris Precentore et Capitulo dicte cath Meneven predict. et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Precentoris et Capituli sistebat et presentabat eidem magistro coram eodem magistro Yale / Venerabilem virum magistrum Iohem Powell clericum dicte cath Assaphen Canonicum et prebendarium, qui etiam exhibuit procuratorium suum literatorium pro antedicto Reverendo patre dno Richardo Davies electo, et fecit se partem pro eodem. Et tunc dictus Gilbertus Potter exhibuit Mandatum Citatorium originale alias contra Oppositores in huiusmodi negocio emanatum, una cum Certificatorio indorsi eiusdem, et accusavit Contumacias omnium et singulorum ad hos diem, horam et locum ad dicendum et opponendum contra electionem &c. si sua putaverint interesse citatorum &c. et nullo modo comparentium, et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces &c. Et tunc facta trina publica preconizatione omnium et singulorum Citatorum huiusmodi, et nullo eorum comparente, nec aliquid contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam opponere vel obijcere curante, dictus magister Yale vicarius in Spiritualibus antedictus ad petitionem dicti Gilberti Potter pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in hac parte eis et eorum cuilibet precludit, necnon ad ulteriora in dicto confirmationis negocio procedendum fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia seu Contumacia in aliquo non obstante, prout in Schedula per ipsum magistrum Yale lecta plenius continetur. Deinde dictus Potter dedit Summariam petitionem in Scriptis, et dictus ad eius petitionem decrevit procedendum fore Summarie et de plano, et assignavit eidem Potter ad probandum ad statim / Et tunc idem Potter in Subsidium probationis contentorum in dicta Summaria petitione exhibuit literas patentes regias magno Sigillo suo Anglie sigillatas, penes registrum remanentes, per quas (ut asseruit) apparet, dictum reverendum patrem, dominum Richardum Davyes in episcopum et pastorem dicte cathedralis Menevensis per Decanum et Capitulum dicte ecclesie cathedralis Menevensis rite et legitime fuisse et esse electum, necnon Schedulam Consensus dicti Reverendi patris domini Richardi Davies in Scriptis redactam, et manu propria ipsius domini electi subscriptam, per quam apparet dictum Reverendum patrem electioni de ipso et eius persona in hac parte facte et celebrate consensisse, necnon prefatam illustrissimam dominam reginam Elizabeth Consensum suum regium eidem electioni adhibuisse / Quibus sic factis dictus ad petitionem dicti Potter assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim, Et tunc dictus Potter in penam Contumaciarum citatorum huiusmodi et non comparentium exhibuit omnia et singula in dicto negocio per eum exhibita, et proposita, quatenus sibi conducunt &c. Et dictus ad eius petitionem assignavit ad concludendum ad statim, Et tunc dictus Potter conclusit cum domino iudicante secum etiam concludente. Qua conclusione sic facta dictus ad petitionem Potter assignavit ad audiendum Sententiam suo finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte opponentium vel obijcientium, dictus ad petitionem dicti Potter pronunciavit eos contumaces, et in penam Contumaciarum suarum huiusmodi, decrevit procedendum fore ad prolacionem Sententie diffinitive in huiusmodi negocio, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante / Deinde prestito Iuramento per prefatum Johannem Powell nomine procuratorio prefati domini electi ac in animam ipsius de fidelitate, obedientia, et Subiectione, prefate Serenissime domine nostre regine prestanda et exhibenda, necnon de renunciando refutando, et recusando omnem et quandam potestatem, auctoritatem, Iurisdictionem, et Superioritatem forinsecas iuxta vim, formam, et effectum Statuti Parliament. huius Regni Anglie in ea parte edit. et provis., dictus magister Yale ad petitionem dicti magistri Potter tulit et promulgavit Sententiam diffinitivam in Scriptis per eum lectis pronunciando declarando, ac cetera faciendo prout in eadem continetur, Super quibus omnibus et singulis, tam dictus Johannes Powell procurator domini electi Menevensis quam memoratus Potter me notarium publicum et Registrarium antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos Testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt, Postremo vero dictus magister Thomas Yale vicarius in Spiritualibus generalis et officialis principalis antedictus ad petitionem prefati magistri Johannis Powell procuratoris domini electi antedicti, decrevit sibi literas Testimoniales super omnibus et singulis premissis sic (ut prefertur) expeditis, necnon dictum dominum electum et confirmatum Menevensem inducendum et installandum fore in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus Menevensis, Iuriumque dignitatum, honorum, preeminentium et pertinentium suorum universorum iuxta morem et Consuetudinem laudabilem eiusdem ecclesie cathedralis Menevensis, (legibus et et Statutis modernis huius Regni Anglie non repugnant et adversant, presentibus tunc et ibidem Roberto Hawde, Thoma Blakmore, et David Trebord literatis et aliis testibus etc.

Lre patentes de assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie, Francie et Hibernie regina, fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri et predilecto et fideli nostro domino Mattheo Archiepiscopo Cant. ac aliis quibuscumque episcopis quorum in hac parte interest Salutem. Cum vacante nuper Sede episcopali Menevensi per translacionem Reverendi in Christo patris domini Thome Yonge permissione divina nuper eiusdem Sedis episcopi ad Archiepiscopatum Eboracensem ad humilem peticionem precentoris et Capituli Menevensis per literas nostras patentes licentiam concesserimus, alium sibi eligendi in episcopum et pastorem Sedis predicte, iidem precentor et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte Reverendum in Christo patrem Richardum nuper Assaphensem episcopum sibi et ecclesie predicte Menevensi elegerunt in episcopum et pastorem, prout per literas suas Sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem / Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, quatenus vos eundem Reverendum in Christo patrem Richardum in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Menevensis predicte sicut prefertur electum, electionemque predictam confirmare, et eundem episcopum et pastorem ecclesie predicte intronizare et investire, ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam legum et Statutorum in ea parte edit. et provis. velitis cum effectu / In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipsa apud Westmonasterium xviij° die Maij Anno regni nostri tertio. Ha. Cordell.

Procuratorium Capituli Menevensis

Pateat universis per presentes Quod nos precentor et Capitulum ecclesie cathedralis Menevensis, dilectum nobis in Christo magistrum Gilbertum Potter Registrarium dioc. Menevensis nostrum verum, certum, legitimum ac indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negociorumque nostrorum infrascriptorum gestorem et nuncium specialem nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per presentes. Damusque et concedimus eidem procuratori nostro potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis et nomine Capituli predicti coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cant. Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve Vicario in Spiritualibus generali et Officiali ac commissario quocumque comparendi nosque a personali comparicione excusandi ac causam et causas absentie nostre huiusmodi allegandi, proponendi et probandi, ac desuper si opus fuerit fidem faciendi et iurandi. Necnon literas electionis nostre Reverendo in Christo patri et domino, domino Richardo permissione divina Assaphensi episcopo presentandi, et electionem de eodem Reverendo patre nostro in pastorem nostrum fact. sibi intimandi, ac eum ut electioni huiusmodi de se et persona sua facte consentiat tempore et loco nostris requirendi. Ac etiam huiusmodi electionis processum coram eodem Reverendissimo patre seu eius Vicario in Spiritualibus generali quocumque producendi et exhibendi, atque in iudicio legitime comparendi, electionemque nostram predictam in autenticam formam redactam, ac Sigillo Capituli nostri signatam et sigillat. eidem Reverendissimo patri seu eius in Spiritualibus Vicario generali cuicumque presentandi et exhibendi, ac eandem electionem et de Reverendo patre electo persona auctoritate eiusdem Reverendissimi patris in debita iuris forma approbari et confirmari petendi, requirendi, et obtinendi / Et generaliter omnia et singula alia faciendi, exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, promittimusque nos ratum, gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dictus procurator noster fecerit in premissis vel eorum aliquo, sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes / In cuius rei Testimonium, quia Sigillum commune Capituli Menevensis ad presens pre manibus non habemus, ideo Sigillum venerabilis viri Vicarii generalis Cons. Bangoriensis presentibus apponi fecimus / Dat. primo die mensis Maij Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo primo.

Procuratorium domini electi Menevensis.

Pateat universis per presentes Quod Nos Richardus permissione divina Assaphensis

episcopus, electus in eundem Episcopalem Menevensem, Dilectos nobis in Christo magistrum Hugonem
Evans decanum ecclesie cathedralis Assaphensis, et dominum Johannem Powell clericum prebendarium
Assaphensem coniunctim et eorum utrumque per se divisim et in solidum, Ita quod non sit melior conditio
occupantis nec deterior subsequentis, Sed quod unus eorum inceperit id eorum alter
libere prosequi valeat mediare pariter et finire nostros veros, certos, et legitimos, ac
indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumque nostrorum infrascriptorum gestores
et nuncios speciales nominamus, ordinamus, facimus, et constituimus per presentes, Damusque
et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim (ut prefertur) et divisim utrique eorundem
potestatem generalem et Mandatum speciale pro nobis et nomine nostro coram Reverendissimo
in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuariensi
Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve in spiritualibus
vicario generali et officiali ac Commissario principali quocunque comparendi nosque
a personali comparitione excusandi, ac causam et causas absentie nostre huiusmodi allegandi,
proponendi et probandi ac desuper si opus fuerit fidem faciendi et iurandi
necnon electioni per Decanum et capitulum dicte cathedralis Menevensis de nobis et persona
nostra in Episcopum Menevensem in hac parte rite et legitime facte consentiendi ac
Consensum et Assensum nostros huiusmodi electioni rite constitute prebendi. Ac iustra
in hac parte quomodolibet requisita requirendi et petendi, Necnon Iuramenta
quecunque in hac parte licita et honesta, et precipue de obedientia domine nostre Regine
iuxta formam Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie editi in animam
nostram prestandi subeundi et iurandi. Et generaliter omnia alia et singula
faciendi, exercendi et expediendi que in premissis aut circa ea necessaria fuerint
seu quomodolibet oportuna, etiamsi Mandatum de se magis exigant speciale quam
superius est expressum, promittimusque nos ratum gratum, et firmum perpetuo
habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum alter fecerint aut
fecerit in premissis seu premissorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et
singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes. In cuius
rei Testimonium Sigillum nostrum magnum presentibus apponi fecimus. Dat.
vicesimo die mensis Maij Anno domini Millesimo, Quingentesimo lxjo.

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie
primas et Metropolitanus, Universis et singulis clericis et literatis quibuscunque
per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis salutem, gratiam, et benedictionem.
Cum vacante nuper sede episcopali Menevensi per translationem domini Thome
Yonge ad eandem Archiepiscopalem Eboracensem nuper translati, Decanus et capitulum
dicte cathedralis Menevensis predicte pro electione novi et futuri episcopi ibidem, (licentia regia
primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint,
atque in huiusmodi electione rite procedentes venerabilem confratrem nostrum dominum
Richardum Davys sacre Theologie professorem nuper Assaphensem episcopum in eorum
et dicte dicte cathedralis episcopum elegerunt, Cumque Serenissima in Christo princeps
et domina nostra domina Elizabeth dei gratia, Anglie Francie, et Hibernie
regina fidei defensor etc. ad huiusmodi petitionem eorundem Decani et
Capituli eidem electioni de persona prefati electi (ut premittitur) facte et
celebrate regium suum adhibuerit Assensum pariter et favorem, prout per
easdem literas patentes regias magno Sigillo suo Anglie sigillatas nobis
significaverit, Mandando quatenus electionem huiusmodi et personam electam
confirmare et eundem dominum Richardum Davys in episcopum Menevensem
confirmare iuxta formam Statuti in ea parte editi velimus cum omni celeritate
accommoda, prout per easdem literas patentes regias (ad quas
habeatur relatio) plenius liquet. Nos vero volentes eiusdem Serenissime
domine nostre regine Mandatis pro officij nostri debito parere, ac in huiusmodi
confirmationis negotio iuxta iuris et Statuti huius Regni Anglie exigentiam
procedere. Omnes et singulos (si qui sint) qui contra electionem formam
eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere
voluerint ad diem, locum, et effectum subscripta evocandos et citandos fore
decrevimus iustitia id postulante. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et

Citatio contra oppositores

firmiter iniungendo mandamus Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice altaque et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Archubus London ecclesie nostre Christi Cantuarien jurisdictionis immediate necnon per affixionem publicum in aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem predictam, vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere quicunque contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali in ecclesia parochiali predicta die Mercurii viz. xxj° die presentis mensis Maij inter horas secundam et tertiam post meridiem eiusdem diei, cum continuatione et prorogatione dierum et locorum extunc sequentium (si oporteat) contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) dicturi excepturi et proposituri ulteriusque facturi et recepturi quod justicia in hac parte suadebit et dicti negocii qualitas et natura de se exigunt et requirunt / Intimantes insuper modo et forma prerecitate omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie aliquin in genere. Quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die, hora et loco coram nobis comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam excipere vel opponere voluerint sive non. Nos nihilominus in dicto negocio iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis, nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem dictis die hora et loco debite certificetis / Dat. sub sigillo nostro Primo die Maij Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, primo, et nostre Consecrationis Anno Secundo.

Vicesimo primo die Maij Anno domini 1561 in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London ecclesie Christi Cantuarien jurisdictionis immediate Coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore vicario in spiritualibus generali Reverendissimi domini Archiepiscopi Cantuarien, in presentia mei Johannis Incent Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris Comparuit personaliter Robertus Haynes literatus et certificavit se executum fuisse presens Mandatum xvij° die presentis mensis Maij in ecclesia predicta iuxta omnem tenorem eiusdem, Super quibus fecit fidem.

prima Schedula contra oppositores

In dei nomine amen. Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Mathei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis legitime deputatus In negocio confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris et domini, domini Richardi Davyes sacre Theologie professoris nuper episcopi Assaphen in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Meneven electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, Omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam sic in hac parte electam, in debita iuris forma dicturi excepturi et proposituri legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris dicti Capituli ecclesie cathedralis Meneven predicte pronunciamus contumaces, et ipsos in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis / Ac etiam decernimus procedendum fore ad ulteriora in dicto confirmationis negocio iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et

Dno, dno Matthaeo permissione divina Cantuarien Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano, vestrove Vicario in Spualibus generali, Pars venerabilium virorum Precentoris et Capli ecclie cath. Menevensis dicit, allegat et in his Scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem per viam Summariae petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis viz qd Sedes epalis Menevensis per Translacionem dni Thome Yonge vltimi epi Menevensis ad Sedem Archiepalem Eboracensem translati nup vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio destituta extitit, Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum, pariter et famosum, Et posuit coniunctim et divisim et de quolibet.

Item qd dicta Sede epali Menevensi (vt praefertur) dudum vacante, Precentor et Capitulum dictae ecclie cathlis praedict. capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem, ac domum suam Capitularem dictae ecclie cath. praedict. ad electionem futuri epi Menevensis celebrandam unanimiter et concorditer praefixerunt, Ac omnes et singulos eiusdem ecclie Canonicos et Prebendarios Jus vocis, et interesse in eadem electione habentes seu habere praetendentes ad diem et locum praedict. in huiusmodi electionis negotio processur. et procedi visur. legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum &c. Et ponit vt supra.

Item qd praefati Precentor et Capitulum die et loco praefixis, viz die mensis vltimo praeterit. capitulariter congregati, et plenum capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et dictae ecclie cathlis consuetudine servandis) habito primitus per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in epum et pastorem ecclie praedict. Tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, Reverendum in Christo patrem dnum Richardum Davys nuper Assaphen epum in eorum et dictae ecclie Menevensis epum elegerunt, et dictae ecclie Menevensi de eodem providerunt Et ponit vt supra.

Item qd electio huiusmodi et persona electa, die praenotato in dicta ecclia cath. Menevensi praedict. coram clero et populo tunc ibm in Multitudine copiosa congregat. debite publicat. et declarat. fuerunt Et ponit vt supra.

Item qd dictus reverendus pater dnus Richardus Davys in epum dictae ecclie cathlis Menevensis (vt praefertur) electus, huiusmodi electioni de se et persona sua, (vt praefertur) factae et celebratae, ad humilem petitionem eorundem Precentoris et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, ac consensum et assensum suos eidem praebuit in Scriptis per eum lectis Et ponit vt supra.

Item qd praefatus reverendus pater dnus Richardus Davys fuit et est vir providus et discretus, literarum eminenti Scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in aetate legitima et ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo devotus, et dictae ecclie memoratae apprime notus, Hocque fuit et est &c. Et ponit vt supra.

Item qd praefati Precentor et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissimae dnae nrae Reginae Elizabethae per literas suas patentes Sigillo eorum communi roboratas, pro officii sui debito iuxta Statut. huiusmodi inclyti Regni Angliae significarunt et intimarunt, Hocque fuit et est verum, &c. Et ponit vt supra.

Item qd praedicto pro parte Precentoris et Capli audit. eidem Regiae Sublimitati processu electionis huiusmodi eadem Serenissima dna nra Regina pro sua Clementia regia huiusmodi electioni de persona praefati dni electi, (vt praefertur) factae et celebratae, Consensum et Assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet Hocque fuit et est verum &c. Et ponit vt supra.

105

Item quod dicta Serenissima dna nra Regina, vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis regijs huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam easdem literas suas patentes vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare, ipsumque spiritualibus insignijs insignire et decorare, ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi, velitis cum favore, Hocque fuit et Et ponit ut supra

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta, pariter et famosa, ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert se pars dictorum procuratorum et capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam electionem, et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum vim, curamque regiminis et administrationis spiritualis Menevensis eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti spiritualis Menevensis, iuriumque et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes si qui forsan in dicto electionis negotio intervenerint, Quod proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, Sed quatenus probaverit in premissis valeamus obtineat in petitis, iuris beneficio et dicte dne nre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis, Vestrum officium dne iudex antedicte humiliter implorando

Consensus dni electi Menevensis adhibit electioni

In dei noie Amen Ego Richardus Davys nuper Assaphen Epus, in Epum et pastorem dicte ecclesie Menevensis rite et canonice electus, Aliqua ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in ea parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum procuratorum et capituli eiusdem ecclesie instanter rogatus et requisitus, Dei omnipotentis clementia fretus, electioni predicte de me et persona mea (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem Dei omnipotentis patris, filij et spiritus sancti consentio, ac consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo eidem in hijs scriptis

per me Richardum Davys
Epum Menevensem electum

Lecta fuit huiusmodi Schedula per supranominatum reverendum patrem, dnum Richardum Davys electum Menevensem ad petitionem Gilberti Potter notarij publici procuratoris procuratorum et Capituli dicte ecclesie Menevensis in hac parte sufficienter constituti, de cuius procurationis mandato mihi notario publico subscripto sufficienter constabat in quodam basso conclavi infra edes strenui viri Mauritij Barkley, militis in vico vulgo nuncupato Flete strete Civitatis et dioc London notorie situat xxj die mensis Maij Anno dni 1561 in presentia mei Johis Incent notarij publici Registrarij primarij Reverendissimi dni Archiepi Cantuarien, presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris magistris Thoma Davys electo Assaphen, Thoma Yale legum doctore, et Johe Pownoll alio testibus &c.

Secunda Schedula contra oppositores

In dei noie Amen nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et dni, dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani vicarius in spiritualibus generalis legitime deputatus, In negotio confirmationis electionis de persona reverendi in Christo patris et dni, dni Richardi Davys sacre theologie professoris nuper Epi Assaphen in Epum et pastorem ecclesie cathedralis Menevensis elect, facte et celebrate rite et legitime procedentes, Omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis iste die, hora et loco sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos, excepturos et proposituros quicunque, et peremptorio citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris precentoris et Capituli dicte ecclesie cathedralis Menevensis predicte, pronunciavimus contumaces, ac in poenam contumaciarum suarum huiusmodi decrevimus procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive sive decreti finalis in huiusmodi negotio ferendum, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Juramentum prestitum per Dominum electum Menevensem

I Richard Davys elected Busshoppe of Saint Davys do utterly testefie and declare in my Conscyence, that the Quenys highnes ys the onelie supreame governo^r of this Realme, and of all other her highnes dominions and contreys, as well in all Spirituall or Ecclesiasticall thinges or causes as temporall, And that no forrayne prince, person, prelate, State or potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power, superioritie, preeminence or Auctoritie ecclesiasticall or Spirituall within this Realme And therefore I do utterlie renounce and forsake all forrayne Jurisdictions, powers, superiorities, and Auctorities, And do promise that from hensforth I shall bear faith and true allegeaunce to the Quenys highnes her heires and lawfull Successors, and to my power shall assist and defend all Jurisdictions, priviledges, preeminences, and Auctorities graunted or belonging to the Quenys highnes her heires and Successors, or united and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme So helpe me god and by the contents of this booke.

Sententia diffinitiva

In dei nomine Amen auditis, visis, et intellectis, ac plenarie, ac mature discussis per nos Thomam Yale legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Vicarium in Spiritualibus generalem legitime deputatum meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Richardi Davys nuper Assaphensis episcopi in episcopum Menevensem per translationem Reverendi in Christo patris domini Thome Yonge nuper Menevensis episcopi ad eundem Archiepiscopatum Eboracensem translati vacantem, electi, facte et celebrate, Quod coram nobis aliquamdiu vertebatur et adhuc vertitur, et pendet indecisum. Rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito, et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de iure et Statuto huius Regni Anglie in hac parte servandis, ad nostri finalis decreti, sive sententie diffinitive confirmationis in huiusmodi negotio ferende prolationem sic duximus procedendum, et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus, electionem ipsam per precentorem et Capitulum dicte ecclesie cathedralis Menevensis predicte de prefato Reverendo patre domino Richardo Davys electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libere, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem Reverendo patri electo huiusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse seu obviare, quominus in episcopum Menevensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari, Idcirco nos Thomas Yale Vicarius antedictus attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus electus Menevensis fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes, de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, electionem predictam de eodem Reverendo patre factam et celebratam auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis commissa confirmamus, Defectus quoscunque (siqui forsan sint) intervenientes, quatenus in nobis est et de iure possumus supplentes, et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ad petitionem partium ita petentium ferimus et promulgamus in his scriptis.

Advocatio concess. per Epum Meneven. Dno Archiepo Cant.

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens Scriptum pervenerit, Richardus permissione divina Menevensis episcopus Salutem in domino sempiternam, Cum tam de antiqua laudabili, longeva et legitime prescripta Consuetudine hactenus inconcusse usitat. et observat. quam etiam de singulari prerogativa ecclesie metropolitice Christi Cant. fuerit et sit usitatum et observatum, quod Archiepiscopus Cantuarien. pro tempore existens, cuilibet Suffraganeorum suorum in episcopum alicuius ecclesie cathedralis sue Cantuarien. provincie electo, statim post confirmationem suam, unum clericum idoneum nominare et presentare possit, Cui idem electus confirmatus tenebitur quam primum facultas se obtulerit in sua ecclesia cathedrali de aliqua dignitate Canonicatu et prebenda, vel de alio competenti beneficio ecclesiastico providere, Ac interim eundem clericum ad huiusmodi dignitatem, Canonicatum et Prebendam seu beneficium huiusmodi sic promovendum acceptare et admittere, necnon sibi pensionem annuam quinque librarum constituere tantisper solvendam et impendendam quousque eidem clerico de aliqua dignitate, Canonicatu et Prebenda vel de alio competenti Beneficio huiusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum, Sciatis igitur nos prefatum Richardum episcopum Menevensem antedictam, Iura, libertates, Consuetudines, et prerogativam ecclesie Metropolitice Christi Cantuarien. pro posse meo adimplere volentes, dedisse, concessisse, et hoc presenti Scripto nostro confirmasse Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, advocationem, nominationem, presentationem liberamque dispositionem et ius patronatus prebende de llan Byster sive porcionarie in ecclesia Collegiata de Brecknock nostrorum patronatus et dioc. cum illam per mortem, Resignationem, Cessionem, dimissionem, permutationem, aut alio quocumque modo post datum presentium vacaverit, Habendum tenendum et gaudendum prefato Reverendissimo patri executoribus et Assignatis suis dict. advocationem nominationem presentationem, liberam dispositionem et ius patronatus prebende de llan Bister sive porcionarie predict. pro unica vice tantum, Ita quod bene liceat et licebit prefato Reverendissimo patri executoribus et Assignatis suis ad libitum suum auctoritate presentium, quamcumque personam idoneam ad dictam Prebendam sive porcionariam cum eandem post dat. presentium vacare contigerit nominare et presentare, ac literas nominationis et presentationis de predicta Prebenda de llan Byster sive porcionaria cuicumque persone idonee facere et concedere, Ac omnia alia et singula facere exercere et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, adeo plene, libere, et integre, ac in tam amplis modo et forma prout nos prefat. episcopus faceremus et perimpleremus si hec presens nostra Concessio sive Confirmatio inde facta non fuisset. Et si contigat hanc nostram Donationem sive concessionem ratione forsan alicuius prioris donationis sive Concessionis inde facte per predecessores nostros seu quovis alio modo suum debitum non sortiri effectum, Tunc et in eo casu volumus et concedimus pro nobis et Successoribus nostris quod hec nostra donatio et concessio se extendat ad secundam, ac etiam in casu simili ad tertiam vel quartam vacationem prebende vel porcionarie predict. donec et quousque aliqua una persona idonea presentata per dictum Reverendissimum nunc predict. executores aut Assignatos suos loci Ordinario pro Tempore existenti dicta Prebenda de llan Byster sive porcionaria pro unica vice plene et libere gavisus fuerit / In cuius rei Testimonium Sigillum meum presentibus apponi fecimus / Dat. xxvijo die mensis Maij Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo 2do, et nostre Translationis Anno 2do

Glocestren

Confirmacio Electionis Domini Ricardi Cheney Epi Glocestren

Acta habita et facta in negocio Confirmationis Electionis venerabilis viri magistri Richardi

Cheney sacre Theologie Baccalaurei in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Glocestren. electi decimo octavo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo, Secundo Regnique domine nostre Regine Elizabeth Anno Quarto in ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London ecclesie Christi Cantuarien. Iurisdictionis immediate, coram venerabili viro magistro Thoma yale legum doctore, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani, mediantibus literis patentibus Regiis in hac parte legitime fulcit-

Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali legitime deputato, in presentia mei Johannis Fuerut notarii publici dicti Reverendissimi patris Registrarii primarii prout sequitur viz /

Die et loco predictis, inter horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei / ponatis coram prefato magistro Thoma Yale legum doctore patentes regiis, et per me prefatum Notarium publicum de mandato dicti magistri Yale publice lectis / Idem magister Yale ob reverentiam et honorem dicti Serenissimi domini nostri Regis, acceptavit in se onus executionis literarum patentium regiarum huiusmodi et decrevit procedendum fore iuxta vim, formam, et effectum earundem / Deinde comparuit personaliter magister Thomas Tailor alias Barker notarius publicus et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et capitulo ecclesie cathedralis Gloucestrensis et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani et capituli presentavit eidem magistro Yale vicario in spiritualibus antedicto probum virum magistrum Richardum Stevenson artium magistrum, et registrarium dicti Vicarii assistentem, qui exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Richardo Cheyney electo huiusmodi, et fecit se partem pro eodem / Et tunc dictus magister Thomas Taylor exhibuit Mandatum Citatorium originale una cum Certificatorio in dorso super exhibitione eiusdem / et petiit omnes et singulos oppositores citatos preconizari / Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum ad fores ecclesie parochialis predicte et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte opponente / dictus magister Taylor accusavit eorum contumacias et petiit eos reputari contumaces, ac eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, et personam electam precludi / Ad cuius petitionem dictus dominus Vicarius generalis pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam earundem viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit / necnon ad petitionem dicti Taylor ad ulteriora in eodem confirmationis negotio procedendum fore decrevit, prout in Schedula per eum lecta plenius continetur / Qua quidem Schedula sic lecta prefatus Taylor in presentia dicti magistri Richardi Stevenson procuratoris dicti electi Gloucestrensis dedit Summariam petitionem in scriptis, quam petiit admitti / Ad cuius petitionem dominus admisit dictam Summariam petitionem quatenus de iure est et assignavit dicto Tailor ad probandum ad statim, Deinde idem Taylor in subsidium probationis contentorum in dicta Summaria petitione, exhibuit literas patentes regie maiestatis de consensu suo regio eidem electioni de prefato magistro Richardo Cheyney facte et celebrate adhibito, ac prefato Reverendissimo patri pro confirmatione eiusdem electionis directas per quas inter alia manifeste constat prefatum magistrum Richardum Cheyney in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Gloucestrensis per decanum et capitulum eiusdem ecclesie electum fuisse / Quibus sic gestis, dominus ad petitionem eiusdem Taylor assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim / Et tunc prefatus Thomas Taylor exhibuit omnia et singula per eum in dicto negotio exhibita et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter nec alio modo, Et tunc dominus ad petitionem Taylor assignavit sibi ad concludendum ad statim dicto magistro Taylor concludente cum domino secum etiam concludente / Qua conclusione sic facta, dominus ad petitionem ipsius Taylor assignavit ad audiendum sententiam suam finalem decretum ad statim / Consequenter vero facta alia trina preconizatione oppositorum sic ut premittitur citatorum, et nullo modo comparentium, nec quicquam in hac parte opponentium, dominus ad petitionem dicti Taylor pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive, sive decreti finalis in hac causa ferendum, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in Schedula per eum lecta plenius continetur / Quibus sic in ordine gestis

Dominus ad peticionem ipsius Taylor tulit et promulgavit Sententiam diffinitivam in Scriptis per eum lectis, pronunciando, decernendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur / Super quibus omnibus et singulis premissis tam prefatus magister Richardus [illegible] procurator dicti electi prestans Iuramentum corporale in animam ipsius electi de Recognoscendo supremam Regiam auctoritatem iuxta formam Statuti etc. quam memoratus Thomas Taylor alias Barker, me eundem notarium publicum et Registrarium antedictum sibi unum vel plura, publicum, seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective Rogarunt et Requisiverunt. Postremo dominus ad peticionem eorundem procuratorum respective decrevit dictum dominum electum et confirmatum consecrandum et Benedicendum fore, Curamque Regimen et administrationem Spiritualium et temporalium dicti Episcopatus Glouc. eidem domino electo et confirmato commisit, ipsumque in Realem, actualem, et corporalem possessionem dicti Episcopatus, Iuriumque, dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum, et intronizandum fore etiam decrevit per dominum Archiepiscopum Cant. vel suos deputatos iuxta ecclesie cathedralis Glocestrie morem et consuetudinem, legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversantibus. Presentibus tunc et ibidem Edwardo Orwell notario publico, et Willelmo Walker literato testibus etc. / — / — / — /

Lre patentes de Consensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina, fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli suo, domino Matheo Archiepiscopo Cantuar. ac alijs quibuscumque quorum in hac parte interest Salutem / Cum vacante nuper Sede Episcopali Glouc. per mortem naturalem ultimi Episcopi eiusdem, ad humilem peticionem decani et Capituli ecclesie nostre cathedralis Glouc. per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Episcopum et pastorem Sedis predicte, Idem decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte, Dilectum nobis in Christo Richardum Cheny sacre Theologie Bacchalaurium sibi et ecclesie predicte elegerunt in Episcopum et pastorem prout per literas suas Sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet / Nos electionem illam acceptantes, eidem electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, Quatenus vos eundem Richardum Cheny in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Glocestrie predicte sic (ut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare, et eundem Richardum Cheny Episcopum et pastorem ecclesie predicte consecrare ceteraque omnia et singula peragere, que vestro in hac parte incumbunt Officio pastorali iuxta formam Statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes / Teste me ipsa apud Westmonasterium decimo quinto die Aprilis Anno Regni nostri quarto /

Procuratorium Capituli Glocestrie ad petendum Electionem confirmari

Pateat universis per presentes / Quod nos decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Glocestrie, unanimi assensu et consensu nostris / Dilectos nobis in Christo magistros Johannem Woodward, artium magistrum / Christoferum [illegible] clericum prebendarios in ecclesia cathedrali Glouc. predicta et Thomam Taylor alias Barker notarium publicum communiter et divisim nostros veros, certos, legitimos, ac indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus ordinamus, facimus, et constituimus per presentes / Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris communiter et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice, loco, et nominibus nostris, venerabilem virum magistrum Richardum Cheny sacre Theologie Bacchalaurium in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Glocestrie predicte per nos vigore licentie Regie nobis in hac parte facte alias electum, temporibus et locis congruis et oportunis adeundi, sibique de parte nostra, ad consentiendum electioni de persona sua in ea parte facte et celebrate, debita cum instantia petendum et requirendum / Necnon electionem predictam per nos de persona prefati [illegible] magistri Richardi Cheyney (ut prefertur) factam et celebratam illustrissime in Christo principi et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie et Hibernie regine, fidei defensori ac dicte ecclesie cathedralis patrone et fundatrici notificandi et intimandi, ac eius assensum et consensum regios in ea parte humiliter implorandi / Ac decretum electionis predicte, et personam per nos (ut premittitur) electam, coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano eiusque Vicario in Spiritualibus generali seu Commissario quocumque putandum et exhibendum / Ac ipsum decretum seu processum electionis predicte et personam sic (ut prefertur) electam in debita iuris forma approbari et confirmari / Defectusque siqui forsan in ea parte intervenerint debite suppleri petendum requirendum et obtinendum / Agendique et defendendum ac litem seu lites contestandum et contestari videndum / Articulum seu articulos, libellum seu libellos, seu quascumque summarias petitiones dandum et proponendum / Testes, literas et instrumenta, ac alia quecumque probationum genera producendum et exhibendum / Testesque huiusmodi iurari videndum et audiendum / In causa seu causis concludendum et concludi videndum / Dictumque confirmationis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendum / Necnon administrationem omnium et singulorum spiritualium et temporalium dicti episcopatus eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem eiusdem episcopatus, iuriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum, et pertinentium suorum universorum induendum et inthronizandum seu decerni petendum requirendum, et obtinendum / Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum, promittimusque nos ratum, gratum, ac firmum perpetuo habituros, totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum alter fecerint vel fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum, et in ea parte cautionem exponimus per presentes / In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis, (eo quod Sigillum nostrum Capitulare ad manus non habemus) presentibus apponi fecimus / Dat. viij^to die mensis Aprilis Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Secundo. /

Procuratorium Domini Electi Glocestrensis

Pateat universis per presentes, Quod ego Richardus Cheyney sacre theologie Bacchalaureus in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Gloucestrensis per decanum et Capitulum eiusdem ecclesie cathedralis predicte rite et legitime electus, dilectos mihi in Christo Richardum Stephenson artium magistrum et T. C. meos veros, certos, legitimos, ac indubitatos procuratores, actores, factores negotiorumque meorum gestores, et nuncios speciales ad infrascripta nomine meo ordino, facio, et constituo per presentes / Doque et concedo eisdem procuratoribus meis coniunctim et eorum alteri per se divisim potestatem generalem et mandatum speciale pro me, ac vice, loco, et nomine meis, coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano, eiusve vicario in Spiritualibus generali, aut Commissariis quibuscumque comparendum, meque a personali comparitione excusandum ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandum et proponendum ac si opus fuerit, fidem desuper faciendum et iurandum / Electionemque de me et persona mea, ad dictum episcopatum Glocestrensem per prefatum decanum et Capitulum, factam et celebratam approbari et confirmari, meque in episcopum Glouc. predict. recipi et admitti, ac in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti episcopatus Gloucestrensis, iuriumque et pertinentium suorum universorum induci et inthronizari petendum, requirendum, et impetrandum, et decretaque quecumque in hac parte necessaria et oportuna fieri et interponi petendum et obtinendum, Iuramentum insuper tam de fidelitate, subiectione, et obedientia dicte Serenissime domine nostre Regine Elizabethe, heredibus, et successoribus suis prestandum et exhibendum, necnon de renunciando recusando, et refutando omnem et omnimodam authoritatem, potestatem, iurisdictionem, et superioritatem forinsecas et extraneas secundum formam, et effectum Statuti huius inclyti Regni Angliæ in hac parte editi et provisi, quam aliud quodcumque Iuramentum licitum et honestum, ac de Iure, legibus, et Statutis huius Regni Angliæ in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandum, subeundum et iurandum / Et generaliter omnia et singula alia faciendum, exercendum exequendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittoque me ratum, gratum, et firmum perpetuo habiturum, totum et quicquid dicti procuratores mei seu eorum alter fecerint vel fecerit in premissis / vel aliquo eorundem sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum tam presentium quam futurorum, et in ea parte Cautionem expono per presentes / In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestrensis presentibus apponi fecimus / Et Nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus / Dat. xiiij° die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo

Citatio contra Oppositores

Matthew permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliæ Primas et Metropolitanus, Universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem, graciam, et benedictionem / Cum vacante nuper Sede Episcopali Glocestrensis per obitum bone memorie domini Iacobi Brokes sacre Theologie professoris ultimi et immediati Episcopi Glocestrensis, decanus et Capitulum ecclesie cathedralis predicte, pro electione novi et futuri Episcopi ibidem, (licencia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint, et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negotio rite procedentes, venerabilem virum, magistrum Richardum Cheny, sacre Theologie Bachalaureum, in eorum et dicte ecclesie cathedralis Episcopum et pastorem elegerint. Cuique serenissima in Christo princeps, et domina nostra, domina Elizabetha dei gratia Angliæ Francie et Hibernie Regina, fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli, eidem electioni de persona prefati electi, Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas patentes Regias magno Sigillo suo Angliæ sigillatas nobis significaverit, Mandando, Quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare, et eundem Richardum Cheny in Episcopum Glocestrensis consecrare, iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi, velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes Regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem Serenissime domine nostre Regine Mandatis pro officii nostri debito parere, ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Angliæ exigentiam procedere. Omnes et singulos, (siqui essent) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad diem, locum, et effectum subscriptos, vocandos et citandos fore decrevimus iustitia id poscente / Vobis igitur communiter et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice, altaque et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Arcubus London nostre et ecclesie nostre Metropolitice Christi Cant. Iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem predictam, vel in aliis locis prout vobis videbitur expediens, Omnes et singulos oppositores, (siqui sint) in specie alioquin in genere, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat, coram nobis, aut Vicario nostro in spiritualibus generali, et Officiali principali, in eadem ecclesia de Arcubus die Sabbati viz. decimo die huius mensis Aprilis, inter horas septimam et octavam ante meridiem eiusdem diei cum Continuatione et prorogatione dierum et locorum extunc sequentium (si oporteat) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicturi, excepturi, vel opponere, volturique facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte, et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes insuper modo et forma prescriptis omnibus et singulis oppositoribus (siqui sint) in specie, alioquin in genere, quibus nos etiam harum serie sic intimamus, Ad sive ipsi sic citati dictis die, hora et loco coram nobis comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi dicere, excipere, vel opponere voluerint, sive non, Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus, et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis, Nos, aut Vicarium nostrum antedictum, dictis die, hora et loco debite et autentice certificetis. Dat. sub Sigillo nostro xijo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, secundo, et nostre Consecrationis Anno tertio.

Certificatorium super executione dicti Citatorii

Decimo octavo die mensis Aprilis Anno domini 1562 in Ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London, coram magistro Thoma Yale legum doctore, Vicario in spiritualibus generali Reverendissimi domini Archiepiscopi Cantuar. in presentia mei Johannis Incent notarii publici, Registrarii &c. Comparuit personaliter Robertus Heynes literatus Mandatarius &c. et certificavit se executum fuisse hoc presens mandatum in Ecclesia parochiali beate Marie de Archubus predict., xvijo die presentis mensis Aprilis, iuxta vim, formam, et effectum eiusdem, super quibus fecit fidem.

Prima Schedula contra Oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis, et Officialis principalis legitime deputatus, In negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Richardi Cheyney sacre Theologie Bacchalaurei in Episcopum et pastorem Ecclesie cathedralis Gloucestrensis electi, facte et celebrate, rite et legitime procedentes, Omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionem, formam et eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die, hora, et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, in debita Juris forma dicturos, excepturos et proposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris decani et Capituli Ecclesie cathedralis Gloucestrensis predicte pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumacie suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, et personam electam huiusmodi precludimus in hiis Scriptis. Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statut. huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre, et domino domino Mattheo permissione divina Cant. Archiepiscopo, totius Anglie primate et Metropolitano, vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali, pars venerabilium virorum decani et Capituli Ecclesie cathedralis Gloucestrensis dicit, allegat, et in hiis Scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem viam summarie petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis videlicet Quod Sedes episcopalis Gloucestrensis per mortem naturalem domini Jacobi Brokes sacre Theologie professoris ultimi Episcopi Gloucestrensis nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio destituta extitit, hocque fuit et est verum publicum, notorium, manifestum, pariter et famosum. Et ponit coniunctim, divisim et de quolibet.

Item Quod dicta Sede episcopali Gloucestrensi (ut prefertur) dudum vacante, decanus et Capitulum Ecclesie cathedralis predicte capitulariter congregati, et Capitulum facientes, (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem Ecclesie cathedralis predicte, ad electionem futuri Episcopi Gloucestrensis celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem Ecclesie

Canonicos et prebendarios suos, vocem et interesse in eadem electione habentes, seu ~
habere pretendentes, ad diem, et locum predictos in huiusmodi electionis negocio processuros
et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt, Hocque fuit et est verum etc. ~

3 Item quod prefati decanus et Capitulum, die et loco prefixis, viz   die mensis ~
ultimo preterit. capitulariter congregati, et plenum capitulum facientes, (servatis
primitus per eos de iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habito
per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis
predicte, Tandem unanimiter et concorditer, nullo eorum contradicente vel reclamante, ~
venerabilem virum magistrum Richardum Cheyney sacre theologie bacchalaureum, in eorum ~
et dicte ecclesie cathedralis episcopum elegerunt, et ecclesie memorate de eodem providerunt et ponit etc.

4 Item quod electio huiusmodi et persona electa, die prenotato, in ecclesia cathedrali Glocestrensi predicta
coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et
declarate fuerunt. Et ponit ut supra.

5 Item quod dictus venerabilis vir magister Richardus Cheyney in episcopum ecclesie cathedralis
Glocestrensis (ut prefertur) electus electioni de persona sua in ea parte facte et celebrate, ad humilem petitionem eorundem decani et
Capituli debitis loco et tempore consentiebat, ac consensum et assensum suos eidem prebuit ~
in Scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra.

6 Item quod prefatus magister Richardus Cheyney fuit et est vir providus et discretus,
litterarum eminenti Scientia, vita et moribus merito commendatus, liber, et de legitimo ~
matrimonio procreatus, atque in etate legitima, et ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo
devotus, et ecclesie memorate apprime necessarius, Hocque fuit et est etc. Et ponit ut sup.

7 Item quod prefati decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam, Serenissi:
me domine nostre Regine Elizabethe, per litteras suas patentes sigillo eorum communi
roboratas, pro officii sui debito iuxta Statuta huius incliti Regni Anglie significarunt
et intimarunt. Hocque fuit et est etc. Et ponit ut supra.

8 Item quod presentato pro parte decani et Capituli antedictorum, eidem Regie Sublimitati
processu electionis huiusmodi, Eadem Serenissima domina nostra Regina, pro sua Clementia
Regia, huiusmodi electioni de persona prefati magistri Richardi Cheyney (ut prefertur) facte ~
et celebrate, consensum et assensum suos Regios graciose adhibuit et adhibet, illamque ~
ratam et gratam habuit et habet, Hocque fuit etc. Et ponit ut supra.

9 Item quod dicta Serenissima domina nostra Regina, vobis prefato Reverendissimo patri
de assensu et consensu suis Regiis, huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibitis, per
litteras suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verumetiam
et earundem litterarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, Quatenus
vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare, ipsumque insigniis episcopalibus
insignire et decorare, Ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt ~
officio pastorali, iuxta formam Statuti in ea parte editi, et litterarum patentium huiusmodi
debitis cum favore, Hocque fuit etc. Et ponit ut supra.

10 Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, ~
manifesta, pariter et famosa, ac de et super eisdem laborarunt et impresenti laborant, ~
publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam ~
faciendam, offert se pars dictorum decani et Capituli promptam et paratam pro loco et
tempore congruis et oportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam ~
electam confirmandam fore decerni, et cum effectu confirmari iuxta iuris et Statutorum ~
huius Regni Anglie exigentiam, necnon et litterarum Regiarum patentium huiusmodi vobis direct.
in hac parte seriem, Curamque Regimen, et administrationem Episcopatus Glocestrensis ~
eidem electo committi, ipsumque in realem, actualem, et corporalem possessionem dicti ~
Episcopatus Glocestrensis, iuriumque et pertinentium suorum universorum inducendum et intronizandum
fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque, quod ~
iuris fuerit et rationis, Supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes,
Quod proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim Non artans se ad omnia
et singula premissa probanda, nec ad onus superfluum probationis de quo protestatur, Sed ~
quatenus probaverit in premissis, obtineat etc. iuris beneficio etc. vestrum officium implorando

Instrumentum super Consensu Domini electi ad sibi factam electionem

In dei nomine amen, per presens publicum instrumentum, cunctis ~~et palam~~ innotescat et palam fiat, Quod anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo, primo, mensis vero Martii die tricesimo, In edibus venerabilis viri magistri Richardi Cheyney, sacre Theologie Bachalaurei in quodam Claustro infra precinctum ecclesie Collegiate diui Petri westmonasterii notorie situatis In mei Notarii publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentiis / Constituti personaliter magistri Johannes Woodward et Christoferus Rapley Canonici et prebendarii ecclesie cathedralis Sancte et individue Trinitatis Glocestrie, procuratores (ut asseruerunt) venerabilium virorum decani et Capituli ecclesie cathedralis Gloc. predicte, in hac parte sufficienter constituti (de cuius procurationis mandato, mihi eidem Notario publico sufficienter constari fecerunt) nomine procuratorio eorundem decani et Capituli presentarunt prefato venerabili viro magistro Richardo Cheyney tunc ibidem personaliter presenti, processum electionis de ipso et eius persona in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Glocestrie predicte, fact. et celebrat. Eundemque magistrum Richardum Cheyney humiliter supplicauerunt et rogarunt, Quatenus electioni predicte de eo facte et celebrate consentire, et assensum suum eidem prebere dignaretur, Qui quidem magister Richardus Cheyney sic rogatus et requisitus electioni predicte de ipso et eius persona facte et celebrate, consentiebat in scriptis per eum lectis, sub eo qui sequitur verborum tenore **In dei nomine amen** Ego Richardus Cheyney sacre Theologie Bachalaurius in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Sancte et individue Trinitatis Glocestrie electus, atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in ea parte facte et celebrate, ex parte et per partem venerabilium virorum decani et Capituli ecclesie cathedralis Glocestrie predicte instanter rogatus et requisitus, dei omnipotentis clementia fretus, eidem electioni de me et persona mea (ut premittitur) facte et celebrate, ad honorem dei omnipotentis patris, filii et Spiritus sancti consentio, atque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo eidem in hiis scriptis / **Super** quibus omnibus et singulis premissis, tam prefatus magister Richardus Cheyney electus huiusmodi, quam memorati magistri Johannes Woodward et Christoferus Rapley procuratores antedicti, me eundem notarium publicum subscriptum, sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos, testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisierunt / Acta fuerunt hec omnia et singula premissa, prout suprascribuntur et recitantur, sub anno domini, mense, die et loco predictis / presentibus tunc ibidem, Johanne Barker alias Taylor notario publico, Georgio Lloyd generoso Thoma Crowcher et Thoma Hall literatis, Testibus ad premissa videndum et testificandum, vocatis et specialiter requisitis

Et ego Johannes Incent Cantuariensis dioc. publicus auctoritate sufficienti notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini mense, die, et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, Eaque omnia et singula sic fieri vidi, scivi, et audivi atque in notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum instrumentum, manu aliena, (me interim aliis impedito negotiis) fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, et publicavi, atque in hanc publicam et autenticam formam redegi, Signoque, nomine, cognomine et Subscriptione meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus

Certa Schedula oppositores

In dei nomine amen Nos Thomas yale legum doctor, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione diuina Cantuariensis Archiepiscopi, totius Anglie primatis et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis legitime deputatus, In negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Richardi Cheyney sacre Theologie Bachalaurei in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Glocestrie electi, facte, et celebrate, rite et legitime

procedend. Omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem, formam eiusdem,
aut personam in hac parte electam, dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad com-
parend. coram nobis iste die, hora et loco, (si sua putaverint interesse) contra dictam -
electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam, in debita Iuris forma
dictur. excipitur. et oppositur. legitime et peremptorie citatos, saepius publice preconizatos,
diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem,
formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes, excipientes vel oppo-
nentes, ad peticionem procuratoris decani et Capituli ecclesie cathedralis Glocestren. predict. -
pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus
procedendum fore ad prolacionem sententie sive decreti finalis in hac causa ferend. -
ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan.

Juramentum prestitum per dictum electum

I Richard Cheny, electe Busshoppe of Glouc. do utterly testefye and declare in -
my Conscyence, That the quenys highnes ys thonly Supreme Governo^r of thys
Realme and of all other her highnes domions and contreys, as well in all spuall
or ecclesiasticall thynges or causes as temporall, And that no forrayne prince, -
person, prelate, State, or potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power
Superiorite, preeminence, or Authorite, ecclesiasticall or spuall within thys realme
And therfore I do utterly renounce and forsake all forrayne Jurisdictions, powers,
Superiorities, and Authorities, And do promysse that from henceforth I shall bear
faythe, and true allegeaunce to the quenys highnes her heires and lawfull Suc.
and to my power shall assiste and defend all Jurisdictions, privileges, preeminence
and Authorite, graunted or belonging to the quenys highnes, her heires, and -
Succ. or united and annexed to thimperiall crowne of thys realme, so helpe me god
and by the Contente of thys booke / / / / / / / /

Sententia diffinitiva

In dei nomine amen, Auditis, visis, et intellectis, ac plenarie et mature discussis
per nos Thomam Yale legum doctorem, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini
Matthei permissione divina Cantuarien. Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani
Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem legitime deputatum,
meritis et circumstanciis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis -
de persona venerabilis et egregii viri magistri Richardi Cheyny sacre Theologie --
Bacchalaurei in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Glocestren. per mortem natu-
ralem domini Jacobi Brokes sacre Theologie professoris ultimi episcopi et pastoris -
eiusdem vacantem electi, facte et celebrate, quod coram nobis aliquamdiu vertebatur, et
adhuc vertitur et pendet indecisum, rimato primitus per nos toto et integro processu
coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per
nos de Iure et Statutis huius regni Anglie in ea parte servandis, ad nostri finalis
decreti sive sententie diffinitive confirmationis in huiusmodi negotio ferend. prolatio-
nem sic duximus procedend., et procedimus in hunc qui sequitur modum, Quia per
acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio -
comperimus luculenter et invenimus, electionem ipsam per presidentem et Capitulum
ecclesie cathedralis predicte de prefato magistro Richardo Cheyny electo huiusmodi, viro utique
provido et discreto, vita, et moribus merito commendato, libero, et de legitimo matrimonio
procreato, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse
et esse factam et celebratam, Nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de Iustitie
ecclesiasticis obviasse seu obviare, quo minus in episcopum Glocestren. auctoritate dicti Reverendissimi
patris merito debeat confirmari, Idcirco Nos Thomas Yale legum doctor, Vicarius
in spiritualibus generalis antedictus, attentis premissis et aliis virtutum meritis
super quibus prefatus electus Glocestren. fidedigno commendatur testimonio, Christi
nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes, de et cum
concilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, predictam electionem
de eodem venerabili viro factam et celebratam, auctoritate dicti Reverendissimi patris
nobis commissa confirmamus, defectus quoscunque in dicto negotio intervenientes, (si qui
forsan sint) quantum in nobis est et de Iure possumus supplentes et supplendis,
Hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod -

ad peticionem partium ita petentium fecimus et promulgavimus in his scriptis. /~/

Die dominica / viz decimo nono die Aprilis 1562 in Capella Reverendissimi domini Matthei Archiepi Cantuar. infra Manerium suum de Lambehith, Idem Reverendissimus pater vigore et authoritate literarum Commissionalium patentium domine nre Regine Elizabeth sibi in hac parte directarum, assistentibus sibi Reverendis patribus dominis Edmundo London et Edmundo Roffen Episcopis / Munus consecrationis venerabili viro domino Richardo Cheyny sacre Theologie Bacc. in Epum et pastorem eccl[es]ie cath. Glocestren electo et confirmato, prestito primitus per eundem magistrum Richardum Cheyny Juramento in Statuto parliamenti huius regni Anglie expresso, adhibitis ceremonijs de jure modernis ecclesie Anglicane adhibendis impendebat, ac eum episcopalibus insignijs decoravit, Acta in presentia mei Johannis Incent notarij publici Registrarij primarij dicti Reverendissimi patris, presentibus tunc ibm magistro Willmo Drury legum doctore, et Andrea Peerson clerico, ac multis alijs etc. testibus etc. /~/~/~/

Consecratio dni Ric. Cheyney Epi Glocestr.

Acta habita et facta In Negotio Confirmationis

Electionis Venerabilis viri magistri Hugonis Jones in legibus Baccalaurei in Epum et pastorem ecclesie cathedralis Landaven electi quarto die Mensis Maij Anno dni Millesimo quingentesimo Sexagesimo Sexto Regnique dne nre Regine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et hibernie Regine fidei defensoris etc. Anno Octavo In ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London ecclesie Xpi Cantuarien Jurisdictionis immediate, coram Venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore Reverendissimi in Xpo patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani mediantibus literis patentibus Regijs in hac parte legitime fulcit Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali legitime deputat in presentia mei Johis Incent notarij publici dicti Reverendissimi patris Registrarij primarij prout sequitur viz. ~ ~ ~ ~ ~

Landaven

Confirmatio Electionis dni Hugonis Jones Epi Landaven

Die et Loco predictis inter horas Septimam et Octavam ante meridiem eiusdem diei Lectis prefat magistro Thome Yale literis patentibus Regijs superius mentionatis Ac per me prefatum notarium publicum de mandato dicti magri Yale publice perlectis, Idem magister Yale ob reverentiam et honorem dicte serenissime dne nre Regine acceptavit in se onus executionis literarum patentium Regiarum huiusmodi et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem. Deinde comparuit personaliter magister Willmus Evans in legibus Bacchus et exhibuit procuratorium suum a Venerabilibus viris presidenti et Capitulo ecclesie cathedralis Landaven emanat et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem presidentis et Capituli presentavit eidem magro Yale vicario generali antedicto prefatum virum magistrum Johem James clericum, et exegit dicti vicarij officium, qui etiam exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Hugone Jones electo huiusmodi et fecit se partem pro eodem. Et tunc dictus magister Johes James exhibuit mandatum Citatorium originale una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem et petijt omnes et singulos oppositores citatos preconizari. Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum etc. ad foras dicte ecclesie parochialis prodijt et nullo eorum comparente, nec aliquo in hac parte opponente, Dictus magr Evans accusavit eorum contumacias et petijt eos reputari contumaces ac eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum ac secundum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam electam precludi / Et tunc ad petitionem eius dictus dnus Vicarius generalis pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, ac in penam etc. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet precludit. Deinde ad petitionem dicti magistri Vaughan ad ulteriora in eodem confirmationis negotio procedendum fieri decrevit prout in schedula per eum lecta plenius continetur. Qua quidem schedula sic lecta prefatus magister Vaughan in partem dicti magistri Johannis Jones procuratoris dicti domini electi Landavensis dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti. Ad cuius petitionem dominus admisit eandem summariam petitionem quatenus de iure etc. et assignavit dicto magistro Vaughan ad probandum contenta in eadem ad statim. Deinde idem magister Vaughan in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit processum electionis de persona dicti magistri Hugonis Jones in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Landavensis per decanum presidentem et capitulum fact et celebrat atque etiam exhibuit literas patentes Regie Maiestatis de consensu suo Regio eidem electioni adhibito ac prefato Reverendissimo patri pro confirmatione eiusdem electionis et consecratione dicti domini electi directas et per quas inter alia manifeste constat prefatum magistrum Hugonem Jones in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Landavensis predicte per presidentem et capitulum eiusdem ecclesie sic electum fuisse atque eidem electioni consensisse. Quibus sic exhibitis, dominus ad petitionem eiusdem magistri Vaughan assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim. Et tunc prefatus magister Vaughan exhibuit omnia et singula per eum in dicto negotio exhibita et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter neque alio modo. Et tunc dominus ad petitionem dicti magistri Vaughan assignavit sibi ad concludendum ad statim, dicto magistro Vaughan concludente eodem domino secum etiam concludente. Qua conclusione sic facta, dominus ad petitionem eiusdem magistri Vaughan assignavit ad audiendum sententiam sive finale decretum ad statim. Consequenter vero [illegible] alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte opponentium dominus ad petitionem dicti magistri Vaughan pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedendum fore prolationem sententie diffinitive, sive decreti finalis in hac causa ferendum, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eum lecta plenius continetur. Et tunc prestito iuramento per prefatum magistrum Johannem Jones nomine procuratorio prefati domini electi ac in animam eiusdem domini electi de renunciando omni et omnimode potestati auctoritati superioritati forinsecis ac de recognoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis etc. iuxta formam Statuti etc. dominus ad petitionem eiusdem magistri Vaughan legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in scriptis pronunciando, decernendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur. Super quibus omnibus et singulis premissis tam prefatus magister Johannes Jones procurator domini electi, quam memoratus magister Vaughan me eundem notarium publicum ac Registrarium antedictum sibi vel eorum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective Rogaverunt et requisiverunt. Postremo vero dominus ad petitionem eorundem procuratorum respective decrevit dictum dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore curamque Regiminis et administrationem spiritualium et temporalium dicti episcopatus Landavensis dicto domino electo et confirmato commisit ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus iuriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suarum universarum inducendum et intronizandum fore etiam decrevit per dominum Archidiaconum Cantuariensem vel eius deputatum iuxta ecclesie cathedralis Landavensis morem et consuetudinem legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversantibus. Presentibus tunc et ibidem Thoma Cole clerico Rectore ecclesie Beate Marie de Arcubus predicte Johanne Williams notario publico Roberto Walker et Thoma Blackemore clericis testibus etc.

Lre patentes de assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri ac perdilecto et fideli nostro domino Mattheo Archiepiscopo Cantuariensi
ac aliis quibuscumque Episcopis quorum in hac parte interest Salutem. Cum vacante nuper sede
Episcopali Landavensi per mortem naturalem ultimi Episcopi eiusdem ad humilem petitionem Pre-
sidentis et Capituli Ecclesie nostre Cathedralis Apostolorum Petri et Pauli Landavensis per
literas nostras patentes licentiam concesserimus aliud sibi eligendi in Episcopum et pastorem
sedis predicte Iidem Presidens et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte dilectum
nobis in Christo magistrum Hugonem Jones in legibus Baccalaureum sibi et Ecclesie predicte
elegerunt in Episcopum et pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis
inde directas plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni
Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore presentium signifi-
camus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo man-
dantes Quatenus vos eundem magistrum Hugonem Jones in Episcopum et pastorem Ecclesie
Cathedralis Landavensis predicte sic (ut prefertur) electum electionemque predictam confirmare
et eundem magistrum Hugonem Jones Episcopum et pastorem Ecclesie predicte consecrare
Ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali
iuxta formam Statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum effectu. In cuius rei
testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste me ipsa apud Westmonasterium
sexto die Maij Anno Regni nostri Octavo / per breve de privato Sigillo et de data
predicta auctoritate Parliamenti / Ca. Cordell

Procuratorium Capituli Landavensis

Pateat universis per presentes Quod nos Presidens et Capitulum Ecclesie Cathedralis
Landavensis unanimi assensu et consensu nostris dilectos nobis in Christo magistros Willelmum
Drury in legibus Doctorem et Johannem Lewes notarios publicos Almae Curie Cantuariensis procuratores
generales coniunctim et divisim nostros veros certos legitimos ac indubitatos procuratores actores
factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus ordi-
namus facimus et constituimus per presentes Damusque et concedimus eisdem procurato-
ribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum
speciale pro nobis ac vice loco et nominibus nostris venerabilem virum magistrum
Hugonem Jones in legibus Baccalaureum in Episcopum et pastorem Ecclesie Cathedralis Landavensis
predicte per nos vigore licentie Regie nobis in hac parte facte alias electum, temporibus
et locis congruis et opportunis adeundi, Ipsumque ex parte nostra ad consentiendum electioni
de persona sua in ea parte facte et celebrate, debita cum instantia petendi et requi-
rendi. Necnon electionem predictam per nos de persona prefati magistri Hugonis
Jones (ut prefertur) factam et celebratam illustrissime in Christo Principi et domine nostre
domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori dicte Ecclesie
Cathedralis patrone et fundatrici notificandi et intimandi, ac eius assensum et consensum
Regios in ea parte humiliter implorandi Ac decretum electionis predicte et personam per
nos (ut premittitur) electam coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo
permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropoli-
tano eiusve Vicario in Spiritualibus generali seu Commissario quocumque producendi
et exhibendi, Demumque decretum sive processum electionis predicte et personam sic (ut prefertur)
electam in debita iuris forma approbari et confirmari defectusque (si qui forsan)
in ea parte intervenerint debite suppleri petendi requirendi et obtinendi, agendique
et defendendi ac litem seu lites contestandi et contestari videndi Articulum seu
articulos libellum sive libellos seu quascumque summarias petitiones dandi et proponendi
Testes literas et Instrumenta, ac alia quecumque probationum genera producendi et
exhibendi Testesque huiusmodi iurari videndi et audiendi, In causa seu causis concludendi
et concludi videndi, Demumque confirmationis negotium usque ad finalem expediti-
onem eiusdem inclusive prosequendi Necnon administrationem omnium et singulorum
spiritualium et temporalium dicti Episcopatus eidem electo committi Ipsumque in realem
actualem et corporalem possessionem eiusdem Episcopatus, Iuriumque dignitatum
honorum preeminentiarum et pertinentiarum suarum universarum inducendi et inthronizandi
fore decerni petendi requirendi et obtinendi Et generaliter omnia et singula alia

faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet
oportuna etiamsi mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum
Promittimusque nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores
nostri seu eorum alter fecerint vel fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca
et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus
per presentes. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri Officialis domini
Archidiaconi Cantuariensis (eo quod sigillum nostrum capitulare ad manus non habemus) presentibus
apponi fecimus. Datum xx° die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo
Sexagesimo Sexto

Procuratorium Electi Landaven.

Pateat universis per presentes Quod ego Hugo Jones in legibus Baccalaureus
in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Landaven. per Presidentem et Capitulum eiusdem Ecclesie Cathedralis
predicte rite et canonice electus dilectos mihi in Christo Johannem [illegible] clericum et Thomam
Jones clericum [illegible] meos veros certos legitimos ac indubitatos procuratores actores
factores negotiorumque meorum gestores et nuntios speciales ad infrascripta nomine meo ordino
facio et constituo per presentes Doque et concedo eisdem procuratoribus meis [illegible]
et eorum alteri per se [illegible] potestatem generalem et mandatum speciale pro me ac nomine
meo coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo
permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metro-
politano eiusve Vicario in spiritualibus generali aut Commissariis quibuscumque
comparendum meque a personali comparitione excusandum ac causam et causas absentie mee huiusmodi
allegandum et proponendum ac si opus fuerit fidem desuper faciendum et iurandum et
Electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Landaven. per prefatos Pre-
sidentem et Capitulum factam et celebratam approbari et confirmari meque in Episcopum
Landaven. predictum recipi et admitti atque in realem actualem et corporalem
possessionem dicti Episcopatus Landaven. iuriumque et pertinentium suorum universorum induci et
intronizari petendum requirendum et impetrandum literasque quascumque in hac parte
necessaria et oportuna fieri et interponi petendum et obtinendum Iuramentum insuper
tam de fidelitate, subiectione, et obedientia dicte Serenissime domine nostre Regine Eliza-
bethe heredibus et successoribus suis prestandum et exhibendum necnon de renunciando
recusando et refutando omnem et omnimodam auctoritatem potestatem Iurisdictionem
et superioritatem forinsecas et externas secundum tenorem formam et effectum
Statuti huiusmodi incliti Regni Anglie in hac parte editi et provisi quam aliud
quodcumque Iuramentum licitum et honestum ac de Iure legibus et Statutis huius
Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandum
et iurandum Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum ex-
equendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolib-
et oportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius
est expressum Promittoque me ratum gratum et firmum perpetuo habiturum
totum et quicquid dicti procuratores mei seu eorum alter fecerint vel fecerit
in premissis vel aliquo eorundem sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum
bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono
per presentes In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri Offi-
cialis domini Archidiaconi Cantuariensis presentibus apponi fecimus Et nos Officialis ante-
dictus ad specialem rogatum dicti constituentis sigillum nostrum huiusmodi presentibus
apposuimus. Datum primo die mensis Maij Anno domini Millesimo
Quingentesimo Sexagesimo Sexto

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Pri-
mas et Metropolitanus Universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provin-
ciam nostram ubilibet constitutis Salutem gratiam et benedictionem Cum vacante nuper Sede
Episcopali Landaven. per obitum bone memorie domini Anthonij Kitchin ultimi et

Immediati Episcopi et Pastoris eiusdem, Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis Landavensis predicte
pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (Licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta)
celebranda certum terminum prefixerunt et assignaverunt, atque in huiusmodi electionis negocio
rite procedentes Venerabilem virum magistrum Hugonem Jones in legibus Baccalaureum
in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Episcopum et pastorem elegerunt Cumque Serenissima in Christo
princeps et domina nostra domina Elizabetha dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina
fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli, eidem electioni
de persona prefati electi Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout
per literas patentes Regias magno Sigillo suo Anglie Sigillatas nobis significa-
verit Mandando Quatenus nos electionem predictam et personam Electam confir-
mare et eundem Hugonem Jones in Episcopum Landavensem consecrare iuxta formam
Statuti in ea parte editi et provisi, velimus cum omni celeritate accommoda, prout
per easdem literas patentes Regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet
Nos vero volentes eiusdem Serenissime domine nostre Regine mandatis pro officii nostri
debito parere, ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius
Regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos (siqui essent) qui contra dictam
Electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam, dicere, excipere, vel
opponere voluerint ad diem locum et effectum subscriptos vocandos et citandos fore
decrevimus Justitia postulante Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter
iniungendo mandamus Quatenus Citetis seu citari faciatis peremptorie pro-
clamari alta et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem beate Marie de Arcubus London
nostre et Ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuar Jurisdictionis immediate, necnon per
affixionem cedule in aliquo loco conspicienti infra Ecclesiam parochialem predictam vel in
aliis locis publicis (ubi videbitur expediens) omnes et singulos oppositores (siqui sint) in
specie aliquin in genere qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut
personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint Quod
compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nostro in Spiritualibus
generali et Officiali principali in eadem Ecclesia de Arcubus die Sabbati vicesimo
quarto die presentis mensis Maij inter horas septimam et octavam ante meridiem eiusdem
diei Cum continuatione et prorogatione dierum et locorum extunc sequendum (si oporteat)
contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam electam dicturi excepturi vel
opposituri Ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti
negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes insuper
modo et forma predictis citatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in
specie aliquin in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus Quod
sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis comparuerint et contra
dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere
vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto confirmationis
negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam pro-
cedemus et procedere intendimus ipsorum sic citatorum et non comparen-
tium contumaciis in aliquo non obstantibus Et quid in premissis feceritis nos
aut vicarium nostrum antedictum dictis die hora et loco debite et auctentice
certificetis Dat sub Sigillo nostro Sexto die mensis Maij Anno domini
Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto Et nostre Consecrationis Anno
Septimo

Certificatorium

Quarto die Mensis Maij Anno domini 1566 In Ecclesia parochiali beate Marie
de Arcubus London coram magistro Thoma Yale legum doctore Vicario in
Spiritualibus generali Reverendissimi patris domini Archiepiscopi Cantuar in presentia
mei Johannis Incent notarii publici Registrarii Et Comparuit personaliter Robertus
Walker literatus mandatarius etc. et certificavit se executum fuisse hoc presens
mandatum in Ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus predicta tertio die
presentis mensis Maij iuxta eius formam et effectum eiusdem sive quibus
fecit fidem

In dei nomine amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in
Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius

prima Scedula contra oppositores

Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in Spiritualibus generalis et Officialis principalis legitime deputatus. In negotio confirmationis electionis de persona Venerabilis viri magistri Hugonis Jones in legibus Baccalarii in Episcopum et Pastorem ecclesie cathedralis Landavensis electi facte et celebrate, rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos et proposituros legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris presentis et Capituli ecclesie cathedralis Landavensis predicte pronunciamus contumaces et ipsos et eorum quemlibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam Electionem formam eiusdem et personam electam huiusmodi precludimus in hiis Scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statuti huius Regni Anglie exigentiam eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante

Summaria petitio

In dei nomine amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano vestrove vicario in Spiritualibus generali et officiali principali pars venerabilium virorum presidentis et Capituli ecclesie cathedralis Landavensis dicit allegat et in hiis Scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem per viam Summarie petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur

1 Inprimis videlicet quod Ecclesia Cathedralis Landavensis per mortem naturalem domini Anthonii Kitchin ultimi Episcopi Landavensis nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit Pastorisque Solatio destituta extitit Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet

2 Item quod dicta Ecclesia Cathedrali Landavensi (ut prefertur) dudum vacante presidens et Capitulum ecclesie cathedralis predicte capitulariter congregati, et Capitulum facientes (licencia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem ac locum suam Capitularem ecclesie cathedralis predicte ad electionem futuri Episcopi Landavensis celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios suos, vocem et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum et

3 Item quod prefati presidens et Capitulum die et loco predictis videlicet sexto die mensis Aprilis ultimo preteriti Capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes servatis primitus per eos de Jure et Statuto huius Regni Anglie in ea parte servandis habito per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem ecclesie cathedralis predicte tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum magistrum Hugonem Jones in legibus Baccalaureum in eorum et dicte ecclesie cathedralis Episcopum elegerunt et dictis memorate de eadem providerunt Et ponit ut supra

4 Item quod electio huiusmodi et persona electa die promulgata in ecclesia cathedrali Landavensi predicta coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra

5 Item Quod dictus venerabilis vir magister Hugo Jones in episcopum dicte ecclesie cathedralis Landa-
vensis (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem presidentis et
capituli debitis loco et tempore consentiebat, ac consensum suum eidem prebuit in scriptis
per eum editis Et ponit ut supra

6 Item Quod prefatus magister Hugo Jones fuit et est vir providus et discretus literarum
eminenti scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio
procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo
devotus, et ecclesie memorate apprime necessarius, hocque fuit et est verum Et ponit ut supra

7 Item Quod prefati presidens et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam sere-
nissime domine nostre Regine Elizabethe per suas literas patentes sigillo eorum commu-
ni roboratas pro officio suo debito iuxta statuta huius inclyti Regni Anglie signi-
ficaverunt et intimaverunt hocque fuit et est verum Et ponit ut supra

Item Quod oblatis pro parte presidentis et Capituli antedictorum eidem Regie
sublimitati processu electionis huiusmodi eadem Serenissima domina nostra Regie
Regina pro sua clementia Regia huiusmodi electioni de persona prefati magistri
Hugonis Jones (ut prefertur) facte et celebrate, consensum et assensum suos Regios
gratiose adhibuit et adhibet illamque ratam et gratam habuit et habet hocque
fuit verum Et ponit ut supra

Item Quod dicta Serenissima domina nostra Regina vobis prefato Reverendissimo
patri de assensu et consensu suis Regiis huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibitis
per suas literas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit
verumetiam et earundem literarum suarum patentium serie vobis Rogando
mandavit quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confir-
mare ipsumque Insigniis Episcopalibus insignire et decorare Ceteraque peragere
que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti
in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore hocque fuit
verum Et ponit ut supra

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria
manifesta, pariter et famosa, ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant
publica vox et fama unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam
faciendam offert se pars dictorum presidentis et Capituli promptam et paratam
pro loco et tempore congruis et opportunis petit pars eadem prefatam
electionem et personam electam confirmandam decerni, et ad effectum confirmari
iuxta iura et Statuta huius Regni Anglie exigentiam necnon et literarum
Regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem. Curamque Regi-
men et Administrationem Episcopatus Landavensis eidem electo committi. Ipsumque
in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Landavensis
iuriumque et pertinentium suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni vel-
eiusque iuri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscunque, quod iuris fuerit
et rationis supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientibus Et ut
proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad
omnia et singula premissa probandum nec ad onus superflue probationis sed
huiusmodi protestatione quatenus probaverit in premissis obtineat
beneficio etc. vestrum officium implorando etc.

Serenissime et Excellentissime in Christo Principisse et
domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei
Defensoris etc. Vestri humiles et devoti Oratores Willelmus Evans in
legibus Bacc[alaureus] ecclesie Landavensis Thesaurarius Capitulique eiusdem ecclesie presidens
et eiusdem ecclesie Capitulum Salutem in eo cui dat Salutem Regibus cum omni

Processus electionis

humilitate reverencia obediencia et honore debitis vestre sublimitati notum facimus quod cum pridem
Esset oblata nobis decimo die instantis mensis Aprilis Anno Regni vestri octavo pro
Electione novi Episcopi ac pastoris alicuius in Episcopum et pastorem dicte ecclesie Landavensis eli-
gendi licencia vestra fundatoria, vestro magno Sigillo Anglie Sigillata cuius tenor se-
quitur in hec verba. **Elizabeth** dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regina
fidei defensor etc. Dilectis nobis in Christo Presidenti et Capitulo ecclesie cathedralis Lan-
davensis Salutem. Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum ut cum ecclesia predicta per
mortem naturalem ultimi Episcopi eiusdem iam vacet et pastoris sit solacio destituta alium
vobis eligendi in Episcopum et pastorem licenciam nostram fundatoriam vobis concedere digna-
remur, Nos precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinantes licenciam illam
vobis duximus concedendam, Rogantes quod talem vobis eligatis in Episcopum et pastorem, qui deo
devotus, nobisque et Regno nostro utilis et fidelis existat. **In cuius** rei testimonium has
litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipsa apud Westmonasterium decimo die Martij Anno
Regni nostri octavo. **Nos** vero eandem cum qua potuimus reverencia et honore amplectan-
tes Rogatuique vestre serenissime Regie maiestatis (ne sedes illa Landavensis diutina vaca-
cione eiusdem gravia pateretur incommoda) perimplere cupientes Concanonicis nobis-
cum in domo nostra Capitulari die mense et Anno predictis Canonicis et Prebendariis ipsius
ecclesie Cathedralis confratribus nostris tunc presentibus ac plenum capitulum in ea parte
facientibus, perlectaque vestra licencia supradicta per henricum Mathewe notarium publicum
et in hoc negotio Registrarium principalem per nos assumptum, ad procedendum electioni
huiusmodi diem Mercurii decimum septimum diem instantis Mensis Aprilis Anno domini millesimo
Quingentesimo Sexagesimo Sexto, cum continuatione et prorogatione terminorum temporis et
dierum tunc sequentium (si necesse fuerit) ac negotium ipsum electionis huiusmodi ad finalem expedicio-
nem eiusdem terminandum et finiendum in domo nostra Capitulari in qua electiones nostre ab antiquo
fieri et celebrari consueverunt, inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem
diei (favente domino,) in presentia dicti henrici Mathewe notarii ac Registrarii, assignavimus limita-
vimus et assignavimus Statimque nos presidens capituli, et dicte ecclesie Capitulum de et cum
consensu confratrum nostrorum presentium omnes et singulos ipsius ecclesie Cathedralis Cano-
nicos et Prebendarios confratres nostros pro tunc absentes, ius ac voces in ipsa electione
habentes, qui ad huiusmodi electionem ac ad diem locum terminum antedictos, ac alia in hoc
electionis negotio tractandum et concludendum una nobiscumque et ceteris Canonicis ac Pre-
bendariis confratribus nostris pro novo Episcopo et Pastore eligendo tractaturos modoque debito
processuros concordari vel interesse deberent, per citaciones ac monitiones canonicas
in hostio domus nostre Capitularis ac etiam in singulis eorundem Canonicorum et Prebenda-
riorum stallis iuxta antiquam dicte Cathedralis ecclesie consuetudinem ac morem affigendas, ad
diem et locum prefatos citandos et monendos fore decrevimus et mandavimus
Intimantes expresse eisdem omnibus et singulis confratribus nostris absentibus vel die
et loco prefixis et assignatis ad interessendum minime curantibus, per eandem nostram
citacionem ac monitionem canonicam quod sive venerint sive non nos in ipsius electionis
negotio ad finalem expedicionem eiusdem procedemus eorundem absentia et contumacia
non obstante. Et quod ulterius vocari non deberent etiam si contigerit eundem terminum
prorogari. Cuius citacionis tenor sequitur et est talis. **Presidens Capituli**
ecclesie cathedralis divorum Petri et Pauli Landavensis et eiusdem ecclesie Capitulum dominis et singulis
ecclesie Cathedralis predicte Canonicis et Prebendariis Salutem in domino. Cum ecclesia cathedralis
Landavensis per mortem naturalem ultimi Episcopi eiusdem iam vacet et pastoris sit solacio
destituta, Nobisque ex parte serenissime domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie francie
et hibernie Regine fidei defensor etc. per litteras suas patentes sub Magno suo Sigillo
Anglie Sigillatas alium deo devotum sibi ac inclito huic Regno Anglie utilem ac
fidelem (ne sedes illa Episcopalis pastoris solacio diutius sit destituta) in Episcopum et pastorem
eligere Rogatum et licenciatum sit, Nos iuxta nostri officii debitum premissa in omnibus
perimplere cupientes vos et quemlibet vestrum ius voces locales in Capitulo ecclesie
Cathedralis predicte habentes, seu in electione predicta ut premittitur fienda et celebranda
quovismodo habere pretendentes auctoritate nobis in hac parte commissa per presentes
peremptorie monemus et citamus quod vos et vestrum quilibet decimo septimo die instantis
mensis Aprilis in domo Capitulari predicta inter horas nonam et undecimam ante
meridiem eiusdem diei una nobiscum super Electione novi et futuri pontificis ibidem

ciend et celebrand personaliter intersitis personalemque vestram adhibeatis presentiam super electione
predicta tractatur et processur, procedique visur consensum quoque vestrum et assensum in premissis
prout vobis visum fuerit prebitur vel certius facturi et recepturi quod ac racioni consonum
Intimantes vobis quod comparentibus die et tempore predictis ad electionem antedictam
iuxta tenorem literarum dicte serenissime domine nostre Regine nobis in ea parte directarum et per nos omni
cum humilitate receptarum ac penes nos remanentium vestra absentia non obstante procedere intendimus
et procedemus. Dat in domo nostra Capitulari ecclesie Cathedralis Landavensis decimo die Aprilis
Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto. Quo die Mercurii decimo septi-
mo die mensis Aprilis assignato ad comparendum convenientibus coram nobis Willelmo
Evans ecclesie Cathedralis Landavensis Thesaurario tunc Capituli dicte ecclesie presidente hora capitulari
ante meridiem eiusdem diei in domo nostra Capitulari predicta pro electione huiusmodi celebranda
Morgano Nicolas clerico dicte ecclesie cathedralis precentore, Roberto Jones artium magistro, magistro
Lodowico Jones in legibus Bacc, Willelmo Thomas, Hugone Lewes, Lodowico Jones
clerico dicte cathedralis ecclesie canonicis et prebendariis confratribus nostris in ordine sacerdo-
tali constitutis tunc presentibus ac insimul capitulariter congregatis pleniusque Capitulum
facientibus, ac locis suis sedentibus, exposito primitus verbo dei, ac Spiritus Sancti gratia humiliter
invocata, Canonicis et prebendariis antedictis coram nobis presidente antedicto
tunc interessentibus, factaque fuit per mandatarium nostrum Venerabiles viros magistros
Egidium Langley in legibus Bacc dicte ecclesie Cathedralis antedicte Archidiaconum, Johannem Lloyde
legum doctorem, Hugonem Jones in legibus Bacc, Willelmum Blethyn in legibus
Bacc Thomam Willms clericum dicte ecclesie cathedralis Cancellarium et Johannem Morgan
clericum ecclesie cathedralis predicte canonicos et prebendarios confratres nostros ad comparendum in
domo nostra Capitulari predicta coram nobis in ipso electionis negotio processuros
et tractaturos predictum diem Mercurii hora decima mensis Aprilis ad hoc habentes
peremptorie citatos expectatis eosdem Canonicos antedictos per decem nona et congrua
in ordine hac premissis expresse publice et aperta voce ad ostium domus Capitularis
dicte ecclesie nos vocatosque in huiusmodi electione habentes vocari et preconizari fecimus
Quibus sic per nostrum in ea parte mandatarium preconizatis ad ostium domus
nostre Capitularis predicte aperta voce et nomine magistri Egidii Langley predicti dicte
Archidiaconi comparuit Magister Willelmus Evans dicte ecclesie Cath thesaurarius
exhibens procuratorium suum pro eodem autentice sigillatum et penes nos remanentem ac voce
et nomine magistri Willelmi Blethyn Canonici et prebendarii eiusdem ecclesie comparuit
Willelmus Thomas clericus predicte ecclesie canonicus exhibens procuratorium suum pro eodem
autentice sigillatum et penes nos remanentem, Ceteris vero confratribus nostris sic premissis
sepius preconizatis diutiusque expectatis et nullo modo comparentibus sed a nobis presentibus
Capituli et Canonicis die et loco predictis quo ad actum electionis antedicte se penitus
absentibus aut ad ibidem interessendum minime curantibus, Nos Willelmus Evans pre-
sidens Capituli antedicti de consensu et assensu Morgani Nicolas precentoris Roberti
Jones artium Mri, Lodowici Jones in Bacc Willelmi Thomas, Hugonis Lewes et
Lodowici Jones confratrum nostrorum Canonicorum et prebendariorum predictorum ad electionem
novi Episcopi dicte ecclesie cathedralis pastoris, ceterorum canonicorum et prebendariorum confratrum
nostrorum negligentia, contumacia et absentia non obstantibus decrevimus tunc esse pro-
cedendum. Perlecta demum licentia Regia supradicta ac aliis dicte serenissime domine
nostre Regine literis, Attendentes magistrum Hugonem Jones in legibus Bacc virum utique
providum discretum, humilem, mansuetum in rebus agendis circumspectum ... in ordine
sacerdotali, ac etate legitima constitutum literarum scientia vita, moribus, ac aliis
virtutibus predictis nobis multipliciter commendatum talemque esse in nostrum ... observare
nos eligi debeat et assumi, Nos Capituli predicti presidens predictus de consensu et assensu
Confratrum nostrorum magistrorum Morgani Nicolas, Roberti Jones Lodowici Jones
Willelmi Thomas, Hugonis Lewes, et Lodowici Jones canonicorum et prebendariorum
predictorum presentium attendens etiam consensu et assensu magistrorum Egidii Langley dicte
cathedralis predicte Archidiaconi et Willelmi Blethyn eiusdem ecclesie Canonici per eorum procuratores
comparentes quo ad electionem huiusmodi ... et canonice terminandam concorditer unani-
miter ... pleniusque Capitulum facientes, ac in eundem compromittentes eundem magistrum
Hugonem Jones in legibus Bacc in Episcopum nostrum et dicte ecclesie cathedralis predicte eiusdemque sedis
Episcopalis pastorem nominamus et eligimus vocibusque nostris consensuque et assensu dat

in Episcopum et Pastorem eiusdem ecclesie Cathedralis Landaven assumi et intronizari valeat ad ceteraque
effectum qui exinde sequi poterit aut potest. Eidem damus et concedimus ac in eundem
consentimus per hoc nostrum finale electionis decretum manibus nostris propriis una
cum nominibus et cognominibus nostris subscriptum Rogantes supplices et instanter prememoratum
eundem magistrum Hugonem Jones electioni huiusmodi de se facte consentire Vre
omnia per nos acta in hoc negotio vestre Regie Maiestati iuxta tenorem brevis vestri nobis
directi ac iuxta nostri officii debitum significamus humiliter supplicantes quatenus ad ipsius
magistri Hugonis Jones per nos in Episcopum et pastorem Landaven electi confirma-
tionem procedatur graciose ac benignitate vestra Regia concedere dignemini, ut tam
nobis quam eidem electo sub vestra Regia Maiestate vestroque ipsius presidio prodesse valeat
ac prodesse, deoque fideliter militare. Et ut premissa vestre Serenissime Maiesta-
ti clarius innotescant hanc nostram electionem per manus domini Henrici Mathewe
notarii publici qui cum testibus subscriptis premissis omnibus et singulis ut premittitur
personaliter interfuit electionemque hanc nostram in formam publicam redigi et
mandavimus scribi sigillique nostri communis appensione muniri ac subscriptione
dicti Notarii in hoc negotio subscribi et signari. Excellentiam vestram Regiam Maiesta-
tem conservet altissimus. Acta fuerunt hec omnia et singula prout suprascribuntur
et recitantur sub Anno domini Mense die et loco predictis in presentia mei Henrici
Mathewe notarii antedicti presentibus tunc ibidem magistro Johanne Gwynter Milone
Griffith clerico, Johanne Rees ap Johne Morgan generoso, Johanne Thomas et Edwardo
Danyell ad hoc specialiter Rogatis et requisitis / per me William Evans presidem
dicti Capituli / per me Morganum Nicolas precentorem per me Robertum Jones prebendarium
per me Lodowycum Jones prebendarium / per me William Thomas prebendarium / per me
Hugonem Lewes prebendarium / per me Edwardum Jones prebendarium / per me Henricum
Taylour Archidiaconum Landaven / per me William Bleth prebendarium /

Et ego Henricus Mathewe Landaven dioc publicus auctoritate sufficienti notarius
Ecclesie prefate electioni de magistro Hugone Jones in domo Capitulari eiusdem
Cathedralis Landaven (ut premittitur) facte ceterisque premissis omnibus et singulis
dum sic agerentur et fierent coram prefatis Capitulo Canonicisque supradictis testibusque
hic notatis die Mense et Anno predictis una cum prenominatis interfui eaque omnia et singula
prout ibidem tunc agebantur et fiebant vidi et audivi atque in notam sumpsi Ideo
hoc presens decretum ex mandato prefatorum Capituli eiusdem Cathedralis et dicti Capituli, per
me fideliter scriptum ac eorum sigillo communi sigillatum manu mea propria scripsi publicavi
et in hanc formam publicam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi
in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum Rogatus ad hoc specialiter et
requisitus / Et Ego Hugo Jones huic electioni consensum meum prebeo
per me Hugonem Jones

Crida Cedula
contra oppositores

In dei nomine amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo
patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius
Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et
officialis principalis legitime deputatus In negotio confirmationis electionis
de persona venerabilis viri magistri Hugonis Jones in legibus Baccalaurei
in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Landaven electi facte et celebrate, vocato et
legitime preconizato omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem formam
eiusdem aut personam in hac parte electam, dicere excipere, vel opponere voluerint
ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra
dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris
forma dictum decretum et processum legitime et peremptorie citatos sepius publice
preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec
contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam quicquam aliquid dicen-
tes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris comparentis

et Capituli ecclesie cathedralis Landavensis predicti pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententie sive decreti finalis in hac causa ferende, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante

Juramentum electi Landaven

I Hughe Jones clerke Bysshoppe of Landaff do utterly testifie and declare in my Conscience that the Quenes highnes is thonly Supreme Governour of this Realme and of all other her highnes dominions and contreyes, aswell in all Spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as temporall And that no forrayne prince, person, prelate, State, or potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power, Superioritie, preeminence, or authoritie, ecclesiasticall or spirituall within this Realme. And therefore I do utterly renounce and forsake all forrayne Jurisdictions, powers, Superiorities, and authorities And do promise that from henceforth I shall beare, faithe and true allegiaunce to the Quenes highnes her heires and lawfull Successors and to my power shall assiste and defende all Jurisdictions privileges, preeminence and authoritie graunted or belonginge to the Quenes highnes her heires and Successors or united and annexed to thimperiall crowne of this Realme. So helpe me god and by the contente of this Booke

Sententia diffinitiva

In dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in Spiritualibus generalem et Officialem principalem rite deputatum meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Hugonis Jones in legibus Baccalaurii in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Landavensis per mortem naturalem domini Antonii Kytchin ultimi Episcopi et Pastoris eiusdem vacantis, electi facte et celebrate, quod coram nobis aliquamdiu vertebatur, et in presenti vertitur et pendet indecisum, rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et facto atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis ad nostram finalis decreti sive Sententie diffinitive confirmationis in huiusmodi negotio ferende prolationem sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum / Quia per Acta, exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus, electionem ipsam per presidentem et Capitulum ecclesie cathedralis predicte de prefato magistro Hugone Jones electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, Nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de Institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare, quominus in Episcopum Landavensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari. **Idcirco** nos Thomas Yale legum doctor Vicarius in Spiritualibus generalis antedictus attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus electus Landavensis fidedigno commendatur testimonio Dei nomine primitus invocato, ac ipsum solum deum oculis nostris proponentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, predictam electionem de eodem venerabili viro factam et celebratam, auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis commissa confirmamus, defectus quoscumque in dicto negotio intervenientes (siqui forsan sint) quantum in nobis est et de Jure possumus supplentes et supplemus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ad peticionem partium ita petentium ferimus et promulgamus in hiis Scriptis

Consecratio domini Hugonis Jones Episcopi Landaven

Die dominica viz [illegible] quinto die Mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto in Capella Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei Archiepiscopi Cantuarien infra Manerium suum de Lambehith Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate litterarum Commissionalium patentium domine nostre Regine Elizabethe sibi in hac parte directarum assistentibus sibi Reverendis patribus dominis Edmundo London et Edmundo Roffen respective Episcopis/ munus consecrationis Venerabili viro domino Hugoni Jones in legibus Baccalaureo in Episcopum et Pastorem ecclesie cathedralis Landaven elect[o] et confirmat[o] prestitit prestito primitus per eundem magistrum Jones Juramento de renunciando omnimode forinsece potestati ac de recognoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus etc. iuxta formam statuti, etc. adhibitisque ceremoniis de more ecclesie Anglicane que in ea parte observatis impendebat ac cum Pontificalibus Insigniis decoravit Acta in presentia mei Johannis Incent notarii publici ac Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris presentibus tunc et ibidem Venerabilibus viris magistris Johanne Pory et Nicholao Robinson sacre Theologie professoribus, David Lewes Johanne Gibbons Thoma Yale et Willelmo Drury legum doctoribus et multis aliis in numero copioso congregatis. Testibus etc.

Mandatum directum Archidiacono Cantuar ad installandum dictum Episcopum

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto confratri nostro Edmundo Gest Roffen Episcopo ac Comendatario Archidiaconatus nostri Cantuar Salutem gratiam et benedictionem. Cum vacante nuper Sede Episcopali Landaven per mortem naturalem domini Anthonij Kitchen ultimi Episcopi ibidem Precentor et Capitulum ecclesie cathedralis Landaven predicte (licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) Venerabilem confratrem nostrum dominum Hugonem Jones in legibus Baccalaureum in eorum et dicte ecclesie cathedralis Episcopum et pastorem elegerint et ecclesie cathedrali predicte providerint de eodem Cumque eandem electionem et personam sic electam servatis de iure et statutis huius Regni Anglie in hac parte servandis Nos Mattheus Archiepiscopus Cantuar antedictus auctoritate litterarum Commissionalium patentium illustrissime in Christo principis et domine nostre Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. nobis in hac parte directarum rite et legitime mandavimus et fecimus confirmari eidemque confirmato Curam regimen et administrationem dicti Episcopatus Landaven commisimus, Necnon consequenter munus consecrationis eidem adhibitis de ritu et more ecclesie Anglicane Suffragiis et Insigniis adhibendis impendimus iuxta Statuta huius inclyti Regni Anglie in hac parte nuper edita et sancita, ipsumque confratrem nostrum sic confirmatum et consecratum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Iuriumque et pertinentiarum suorum universorum inducendum investiendum et intronizandum fore decrevimus et mandavimus Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus Quatenus prefatum Venerabilem confratrem nostrum seu procuratorem suum legitimum eius nomine) in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Landaven Iuriumque honorum dignitatum et pertinentiarum suorum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci installari et intronizari facias cum effectu Cathedramque sive Sedem Episcopalem in eadem ecclesia cathedrali eidem confratri nostro (ut moris est) assignes et eum in ea ut moris est imponas prout decet Iuribus et consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus et ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuar Necnon ecclesie cathedralis Landaven predicte dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith quinto die mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto/ Et nostre Consecrationis Anno Septimo

Aliud mandatum factum per dictum Archidiaconum ad eundem effectum

Edmundus Gest permissione divina Roffen Episcopus ac Comendatarius Archidiaconatus Cantuarien ad quem Inductio installatio et intronizatio omnium et singulorum Episcoporum Cantuarien provincie de laudabili longevaque et legitime prescripta consuetudine notorie dinoscuntur pertinere venerabilibus viris magistris [illegible] Langley in legibus Baccalaureo Archidiacono Landaven et Willelmo Evans in legibus Baccalaureo ecclesie cathedralis Landaven predicte Thesaurario Salutem in domino Sempiternam. Cum vacante nuper Sede Episcopali Landaven predicta per mortem naturalem domini Anthonij Kitchen ultimi Episcopi ibidem Precentor et Capitulum eiusdem ecclesie cathedralis Landaven predicte licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) Reverendum in Christo patrem dominum Hugonem Jones in legibus Baccalaureum in eorum et dicte ecclesie Episcopum et pastorem elegerunt. Cumque preterea Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Mattheus/

permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus auctoritate literarum Commissionalium patentium Illustrissime in xpo principis et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensor etc sibi in hac parte direct sufficienter et legitime fultus Electionem predictam de persona prefati Reverendi patris (ut premittit) factam et celebratam et personam sic electam servatis de Iure et statutis huius incliti Regni Anglie in hac parte servandis confirmari fecerit dictoque Reverendo pri, Curam Regimen et Administracionem dicti Episcopatus Landavensis commiserit Necnon munus consecrationis eidem Reverendo pri adhibitis Ceremonijs de more dicte Anglicane adhibendis nobisque dederit in mandatis Quatenus nos prefatum Reverendum patrem sic confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine in realem actualem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Landavensis Iuriumque et pertinentiarum dominiorum induceremus installaremus et inthronizaremus prout per literas suas patentes nobis in hac parte factas et inscriptas plenius liquet et apparet, Cum a nos in multis quibusdam arduis et urgentibus negotijs adeo sumus impliciti et occupati quod execucioni officij nri huiusmodi vacare non valemus Vobis ipsis et eorum cuilibet coniunctim et divisim de quorum circumspectione et industria specialem in dno fiduciam obtinemus, ad inducend prelibatum Reverendum patrem seu procuratorem suum legitimum (eius nomine) in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus et ecclie cath Landavensis Iuriumque et pertinentiarum suorum dominiorum / Eundemque Reverendum patrem seu eius procuratorem legitimum in plenitudine Iuris Episcopalis installand et inthronizand Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expedienda que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisita vices nras committimus et plenam tenore presentium concedimus potestatem Rogantes ut totum id quod in premissis feceritis aut eorum aliquis fecerit dicto inductionis negotio expedito nobis pro loco et tempore congruis et opportunis sic ad id fueritis requisiti debite significare velitis seu sic significet ille eorum cui huiusmodi negotium fuerit expedit In cuius rei testimonium Sigillum dicti Reverendissimi patris dni Matthei Archiepi Cantuar pro Curia Audiencie sue Cantuar eo quod Sigillum nrum ad manus nras in presenti non habemus presentibus affigi procuravimus et fecimus Dat Sexto die mensis Maij Anno dni Millesimo Quingentesimo Sexto Sexto

Acta habita et fact In Negotio Confirmationis

Electionis Venerabilis viri magistri Nicholai Robinson sacre theologie professoris in Episcopum et pastorem ecclie cath Bangor elect quinto die mensis Octobris Anno dni Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto Regnique dne nre Regine Elizabeth dei gra Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensor etc Anno Octavo in ecclia parochiali beate Marie de Archubus London ecclie xpi Cantuar Iurisdictionis immediate coram Venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore Reverendissimi in xpo patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani, mediantibus literis patentibus Regijs in hac parte legitime fulcit Vicario in spualibus generali et Officiali principali legitime deputat in presentia mei Iohis Incent notarij publici dicti Reverendissimi patris Registrarij primarij prout sequitur viz

Confirmatio Electionis dni Nicholai Robinson Epi Bangorien

Die et loco predictis inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei presentatis prefat magistro Thome Yale literis patentibus Regijs inferius mentionat ac per me prefatum notarium publicum de mandato dicti magistri Yale publice perlectis. Idem magister Yale ob reverentiam et honorem dicte Serenissime dne nre Regine acceptavit in se onus execucionis literarum patentium Regiarum huiusmodi et decrevit procedendum fore iuxta eorum formam et effectum earundem. Deinde comparuit personaliter magister Thomas Yale legum doctor et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclie cath Bangor predict et fecit se partem pro eisdem ac vice procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem magistro Yale Vicario generali antedict probum virum magistrum Rolandum Thomas artium magistrum

Et ex parte dicti dni Vicarij generalis sistebat, cui etiam exhibuit procuratorium suum pro dicto venerabili viro magistro Nicholao Robinson elect Bangor et fecit se partem pro eodem. Et tunc dictus magister Rolandus Thomas exhibuit mandatum Citatorium originale cum suo certificatorio in dorso super executione eiusdem et petiit omnes et singulos oppositores citatos preconizari. Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum etc ad fores ecclesie predicte et nullo eorum comparente, nec aliquo in hac parte opponente dictus magister Ithel accusavit eorum contumacias et petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces ac eis et eorum cuilibet in pena contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam electam precludi. Ad cuius petitionem dictus magister Thomas Yale Vicarius generalis antedictus pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, ac in pena etc viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit. Necnon ad petitionem dicti magistri Ithell ad ulteriora in eodem confirmationis negotio procedendum fore decrevit prout in Schedula per eum lecta plenius continetur. Qua quidem schedula sic lecta prefatus magister Ithell in presentia dicti magistri Rolandi Thomas procuratoris dicti dni Electi Bangor dedit Summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti. Ad cuius petitionem dictus admisit dictam Summariam petitionem quatenus de iure etc et assignavit dicto magistro Ithell ad probandum contenta in eadem ad statim. Deinde idem magister Ithell in subsidium probationis contentorum in dicta Summaria petitione exhibuit literas patentes Regie Maiestatis de consensu suo Regio eidem electioni adhibit ac prefat Reverendissimo patri pro confirmatione eiusdem electionis et consecratione dicti dni electi directas per quas inter alia manifeste constat prefatum magistrum Nicholaum Robinson in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Bangor predict per decanum et Capitulum eiusdem ecclesie sic electum fuisse atque eidem electioni consentisse. Et preterea exhibuit quandam papiri Schedulam formam consensus prefati magistri Robinson eidem electioni adhibiti continentem ac manu sua propria ut apparuit subscript. Quibus sic gestis dominus ad petitionem eiusdem magistri Ithell assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim. Et tunc dictus magister Ithell exhibuit omnia et singula per eum in dicto negotio exhibita et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter neque alio modo. Et deinde dictus ad petitionem dicti magistri Ithell assignavit ad concludendum ad statim dicto magistro Ithell incontinenti concludente cum dno sic etiam concludente. Qua conclusione sic facta, dnus ad petitionem eiusdem magistri Ithell assignavit ad audiendum Sententiam sive finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte opponentium dominus ad petitionem dicti magistri Ithell pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces ac in pena contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedendum fore ad prolationem Sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa ferend ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in Schedula per eum lecta plenius continetur. Et tunc prestitit Iuramentum per prefatum magistrum Rolandum Thomas nomine procuratorio prefati dni electi ac in animam eiusdem dni electi de renunciando omni et omnimode potestatem auctoritatem superioritatem forinsecas ac de recognoscendo Regia suprema potestatem in causis ecclesiasticis etc iuxta formam Statuti etc. Dnus ad petitionem eiusdem magistri Ithell legit tulit et promulgavit Sententiam diffinitivam in scriptis pronunciando, decernendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur. Super quibus omnibus et singulis premissis tam prefatus magister Rolandus Thomas procurator dni electi quam memoratus magister Ithell nec non eundem notarium publicum ac Registrarium antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos Testimonium inde perhibere instanter respective rogaverunt et requisiverunt. Postremo vero dnus ad petitionem eorundem procuratorum respective decrevit dictum dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore Curamque regimen et administrationem spiritualium et temporalium dicti Episcopatus Bangor eidem domino electo et confirmato commisit Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Iuriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore etiam decrevit per dominum Archidiaconum Cantuar vel eius deputat iuxta ecclesie cathedralis Bangor morem et consuetudinem legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversantibus presentibus tunc et ibidem Hugone Yale Roberto Walker Johanne Wood Cantuariensis et aliis Testibus etc.

lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor &c. Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli nostro domino Matheo Archiepiscopo Cantuariensi ac aliis quibuscunque quorum in hac parte interest Salutem. **Cum** vacante nuper sede episcopali Bangorensi per mortem naturalem Rolandi Meyrike ultimi episcopi ibidem ad humilem petitionem Decani et Capituli ecclesie nostre Cathedralis Bangorensis per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in episcopum et pastorem sedis predicte. Iidemque Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte dilectum nobis in Christo Nicholaum Robinson sacre theologie professorem sibi et ecclesie predicte elegerunt in episcopum et pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem et hoc vobis tenore presentium significamus. Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus vos eundem Nicholaum Robinson in episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Bangorensis predicte sic ut prefertur electum electionemque predictam confirmare et eundem Nicholaum Robinson episcopum et pastorem ecclesie predicte consecrare ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum effectu. **In cuius** rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipsa apud villam Sancti Albani quinto decimo die mensis Septembris Anno Regni nostri octavo. Cordell. C. per breve de privato sigillo &c.

Procuratorium Capituli Bangor

Pateat universis per presentes Quod nos Decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Bangorensis unanimi assensu et consensu nostris dilectos nobis in Christo magistros Thomam Yale et Johannem Gwyn legum doctores et H. B. conjunctim et divisim nostros veros certos legitimos ac indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris conjunctim et eorum cuilibet (per se) divisim per se et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice loco et nominibus nostris venerabilem virum magistrum Nicholaum Robinson sacre theologie professorem in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Bangorensis predicte per nos virtute licentie Regie nobis in hac parte facte electum, temporibus et locis congruis et opportunis ad eundem, seque ex parte nostra ad consentiendum electioni de persona sua in ea parte facte et celebrate, debita cum instantia petendum et requirendum Necnon electionem predictam per nos de persona prefati magistri Nicholai Robinson (ut prefertur) factam et celebratam illustrissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori &c. dicte ecclesie cathedralis patrone et fundatrici notificandum et intimandum ac eius assensum et consensum Regios in ea parte humiliter implorandum Ac decretum electionis predicte et personam per nos (ut premittitur) electam coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusve vicario in spiritualibus generali sive Commissario quocunque exhibendum et presentandum decretumque sive processum electionis predicte et personam sic (ut prefertur) electam in debita iuris forma approbari et confirmari defectusque (siqui forsan) in ea parte intervenerint debite suppleri petendum requirendum et obtinendum Agendumque et defendendum ac litem seu lites contestandum et contestari videndum articulum sive articulos libellum sive libellos seu quascunque summarias petitiones dandum et proponendum Testes literas et instrumenta ac alia quecunque probationum genera producendum et exhibendum Testesque huiusmodi iurari videndum et audiendum in causa seu causis concludendum et concludi videndum Decretumque confirmationis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendum Necnon administrationem omnium et singulorum spiritualium et temporalium dicti episcopatus eidem electo committi ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem episcopatus iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum quorumcunque induendum et inthronizandum fore decerni petendum requirendum et obtinendum Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna etiamsi mandatum de se exigant magis speciale quam superius expressum est Promittimusque nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum alter fecerint vel fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautione apponimus per presentes, In cuius rei testimonium Sigillum venerabilis viri dni Archini Midd. eo quod Sigillum nostrum Capitulare ad manus non habemus) presentibus apponi fecimus Dat. primo die mensis Octobris Ao dni Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto

Procuratorium dni electi Bangor.

Pateat universis per presentes Quod ego Nicholaus Robinson sacre theologie professor in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Bangor. per Decanum et Capitulum eiusdem ecclesie cathedralis rite et canonice electus. Dilectos mihi in Christo Rolandum Thomas artium magistrum et Thomam Bickeley clericum coniunctim et divisim meos veros certos legitimos ac indubitatos procuratores actores factores negotiorumque meorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nomine meo ordino facio et constituo per presentes. Do et concedo eisdem procuratoribus meis coniunctim et divisim et eorum alteri per se divisim potestatem generalem et mandatum speciale pro me ac vice loco et nomine meis coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusve Vicario in spiritualibus aut Commissario quibuscumque comparendum meque a personali comparitione excusandum ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandum et proponendum ac si opus fuerit fidem desuper faciendum et iurandum electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Bangor. per prefatos Decanum et Capitulum factam et celebratam approbari et confirmari meque in Episcopum Bangor. preferri recipi et admitti atque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Bangor. iuriumque et pertinentium suorum universorum induci et inthronizari petendum requirendum et impetrandum literasque quascumque in hac parte necessarias et oportunas fieri et interponi petendum et obtinendum Iuramentum insuper tam de fidelitate subiectione et obedientia dicte Serenissime dne nostre Regine Elizabethe heredibus et successoribus suis prestandum et exhibendum Necnon de renunciando recusando et refutando omnem et quandam auctoritatem potestatem iurisdictionem et superioritatem forinsecas et extraneas secundum veram formam et effectum Statuti huius incliti Regni Anglie in hac parte editi et provisi quam aliud quodcumque Iuramentum licitum et honestum ac de iure legibus et statutis huius Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandum subeundum et iurandum. Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum exequendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittoque me ratum gratum et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti procuratores mei seu eorum alter fecerint vel fecerit in premissis vel aliquo eorundem sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono per presentes. **In cuius** rei Testimonium Sigillum venerabilis viri dni Archini Midd. presentibus apponi fecimus Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Dat. primo die mensis Octobris Anno dni Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuarien. ubilibet constitutis Salutem gratiam et benedictionem. Cum vacante nuper sede episcopali Bangor. per mortem naturalem bone memorie dni Rolandi Meiricke ultimi et immediati Episcopi et pastoris eiusdem Decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Bangor. predicte pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint atque in huiusmodi electionis negotio rite procedentes venerabilem virum magistrum Nicholaum Robinson sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclesie cathedralis Episcopum et pastorem elegerint Cuique serenissima in Christo princeps et domina nostra domina Elizabetha dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eandem electionem de persona prefati electi Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas patentes Regias magno Sigillo suo Anglie sigillatas nobis significaverit Mandando [illegible] nos electionem predictam et personam electam confirmare et eundem Nicholaum Robinson in Episcopum Bangor. consecrare iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda prout per easdem literas patentes Regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem Serenissime dne nostre Regine mandatis pro officii nostri debito parere ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos (si qui essent) qui contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem horam et locum subscriptos evocandos et citandos fore decrevimus Justicia poscente. Vobis igitur vobisque et cuilibet vestrum committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Arcubus London nostre et ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuarien Jurisdictionis immediate, Necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra ecclesiam parochialem predictam vel in aliis locis prout vobis videbitur expedire omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint. Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali in eadem ecclesia de Arcubus die Sabbati proximo quinto die presentis Mensis Octobris inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum et locorum extunc sequentium (si oporteat) contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere, Ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes insuper modo et forma predictis citatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus Quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam quicquam dicere excipere vel opponere voluerint sive non nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus et procedere intendimus ipsorum sic citatorum et non comparentium contumacia ipso in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nostrum antedictum dictis die hora et loco debite et auctentice certificetis. Dat sub sigillo nostro tertio die Mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Et nostre consecrationis Anno septimo

Quinto die mensis Octobris Anno domini 1566 In ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London coram magistro Thoma Yale legum doctore vicario in spiritualibus generali Reverendissimi in Christo patris domini Archiepiscopi Cantuarien in presentia mei Johannis Incent notarii publici Registrarii etc comparuit personaliter Robertus Walker literatorius mandatarius etc et certificavit se executum fuisse hoc presens mandatum in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus predicta quarto die presentis mensis Octobris iuxta vim formam et effectum eiusdem super quibus fecit fidem.

prima Schedula contra oppositores

In dei nomine amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis legitime deputatus In negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Nicolai Robinson sacre theologie professoris in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Bangor electi facte et celebrate, rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores, qui contra dictam electionem formam, eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis isto die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos et proposituros rite et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli ecclesie cathedralis Bangor predicte pronunciamus contumaces et eorum cuilibet in penam Contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam Electionem formam eiusdem et personam electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante

Summaria petitio

In dei nomine amen coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano vestrove vicario in spiritualibus generali et Officiali principali pars venerabilium virorum

Decani et Capituli ecclesie cathedralis Bangor' dicti allegat et in hijs scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem per viam summarie petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur

1 Inprimis viz quod sedes episcopalis Bangor per mortem naturalem domini Rolandi Mericke ultimi episcopi Bangor per mortem naturalem domini Rolandi Mericke ultimi episcopi Bangor nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit et pastoris solatio destituta extitit hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet

2 Item quod dicta sede episcopali Bangor (ut prefertur) dudum vacante Decanus et Capitulum ecclesie cathedralis predicte capitulariter congregati, et Capitulum facientes licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta certum diem ac locum suum capitularem ecclesie cathedralis predicte ad electionem futuri episcopi Bangor celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Canonicos et prebendarios sive vocem et interesse in eadem eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio procedendi et procedi videndi legitime et peremptorie citari fecerunt hocque fuit et est verum etc

3 Item prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis viz   ultimo preterit capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes servatis primitus per eos de iure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis habito per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis predicte tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum magistrum Nicholaum Robinson sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum elegerunt, et ecclesie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra

4 Item quod electio huiusmodi et persona electa die premissa in ecclesia cathedrali Bangor fuit coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregati debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra

5 Item quod dictus venerabilis vir magister Nicholaus Robinson in episcopum dicte ecclesie cathedralis Bangor (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, ac consensum suum eidem prebuit in Scriptis per eum lectis Et ponit ut supra

6 Item quod prefatus magister Nicholaus Robinson fuit et est vir providus et discretus literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus, necnon deo devotus, et ecclesie memorate apprime necessarius, hocque fuit et est etc Et ponit ut supra

7 Item quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam, Serenissime domine nostre Regine Elizabeth per literas suas patentes Sigillo eorum Communi roboratas pro officio suo debito iuxta Statuta huius inclyti Regni Anglie significarunt et intimaverunt hocque fuit et est etc Et ponit ut supra

8 Item quod predicta pro parte Decani et Capituli antedictorum eidem Regie Sublimitati porrecta electionis huiusmodi eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua clementia Regia huiusmodi electioni de persona prefati magistri Nicholai Robynson (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos Regios graciose adhibuit et adhibet illamque ratam et gratam habuit et habet hocque fuit etc Et ponit ut supra

9 Item quod dicta Serenissima domina nostra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis Regijs huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit verum etiam et earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare ipsumque insigniis episcopalibus insigniare et decorare ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi solitis cum favore hocque fuit etc Et ponit

10 Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendam offert se pars dictorum Decani et Capituli prompta et parata pro loco et tempore congruis et opportunis petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmari decerni;

et eis effectum confirmari iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, Necnon et literas Regias patentes huiusmodi vobis direct in hac parte Serenissime Reginae Regimen et administrationem Episcopatus Bangor eidem elect committi, Ipsumque in Realem, actualem et corporalem possessionem dict Episcopatus Bangor Iuriumque et pertinentiarum suorum universorum inducend et inthronizand fore decerni, ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque, quod Iuris fuerit et Rationis, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes. Et premissa proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probandum nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus ei Iuris beneficio etc vestrum officium implorando etc

In dei noie amen Ego Nicholaus Robinson sacre theologie professor in etate legitima constitutus et de legitimo matrimonio procreatus in Episcopum et pastorem ecclesie cath Bangor rite et legitime electus atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in ea parte facte et celebrate ex parte venerabilium virorum decani et Capituli ecclie cath Bangor Rogatus et Requisitus dei omnipotentis clementia fretus electioni predict de me (ut premittitur) fact ac celebrat consentio atque consensum et assensum meos prebeo Rogatus prout in his scriptis — Consensus Electi

Nicolaus Bangor electus

In dei noie amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in Spiritualibus generalis et Officialis principalis legitime deputatus In negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri Nicholai Robinson sacre Theologie professoris in Episcopum et pastorem ecclie cath Bangor electi facte et celebrate rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem formam eius aut personam in hac parte electam, dicere excipere, vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis isto die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita Iuris forma dicturos et opposituros legitime et peremptorie citatos sepiusque publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam Electionem formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris decani et Capituli ecclie cath Bangor predict pronuntiamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie sive decreti finalis in hac causa eorundem ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante — Certa Schedula contra oppositores

I Nicholas Robinson electe Bysshoppe of Bangor do utterly testifie and declare in my Conscience That the Quenes Highnes is thonly Supreme Governor of this Realme and of all other her Highnes dominions and countryes, as well in all Spirituall or ecclesiasticall thinges or causes as temporall And that no fforrayne Prince person Prelate, State, or potentate hath or ought to have any auctorytie ecclesiasticall or Spirituall within this Realme And therfore I do utterly Renounce and forsake all forrayne Jurisdictions, powers, Superiorities and auctorities And do promise that from henceforth I shall bear faith and true allegeaunce to the Quenes Highnes her heires and lawfull Successors and to my power shall assist and defende all Jurisdictions, privileges, preeminences and auctorities graunted or belonginge to the Quenes Highnes her heires and Successors or united and annexed to thimperiall crowne of this Realme So helpe me God and by the contents of this Booke — Iuramentum prestitum per dominum electum Bangor

In dei noie amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in Spiritualibus generalem et Officialem principalem legitime deputatum meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis de persona — Sententia diffinitiva

Venerabilis et egregii viri magistri Nicholai Robinson sacre theologie professoris
in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Bangor per mortem naturalem domini Rolandi
Merike ultimi episcopi et pastoris eiusdem vacant electi fact et celebrat, quod coram nobis
aliquamdiu pendebat, et indeciso remanet, rite et legitime procedens: Visis primitus per
nos tot et integro processu coram nobis in dicto negotio habit et fact atque diligenter
recensit, servatisque per nos de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis,
ad nostri finalis decreti sive sententie diffinitive confirmationis in huiusmodi negotio ferend prola-
tionem sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum: Quia per acta
exhibita, producta, et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus
luculenter et invenimus, electionem ipsam per decanum et capitulum ecclesie cathedralis predicte
de prefato magistro Nicholao Robinson electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et
moribus merito commendato, libero, et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima
et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam
Nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu
obviare, quominus in episcopum Bangor auctoritate dicti reverendissimi patris merito debeat
confirmari. **Idcirco** nos Thomas Yale legum doctor vicarius in spiritualibus gene-
ralis antedictus attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus electus
Bangor, fidedigno commendatur testimonio apud nos, prout nos sibi merito ac regni sui
Deum orantes preponentes, de et cum consilio iurisperitorum cum quibus in hac parte
communicavimus predictam electionem de eodem venerabili viro factam et celebratam
auctoritate dicti reverendissimi patris nobis commissa confirmamus, defectus quoscumque
in dicto negotio intervenientes (siqui forsan sint) quantum in nobis est et de iure
potuerimus supplentes et supplemus per hanc nostram sententiam diffinitivam
sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ad petitionem partium ita proferi-
mus et promulgamus in hiis scriptis

Consecratio domini Nicho-
lai Robinson Episcopi
Bangorien

Dei dominica viz vicesimo die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo
Sexagesimo Sexto. In Capella reverendissimi in Christo patris domini Matthei Archiepiscopi
Cantuar infra manerium suum de Lambehith situat idem reverendissimus pater vigore
et auctoritate literarum Commissionalium patentium domine nostre Regine Elizabeth sibi in hac parte
directarum assistentibus sibi reverendis patribus dominis Nicholao Lincoln et Edmundo Roffen
respective episcopis, munus consecrationis venerabili viro domino Nicholao Robinson sacre
theologie professori in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Bangor electo et confirmato
prestitit primitus per eundem magistrum Nicholaum Robinson iuramento de renunciando omnimode forinsece
potestati ac de recognoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus
etc iuxta formam statuti etc, adhibitisque ceremoniis de more ecclesie Anglicane que
in ea parte de iure requirebat ac eum episcopalibus insigniis decoravit. Acta in presentia
mei Johannis Incent notarii publici Registrarii primarii dicti reverendissimi patris presentibus
tunc et ibidem venerabilibus viris magistris Johanne Pory sacre theologie professore
Thoma Yale et Willelmo Drury legum doctoribus Andrea Peirson et Thoma
Bickeley sacre theologie bacchalaureis dicti reverendissimi patris Capellanis et aliis
multis in numero copioso congregatis

Mandatum directum
Archidiacono Cantuar ad
installandum dictum Episcopum

Mattheus permissione divina Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropo-
litanus dilecto confratri nostro Edmundo Gest Roffen Episcopo ac Comendatario
Archidiaconatus nostri Cantuar salutem gratiam et benedictionem. Cum vacante nuper sede episcopali
Bangor per mortem naturalem domini Rolandi Merike ultimi episcopi ibidem decanus et
Capitulum ecclesie cathedralis Bangor predict licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta
venerabilem confratrem nostrum dominum Nicholaum Robinson sacre theologie professorem
in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum et pastorem elegerint et ecclesie cathedralis predict preficerint
de eodem Nosque quidem electionem et personam sic electam servatis de iure et statutis
huius Regni Anglie in hac parte servandis. Nos Mattheus Archiepiscopus Cantuar
antedict auctoritate literarum Commissionalium patentium illustrissimi in Christo principis et domine
nostre Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc nobis
in hac hac parte directarum rite et legitime mandavimus et fecimus confirmari eundem confirmat
curam regimen et administrationem dicti Episcopatus Bangor commisimus Vobis committimus

nimus Consensum nostrum adhibite et vice et more dicte Anglicane Suffraganeis et Insigniis adhibendis impendimus iuxta Statuta huius inclyti Regni Anglie in hac parte provisa et Sancita edita et Sancita, Reverendum confratrem nostrum sic confirmatum et consecratum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Juriumque et pertinentium suorum universorum inducendi investiendi et intronizandi vobis committimus et mandamus. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus eundem Reverendum confratrem nostrum sic provisum seu consecratum (vice nostra) in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Bangor Juriumque honorum dignitatum et pertinentium suorum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci installari et intronizari facias cum effectu. Cathedramque sive Sedem Episcopalem in dicta ecclesia Cathedrali eidem confratri nostro (ut moris est) assignes et omnia in hoc casu necessaria imponas prout decet, Juribus et consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus et ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuarien. necnon ecclesie Cathedralis Bangor predicte dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambehith xx° die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto Et nostre Consecrationis Anno Septimo.

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit **Nicholaus** permissione divina Bangoren. Episcopus Salutem in domino Sempiternam. Cum tam de antiqua, laudabili longevaque et hactenus prescripta consuetudine hactenus inconcusse usitata et observata, quam etiam de singulari prerogativa ecclesie Metropolitice Christi Cantuarien. fuerit et sit usitatum et observatum, quod Archiepiscopus Cantuarien. pro tempore existens cuilibet Suffraganeorum in Episcopum alicuius ecclesie Cathedralis eiusdem Archiepiscopi Cantuarien. provincie electo statim post confirmationem electionis huiusmodi unum clericum idoneum nominare et presentare possit, cui idem electus confirmatus tenebitur quam primum facultas se obtulerit in sua ecclesia tali de Canonicatu et prebenda seu de alio competenti beneficio ecclesiastico providere, ac interim dictum clericum ad Canonicatum et prebendam seu beneficium huiusmodi sic promovendum acceptare et admittere, Necnon sibi pensionem annuam quinque librarum monete Anglie constituere tantisper solvendam et impendendam quousque eidem clerico de Canonicatu et prebenda vel alio competenti beneficio huiusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum. Noveritis nos Nicholaum Episcopum Bangoren. antedictum, Jura libertates consuetudines et prerogativa ecclesie Metropolitice Christi Cantuarien. pro posse nostro adimplere volentes, intuitu prerogative predicte dedisse concessisse et confirmasse, ac per presentes pro nobis et Successoribus nostris dare concedere et confirmare Reverendissimo in Christo patri et domino domino Mattheo permissione divina Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano primam et proximam Advocationem, nominationem, donationem, presentationem, liberamque dispositionem et Jus patronatus ecclesie parochialis de llandyvrog in decanatu de Dyffrenclwyd Denbigh nostre Bangoren. diocesis que de nostro patronatu et Collatione existit, pro prima et proxima vice et vacatione eiusdem ecclesie tantum cum acciderit. **Habendum** et tenendum dictam primam et proximam Advocationem, nominationem donationem presentationem liberamque dispositionem et Jus patronatus dicte ecclesie parochialis de llandyvrog prefato Reverendissimo in Christo patri domino Mattheo Archiepiscopo Cantuarien. antedicto executoribusque et Assignatis suis pro dicta prima et proxima vacatione eiusdem ecclesie tantum. Ita quod bene liceat et licebit predicto Reverendissimo patri Mattheo Archiepiscopo Cantuarien. executoribusque et Assignatis suis cum et quando dictam ecclesiam parochialem de llandyvrog per mortem resignationem cessionem dimissionem permutationem privationem amotionem seu aliquo alio modo quocumque primo et proxime vacare contigerit quamcumque personam habilem et idoneam ad dictam ecclesiam parochialem de llandyvrog nobis aut Successoribus nostris Bangoren. Episcopis qui pro tempore fuerint vel alii competenti Judici sive ordinario in ea parte cuicumque absque aliqua contradictione seu restrictione nostra aut Successorum nostrorum libere et licite nominare et presentare. Ceteraque omnia et singula alia in ea parte requisita seu quomodolibet necessaria vel oportuna facere et adimplere adeo plene libere et absolute ac in tam amplis modo et forma (pro prima et proxima vice et vacatione tantum) eiusdem ecclesie parochialis de llandyvrog predicte prout et quemadmodum nos prefatus Episcopus vel Successores nostri facere et exequi possemus vel deberemus seu possent aut deberent si hec presens nostra donatio et concessio inde facta non fuisset. Ita tamen quod si contingat huiusmodi donationem et concessionem nostram pro prima et proxima vacatione dicte ecclesie parochialis de llandyvrog ratione forsan alicuius prioris donationis sive concessionis inde facte seu quovis alio modo fore debilem, fore invalidam tunc et in eo casu volumus et concedimus quod hec nostra donatio et concessio extendat ad secundam ac etiam in casu simili ad tertiam vacationem dicte ecclesie parochialis de llandyvrog. Ita quod Jus consimile ad eandem ecclesiam parochialem non antea revertatur ad nos vel Successores nostros donec et quousque una persona sit per dictum Reverendissimum patrem executores vel Assignatos suos nominata

Advocatio concess.
Dno Archiepo
Cant.
per Epm Bangor

et presentata, Curam Institutionem et investituram ac etiam realem actualem et corporalem possessionem dicte ecclesie parochialis de llandwrog Juriumque et pertinentium suorum universorum debite et effectualiter obtinuerit et adeptus fuerit **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum quo ad manum utimur presentibus apposuimus. Datum in Manerio nostro apud Bangor duodecimo die mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo Regnique domine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et hibernie Regine fidei defensoris &c Anno Nono ./. Et nostre Consecrationis Anno primo ./.

Oxon

Confirmatio electionis domini Hugonis Curen Episcopi Oxon ./-/-/-/

Acta habita et facta in negotio confirmationis electionis Reverendi in Christo patris et domini Hugonis Curen in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Christi Oxon electi decimo quarto die mensis Octobris Anno domini 1567 Regnique domine nostre Regine Elizabethe dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensoris &c. Anno Nono in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London ecclesie Christi Cant. Jurisdictionis immediate coram venerabili viro magistro Thoma yale Legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuar. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani mediantibus litteris patentibus Regiis in hac parte legitime fulcito Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali legitime deputato in presentia mei Johannis Incent notarii publici dicti Reverendissimi patris Registrarii primarii prout sequitur viz./

Die et Loco predictis inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei prefati comparente magistro Thome yale dictis patentibus Regiis inferius mentionatis ac per me notarium publicum prenominatum de mandato dicti magistri yale perlectis idem magister yale ob reverentiam et honorem dicte serenissime domine nostre Regine acceptavit in se onus executionis litterarum patentium Regiarum huiusmodi et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem Deinde comparuit personaliter Robertus Gaye notarius publicus et exhibuit procuratorium suum litteratorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie cathedralis Christi Oxon predicte et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem magistro yale Vicario generali antedicto providum virum magistrum willmum Gaye notarium publicum et exegione dicti Vicarii generalis sistebat qui etiam exhibuit procuratorium suum pro dicto Reverendo patre electo huiusmodi et fecit se partem pro eodem Et tunc dictus Robertus Gaye exhibuit mandatum citatorium originale alias contra oppositores emanatum una cum certificatorio in dorso sive a tergo eiusdem et petiit eos et singulos oppositores citatos preconizari Et consequenter facta trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum &c. ad fores ecclesie parochialis predicte et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte opponente dictus Robertus Gaye accusavit eorum contumaciam et petiit eos et eorum quemlibet reputari contumaces ac eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam electam precludi Ad cuius petitionem dictus magister Thomas yale Vicarius generalis antedictus pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces ac in penam etc. viam ulterius in hac parte opponendi eis et eorum cuilibet preclusit Necnon ad petitionem dicti Roberti Gaye ad ulteriora in eodem confirmationis negotio procedendum fore decrevit prout in schedula per eum lecta plenius continetur Qua quidem schedula sic lecta prefatus Robertus Gaye in presentia magistri willmi Gaye procuratoris dicti domini electi dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti Ad cuius petitionem dominus admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure &c. et assignavit dicto Roberto Gaye ad probandum contenta in eadem ad statim Deinde idem Robertus Gaye in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit certificatorium factum per Decanum et Capitulum Oxon super electione Necnon literas patentes Regie maiestatis de consensu suo Regio eidem electioni adhibito ac prefato Reverendissimo patri pro confirmatione eiusdem electionis directas Quibus sic exhibitis dominus ad petitionem eiusdem Roberti Gaye assignavit sibi ad proponendum omnia ad statim Et tunc dictus Robertus Gaye exhibuit omnia et singula per eum in dicto negotio exhibita et proposita quatenus sibi conducunt et non aliter neque alio modo Et deinde dominus ad petitionem dicti Roberti Gaye assignavit ad concludendum ad statim dicto Roberto Gaye incontinenti concludente cum dominus secum etiam concludente Qua conclusione sic facta dominus ad petitionem ipsius Roberti Gaye assignavit ad audiendum sententiam sive finale decretum ad statim Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic ut premittitur citatorum et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte opponentium dnũ ad petitionem dni Roberti Saye pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedend fore ad prolacõem Sñie diffinitive sive decreti finalis in hac ca ferend ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in Schedula p eum lecta plenius continetur Et tunc pstit Juramento p pfatum magrum Willm Saye noie procurio pfati dni electi ac in aiam eiusd dni electi de renunciand omi et omimod ptatem auctem superioritatem forancas ac de recognoscend Regiam supremã ptatem in causis ecclasticis etc. iuxta formã Statuti dns ad peticõem ipius Roberti Saye legit tulit et promulgavit Sniam diffinitivã in scriptis pronunciand decernend ceteraq faciend prout in eadem continetur Super quibus omnibus et singulis pmissis tam pfatus magr Willmus Saye procurator dni electi supra memoratus Robertus Saye me eundem notariũ puc et Registrarium auctorum sibi unũ vel plura publicum sive puca Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius noiatos Testimoniũ inde phibere instanter respective rogarunt et requisierunt Postremo vero dominus ad peticõem eorundem procuratorũ respective commisit eidem dno electo et confirmat. Curam Regimen et Admistracõem spualium et temporalium dci Epatus Oxon Iuriumq in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Iuriumq dignitatum, honorum, preeminentiarum et ptinen suorum quarumcumq inducend et intronizand fore decrevit p dnm Archinum Cantuar vel eius deputatum iuxta morem et consuetudinem ecclie cath Oxon pdict (Legibus et Statutis huius Regni Anglie non adversand) ptibus tunc et ibm hugone yale Roberto Walker Joħe Woodhawe Cratis et aliis testibus

Lre patentes de consensu Regio

Elizabeth dei gra Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in xpo pri dno Mattheo divina pmissione Cantuarien Archiepo ac totius Anglie Primati et Metropolitano Salutm. **Cum** ecclia nra cath xpi Oxon per mortem bone memorie dni Roberti kinge eiusdem ecclie dudum Epi iam p aliquod tempus vacavit Decanus et Capitulum ecclie nre pdce prius licentia a nobis p eos aliam eligend in eorum Epm et pastorem petita pariter et obtenta Reverendum in xpo prem dnm hugonem Curen in eorum Epm ac pastorem canonice eleger. et noiaver. sicuti p eorum lras quas vobis mittimus psentibus inclusas plenius liquet Nobis humiliter significaverunt quod dce quidem electioni et psone sic electe humilibus eorum mediantibus supplicacoibus nrum Regium adhibuimus favorem pariter et assensum et eundem electum apud vos recommendatum habemus Quocirca vobis mandamus quod cetera oia que p vos ad confirmacõem et consecrationem eiusdem in dco Epatu fieri consuever. secundum Leges et Statuta Regni nri Anglie hac in pte edit. et provisa cum favore et diligentia facere velitis **In Cuius** Rei testimonium has lras nras fieri fecimus patentes **Teste** me ipa apud Westm Octavo die Octobris Anno Regni nri Nono p bre de privat Sigillo etc.

Tha. Cordell

Procuratorium Decani et Capitl. Oxon ad petend electionem confirmari

Pateat univsis p psentes Quod nos Decanus et Capitulum ecclie cathedralis Oxon unanimi assensu et consensu nris dilectos nobis in xpo magros Willm Saye notarium publicum Curie Cantuarien Procuratorem generalem primum et Robertum Say notarium puc coñ et diũ nros veros certos lrimos ac indubitatos procuratores actores factores negotiorumq nrorum gestores et nuncios spuales ad infrascripta noiamus ordinamus facimus et constituimus per psentes Damusq et concedimus eisdem procuratoribus nris coñ et eorum alteri psse diũ ptatem generalem et mandatum spale pro nobis ac vice Loco et noibus nris Venerabilem virum nrum hugonem Curen Legum doctorem in Epm et pastorem ecclie cath Oxon pdict p nos virtute Lire Regie nobis in hac pte fact. als electum temporibus et Locis congruis et oportunis adeund Iuriumq ex pte nra ad consentiend electioni de psona sua in ea pte fact. et celebrat debita cum instantia petend et requirend Necnon electionem pdict p nos de psona pfati mri hugonis Curen (ut pfertur) factam et celebrat. Illustrissime in xpo Principi et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensor etc. dce ecclie cath Patrone et fundatrici notificand et intimand ac eius assensum et consensum Regios in ea pte humilr implorand Ac decretũ electiois pdict et psonam sic (ut pfertur) electam coram Rmo in xpo pre et dno dno Mattheo pmissione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusve Vicario in spualibus generali sive Commissario quocumq psentand et exhibend dictumq decretum sive processum electionis pdict et psonam sic ut pmittitur electam in debita iuris forma approbari et confirmari petend ceteraq si que forsan in ea pte interveneint debite suppleri petendum requirendum et obtinendum agendumque et defendendum ac litem seu lites contestandum et contestari videndum articulum seu articulos libellum sive libellos seu quascunque summarias petitiones dandum et proponendum testes literas et instrumenta ac alia quecunque probationum genera producendum et exhibendum testesque huiusmodi iurari videndum et audiendum in causa seu causis concludendum et concludi videndum decretumque confirmationis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendum necnon administrationem omnium et singulorum spiritualium et temporalium Episcopatus eidem electo committi ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti eiusdem Episcopatus iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum seu decerni petendum requirendum et obtinendum Et generaliter omnia alia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiam si mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittimusque nos rat. grat. et firm. perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum alter fecerint vel fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestren (eo quod sigillum nostrum capitulare ad manus non habemus) presentibus apponi fecimus Dat. primo die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo

Procuratorium dicti electi Oxon.

Pateat universis per presentes Quod Ego Hugo Curen Legum doctor in Episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Oxon per presidentem et Capitulum eiusdem ecclesie Christi Oxford rite et legitime electus Dilectos mihi in Christo magistros Willelmum Saye notarium publicum curie Cantuarien procuratorem generalem eiusdem et Robertum Say notarium publicum coniunctim et divisim meos veros certos legitimos ac indubitatos procuratores actores factores negotiorumque meorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nomine meo facio ordino et constituo per presentes Dans et concedens eisdem procuratoribus meis coniunctim et eorum alteri per se divisim plenam potestatem generalem et mandatum speciale pro me ac vice loco et nomine meis coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusdemve Vicario in spiritualibus generali aut Commissariis quibuscunque comparendum meque a personali comparitione excusandum ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandum et proponendum ac si opus fuerit fidem desuper faciendum et iurandum Electionemque de me et persona mea ad dictum Episcopatum Oxon per dictum presidentem et Capitulum factam et celebratam approbari et confirmari meque in Episcopum Oxon predict. recipi et admitti atque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Oxon iuriumque et pertinentiarum suorum universorum induci et intronizari petendum et requirendum ac impetrandum decretaque quecunque in hac parte necessaria et oportuna fieri et interponi petendum et obtinendum Iuramentumque insuper tam de fidelitate subiectione et obedientia dicte serenissime domine nostre Regine Elizabethe heredibus et successoribus suis prestandum et exhibendum necnon de renunciandum recusandum et refutandum omnem et omnimodam potestatem auctoritatem iurisdictionem et superioritatem foraneas et extraneas secundum vim formam et effectum Statuti huiusmodi inclyti Regni Anglie in hac parte editi et provisi quam aliud quodcunque iuramentum licitum et honestum ac de iure legibus et Statutis huiusmodi Regni Anglie in hac parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandum subeundum et iurandum Et generaliter omnia alia et singula faciendum exercendum exequendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiam si mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittoque me ratum gratum et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti procuratores mei seu eorum alter fecerint vel fecerit in premissis vel aliquo eorundem sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono per presentes In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Cicestren presentibus apponi procuravi Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti constituentis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus Dat. nono die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis clericis et literatis quibuscunque per provinciam nostram Cantuarien ubilibet constitutis Salutem gratiam et benedictionem. Cum vacante sede episcopali Oxon per mortem bone memorie domini Roberti King ultimi et immediati Episcopi et pastoris eiusdem Decanus et Capitulum ecclesie cathedralis Oxon pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint atque in huiusmodi electionis negotio rite procedentes Reverendum in Christo patrem dominum Hugonem Curen in eorum et dicte ecclesie cathedralis Episcopum et pastorem

elegerint Cumque Serenissima in xpo Principis et dna nra dna Elizabeth dei gra =
Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. ad humilem peticionem eorundem Decani
et Capli eidem electioni de psona pfati electi Regium suum adhibuerit assensum pariter et =
favorem prout p liras patentes Regias magno Sigillo suo Anglie sigillatas nobis significa-
uerit Mandando quatenus nos electionem pdictam et psona electi confirmare et eundem Hugonem
Curen in Epum Oxon consecrare iuxta formam Statuti p in ea pte editi et pvisi velimus =
cum omni celeritate accomoda, prout p easdem liras patentes Regias ad quas habeatur =
relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem Serenissime dne nre Regine
mandatis pro officii nri debito parere ac in huiusmodi confirmacois negotio iuxta iuris et =
Statutor huius Regni Anglie exigentia procedere vos et singulos (si qui essent) qui =
contra dictam electionem formam eiusdem aut psona in hac pte electi dicere excipere vel =
opponere voluerint ad diem horam et effectum subscriptos evocandos et citandos fore
decrevimus iustitia poscente. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungentes =
mandamus Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie pu'ce alta et intelligibili
voce infra ecclesiam poch. bte marie de Archubus London nre et ecclie nre metropolitice
Xpi Cantuarien Iurisdictionis immediate necnon p affixionem pntium in aliquo loco =
conveniente infra ecclesiam poch pdictam vel in aliis locis pu'cis ubi videbitur expediens =
vos et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam
electionem formam eiusdem aut psona in hac pte electam dicere excipere vel opponere =
voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in spualibus =
generali et Officiali principali in eadem ecclia de Archubus die Iovis viz quarto die pntis
mensis Octobris inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione
et prorogatione dierum et horarum extunc sequen (si oporteat) contra dictam electionem formam
I Richard Curtesse elect Busshoppe of Chichester doo utterlye testyfye and declare in my conscience that the Quenes highnes ys the onely Supreme Governour of this Realme and of all other her highnes dominions and Contries aswell in all spuall or temporall thinges or causes as temporall And that no fforreyne Prince person Prelate State or potentate hath or ought to have any Jurisdiction Power Superioritie Preheminence or autorytie ecclesiasticall or spuall within this Realme And therfore doo utterlye renounce and forsake all forrayne Jurisdictions powers and superiorities and authorities And doo promyse that from hensforth I shall bere faithe and true Allegeance unto the Quenes highnes her heires and Lawfull Successoures And to my power shall assist and defende all Jurisdictions pryvileges preheminences and autorities graunted or belonginge to the Quenes highnes her heyres and Successors or united and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme So god me helpe and by the contents of this book

Juramentum prestitum per dictum electum

In dei noie Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale legum Doctorem Reverendissimi in xpo Patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in spualibus generalem et officialem principalem ltime deputatum meritis et circumstantijs cuiusdam cause sive Negotij confirmationis electionis de persona venerabilis viri magri Ricardi Curtys sacre Theologie professoris in Epum et pastorem Eccle Cathis Cicestren per mortem naturalem dni Willmi Barlowe ultimi Epi et Pastoris eiusdem vacan elect fact et celebrat quod coram nobis aliquamdiu vertebatur et in pnti vertitur et pendet indecisum Rimato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto Negotio habit et fact atque diligenter recensito servatisque per nos de iure et Statutis huius regni Anglie in ea parte servandis ad sententie finalis decreti sive sententie diffinitive confirmationis in huiusmodi Negotio ferend prolationem sic duximus procedendum et procedimus hunc qui sequitur modum Quia per Acta exhibita producta et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus electionem ipsam per Decanum et Capitulum Eccle Cathis pred de prefato Mro Rico Curtis elect huiusmodi viro utique provido et discreto vita et Moribus merito commendat libero et de ltimo Matrimonio procreato atque in etate ltima et ordine sacerdotali constitut rite et ltime fuisse fact et celebrat Nihilque eidem venerabili viro elect huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare quominus in Epum Cicestren auctte dicti Revmi Pris merito debeat confirmari Idcirco Nos Thomas Yale Legum Doctor Vicarius in spualibus generalis antedictus attente premissis et alijs virtutum meritis Super quibus Prefatus electus Cicestren fidedigno commendatur testimonio xpi Noie primitus invocat ac ipm solum deum oculis nris preponentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus Predictam Electionem de eodem venerabili

Snia diffinitiva

vero factam et celebratam auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis commissa confirmamus defectus quoscunque in dicto negotio interuenientes si qui forsan sint quantum in nobis est et de iure poterimus supplentes et supplemus Ipsumque dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus Curamque regimen et administrationem spiritualium et temporalium dicti Episcopatus Cicestrensis eidem domino electo committimus ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Cicestrensis Iuriumque et dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum vniversorum inducendum et intronizandum fore per Archidiaconum Cantuariensem seu eius deputatum iuxta Ecclesie Cathedralis Cicestrensis morem et consuetudinem legibus et statutis huius regni Anglie non aduersantibus etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam siue hoc nostrum finale decretum quam sive quod ad petitionem partium ita petentium ferimus et promulgamus in hijs scriptis

Lecta et lata fuit huiusmodi sententia diffinitiva per magistrum Thomam Yale vicarium in spiritualibus generalem et auditorem in Ecclesia de Archubus London xxvij^to die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo in presentia mei Johannis Incent Notarij publici Registrarij presentibus tunc ibidem Magistris Johanne Hamonde et Willelmo Constantyne legum doctoribus Willelmo Babham et Christofero Rothell Notarijs publicis Hugone Yale et Roberto Walker ac Antho. Barker literatis testibus etc

Vocatio Episcoporum ad consecrationem Episcopi Cicestrensis

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus venerabili confratri nostro domino Edmundo eadem permissione divina London Episcopo salutem et fraternam in domino charitatem Cum nos venerabilem virum dominum Ricardum Curtis sacre Theologie professorem in Episcopum et pastorem Ecclesie Cathedralis Cicestrensis electum et confirmatum die dominica viz vicesimo primo die presentis mensis Maij in Ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cantuariensis vigore et auctoritate literarum patentium Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc nobis in hac parte iuxta formam statuti parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi ac provisi factarum et directarum (Annuente domino) statuerimus et proposuerimus consecrare ffraternitati vestre tenore presentium firmiter precipiendo Mandamus quatenus vos premissa venerabilibus ffratribus nostris dominis Roberto Winton et Edmundo Roffen respective Episcopis ex parte nostra cum ea qua fieri poterit matura celeritate significetis et denuncietis seu sic significari et denunciari faciatis cum effectu Ac insuper Moneatis et Citetis seu sic Moneri et citari faciatis peremptorie prefatos confratres nostros et eorum vtrumque quos nos etiam tenore presentium sic Monemus et citamus quod ipsi et eorum vterque vna nobiscum die et loco predictis ad dei gloriam Ecclesie vtilitatem et dicti consecrandi solatium eidem consecrationi personaliter intersint et vterque eorum intersit sub pena contemptus Preterea vestram fraternitatem tenore presentium sic monemus et citamus quatenus eisdem die et loco eidem Consecrationi vna nobiscum etiam intersitis sub pena predicta Et quid in premissis feceritis Nos dictis die et loco vel citra per literas vestras patentes sigillo autentico sigillatas debite certificetis vna cum presentibus In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in Palatio nostro Cant decimo die mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo et nostre Consecrationis Anno vndecimo

Ordo consecrationis Reuerendi in Christo patris domini Richardi Curteys sacre Theologie professoris in Episcopum Cicestrensem in Choro Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant celebrate die dominica viz vicesimo primo die mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo

Consecratio domini Ricardi Curtis Episcopi Cicestrensis

In primis orientalis pars dicti Chori sacre communionis ministrationi destinata Tapetibus adornabatur ac solum sub pedibus panno sternabatur Mensa vero sacris peragendis ornata in dicta orientali parte Chori sita erat. Cathedra preterea Reverendissimo domino Archiepiscopo Cantuariensi et ceteris Episcopis eundem Consecrandi obeuntibus in dicta orientali parte Chori ac Scamna Tapeto Pulvinaribusque constrata tam ad Borialem et Australem partes dicti Chori quibus Episcopi genibus flexis innitterentur quin etiam aliud Scamnum ante Cathedras cui Episcopus consecrandus etiam inniteretur respective posite fuerunt. Hijs ita in ordine instructis Reuerendissimus in Christo pater dominus Mattheus Archiepiscopus Cantuariensis precedentibus eum decano prebendarijs ceterisque dicte Ecclesie Christi Cant Ministris ac comitantibus eum Reverendissimo patre domino Edmundo nuper London Episcopo modo in Archiepiscopum Eboracensem electo necnon Reverendis patribus dominis Roberto Winton et Edmundo Roffen respective Episcopis domino electo per navem Ecclesie Cant predicte transiens chorum eiusdem Ecclesie ingrediebatur ac Stallum decani ibidem occupauit Ceteris vero Episcopis in Stallis prebendariorum ibidem Sedentibus Et tunc decantatus extitit per ministros Chori psalmus siue hymnus organis sonantibus Quo finito prefatus Reverendissimus pater ceterique Episcopi decanus prebendarij et alij ministri predicti ad domum Capitularem eiusdem Ecclesie Christi Cantuarien se contulerunt vbi venerabilis vir Magister Thomas Godwin sacre Theologie professor decanus Ecclesie memorate Suggestum conscendens et assumpto pro Themate

eleganter concionabatur finita Concione prefatus Reverendissimus dominus Archiepiscopus Cantuariensis reliquique Episcopi decanus prebendarij et ceteri ministri Ecclesie ad Chorum revertebantur Dictusque Reverendissimus dominus Cantuariensis Superpellicio Lineo indutus ad sacram coenam celebrandam perrexit Reliqui vero Episcopi prenominati ad Scamna predicta superpellicijs Lineis similiter induti genua flexerunt

Finito tandem Evangelio Reverendi patres domini Robertus Winton et Edmundus Roffen Episcopi prefatum dominum Ricardum Curteys Cicestrensem electum et confirmatum coram prefato Reverendissimo domino Archiepiscopo Cantuariensi ante mensam in Cathedra sedenti adduxerunt et hijs verbis presentarunt Reverendissime in Christo Pater hunc virum pium et doctum tibi offerimus et presentamus vt Episcopus consecretur, Hijs verbis ita dictis Presentatisque per me Johannem Incent Notarium publicum dicti Reverendissimi domini Archiepiscopi Cantuariensis Registrarium principalem Literis Patentibus regijs Magno Sigillo Anglie sigillatis eidem Reverendissimo patri pro munere consecrationis prefato domino electo et confirmato Cicestrensi impendendo directis et per magistrum Thomam Yale Legum doctorem eiusdem Reverendissimi domini Cant vicarium in spiritualibus generalem publice perlectis Dictus dominus Electus Cicestrensis Iuramentum prestitit ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta primo de renunciando omnimode forinsece potestati etc Ac de recognoscendo suprema potestate regia in causis Ecclesiasticis et temporalibus iuxta formam Statuti parliamenti huius regni Anglie in ea parte editi et provisi Deinde de canonica obedientia et reverentia dicto Reverendissimo Patri domino Archiepiscopo Cantuariensi et Successoribus suis ac eidem Sedi Cantuarien prestand et exhibend Quo quidem Juramento solemniter prestito dictisqz et finitis Letanijs post aliquot questiones per dnm Archiepm Cantuarien eidem elect Cicestren propositas et interrogatas et Suffragia quedam iuxta formam Libri publicarz precum ad eam habit Dictus Reverendissimus Dns Mattheus Cantuarien Edmundus Eboracen electus Robertus Winton et Edmundus Roffen respective Epi manibus dco elect Cicestren imposite dixerunt anglice ut sequitur viz Take the holly goste and remember that thow stirre upp the grace of god which ys in the by imposition of handes ffor god hath not gyven us the spirite of ffeare but of power and love and sobernes hiis dictis Biblia Sacra eidem illi in manibus tradiderunt huiusmodi ad eum verba habentes gyve heede unto thy readinge exhortacon and doctrine Thinck uppon those things conteyned in this Booke be diligent in them that thy increase comyng by them may be manifest unto all men Take hede unto thy self and unto thy teachinge and be diligente in doinge them ffor by doinge this thowe shalt save thy self and them that here the thorough Jhus Christe o^r Lord Postquam hec dixissent ad reliqua communionis Solemnia perrexit dictus Reverendissimus Cant cum quo coirabant Reverendissimus Dns electus Eboracen ac Dns Cicestren necnon pfat Dni Winton et Roffen Epi Decanusqz et quidam Prebendarior dce Ecclie xpi Cantuarien Et tunc finitis peractisqz sacris dictus Reverendissimus Cant ceterisqz Epi Decanus et Prebendarij per australem Sacelli portam exierunt, Et confestim eisdem ipis Epis stipatus per eandem rediebatur portam ac per medium Chori primo deinde per navem Ecclie xpi Cant pdict precedentibus eu Decano prebendarijs et ministris ipius Ecclie sequentibus nonnullis claris et strenuis viris Comitatus Cancie famulisqz suis et alijs in multitudine magna ad Aulam suam magnam infra Palatium Archiepale Cant sibi se contulit et ibm mensis undiqz stratis cum copiosissima Multitudine convivarz Lautissime Prandebat **Acta et gesta** fuerunt hec oia et singula in pntia egregiorz virorz Edwardi Isaack Wilcom Cancie Rogeri Manwood et Willm Lovelace Armig ad Legem Thome Yale Willm Drewry Willm Constantine Johis Hamond et Henrici Worley Legum doctor Walteri Jones in Legibus Bacch necnon pfati Johis Incent Registrari principalis antedict Laurencij Argall Registrarij Curie Prerogative Cant Georgij Harrison et Petri Johnson procuratoris generalium Curie Cant de Arcubus et aliorum multorz generosorum et ceterorz in Multitudine Copiosa congregat Que oia et singula pfatus Reverendissimus Pater Dns Cantuarien tam in Registro suo principali quam etiam in Registro Decani et Capituli Ecclie xpi Cantuarien pdict Ad perpetuam rei geste memoriam registrand et inactitand fore voluit et decrevit **Tenor** vero Lrarz Patentium regiarum de quibus supra fit mentio sequitur in hec verba

Elizabethe dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor &c **Reverendissimo** in Chro patri ac predilecto et fideli nro Dno Mattheo Archiepo Cantuarien ac alijs quibuscumqz Epis quorz in hac parte interest saltm **Cum** vacante nuper Sede Epali Cicestren per mortem Naturalem ultimi Episcopi eiusdem ad humilem peticonem Decani et Capituli Ecclie nre Cathis Cicestren per Lras nras Patentes licentiam concesserimus alium sibi eligend in Epum et Pastorem sedis pred Jidem Decanus et Capitulm vigore et obtentu licencie nre predicte Dilcm nobis in Chro Magistrum Ricm Curteys sacre Theologie professorem sibi et Ecclie predicte Elegerunt in Epum et pastorem prout per lras suas Sigillo eorz co^i Sigillat nobis inde direct plenius Liquet et Apparet **Nos** electionem illam acceptantes eidem electioni Regium assensum nrm adhibim^s pariter et favorem Et hoc vobis tenore pntium significamus Rogantes et in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter Precipiendo Mandantes Quatenus vos eundem Ricm Curteys in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Cicestren pdict sic ut pfertur elect electionemqz pdcam confirmare et eundem Ricm Curteys Episcopum et Pastorem Ecclie predicte consecrare Ceteraqz oia et singula peragere que vro in hac parte incumbunt officio Pastorali iuxta formam Statutorz in ea parte edit et provis velitis cum effectu **In cuius** rei testimonium has Lras nras fieri fecimus Patentes **Teste** meipa apud Westm vicesimo secundo die Aprilis Anno regni nri Undecimo

Omnibus xpi fidelibus ad quos hoc pns Scriptum pervenerit **Richardus** permissione divina Cicestren Epus Salutm in domino Sempiternam **Cum** tam de antiqua Laudabili Longevaqz et ultimo prescripta Consuetudine hactenus inconcusse usitat et observat quam etiam de singulari prerogativa ecclie Metropolitice Xpi Cant fuerit et sit usitat et observat Quod Archiepus Cantuarien pro tempore existen cuilibet Suffraganeorz suorz in Epm alicuius Ecclie Cathedralis sue Cantuarien Provincie electo statim post confirmationem suam unum Clericum idoneum Nominare et presentare possit Cui idem electus confirmatus tenebitur quam primum facultas se obtulerit in sua Ecclia cathedrali De aliqua Dignitate Canonicatu et Prebenda vel de aliquo competenti Beneficio ecclesiastico providere Ac interim eum Clericum ad huiusmodi dignitatem Canonicatum et Prebendam seu Beneficium huiusmodi sic promovend acceptare et admittere necnon sibi pensionem annuam quinqz Librarum constituere Tantisper solvend et Impendend quousqz eidem clerico de aliqua dignitate Canonicatu et Prebenda seu Bnficio huiusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum **Sciatis** igr nos prefatum Richardum Epm Cicestren antedictum Jura Libertates Consuetudines et Prerogativas Ecclie Metropolitice Xpi Cantuar pro posse nro adimplere volen Dedisse Concessisse et hoc pnti Scripto nro confirmasse Reverendissimo in Chro patri et Dno Dno **Mattheo** permissione Divina Cantuarien Archiepo totius Anglie primati et Metropolitano Executoribusqz et Assignatis suis Advocaconem Nominaconem presentaconem Liberam Dispositionem et ius Patronatus Canonicatus et Prebende de Sutton in Ecclesia nra Cathedrali Cicestren cum illa per Mortem resignationem cessionem dimissionem permutaconem aut alio quovisqz modo post datam pntium vacaverit **habend tenend** et gaudend pfato Reverendissimo in xpo patri Executoribus et Assignatis suis dictam Advocaconem Nominationem presentaconem Liberam Dispositionem et Jus patronatus Canonicatus et Prebende de Sutton predict Pro termino viginti unius Annorz post datam pntium immediate sequen Ita quod bene Liceat et Licebit pfato Reverendissimo patri Executoribus et Assignat suis ad suum Libitum quoties contigerit quamcumqz personam idoneam ad dictam Canonicatum et prebendam cum eosdem post datam pntium vacare contigerit pro termino viginti et uni^s Annorz Nominare et pntare ac Lras Nominationis et presentationis de predicta Prebenda de Sutton cuicumqz persone idonee Pro termino pdco facere et concedere Ac oia alia et singula facere exercere et perimplere que in pmissis seu eorz aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna adeo pleno libere et integre et in tam amplis modo et forma prout nos pfatus Epus facere possemus et perimplere si hec pns nra Concessio sive confirmatio inde facta non fuisset **Proviso** tamen Quod quam primum contigerit hanc nram Donaconem sive Concessionem durante pdco

Advocatio concess Dno Archiepo ra

termino viginti unius Annorum post datam presentium pro unica et proxima vice aut una aliqua vacatione dictorum Canonicatus et prebende de facto suum debitum sortiri effectum ac personam idoneam ad presentationem dicti Reverendissimi pris Executorum vel assignatorum suorum ad eosdem Canonicatum et prebendam unica vice admitti ac in eisdem institui et in realem actualem et corporalem possessionem eorundem induci pacifice et quiete Quod si per defectum sive iniuria ipsius Reverendissimi patris Executorum vel assignatorum suorum steterit quominus dicta nra Donatio sive Concessio pro unica et proxima vice et vacatione eorundem Canonicatus et prebende suum debitum effectum ac presentem sortiatur Quod extunc Jus Patronatus eorundem Canonicatus et Prebende ad nos et Successores nros integre revertetur presenti Donatione sive Concessione nra aut vice se in eadem in aliquo non obstante In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus Dat xvij die Mensis Maij Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo

Acta habita et facta in Negotio confirmationis electionis Reverendissimi in xpo Patris et dni dni Edmundi Grindall nuper London Episcopi in Archiepm et Pastorem Ecclie cathedralis et Metropolitice Eboracen electi Die Lune viz vicesimo secundo die mensis Maij Anno dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo in Choro infra Ecclesiam Cathedralem et Metropoliticam xpi Cantuarien coram Reverendissimo in xpo Patre et dno dno Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie primate et Metropolitano necnon Reverendis Pribz dnis Roberto Winton et Edmundo Roffen respective Epis auctoritate parliamenti Regni Anglie Mediantibus Lris Commissionalibz patentibz Illustrissime in xpo Principis et dne nre dne Elizabethe dei gra Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensor etc eis in hac parte direct Commissariis fuit in presentia mei Johis Incent Notarij publici dicti Reverendissimi Pris dni Archiepi Cantuarien Registrarii principalis

Ebor

Acta confirmationis electionis dni Grindall Archiepi Ebor

In Dictis die hora et Loco inter horas octavam et Nonam antemeridiem eiusdem diei Prefatus Reverendissimus in Chro dns Mattheus Archiepus Cantuar palatium suum egressus ad Chorum dicte Ecclie Cathedralis et Metropolitice xpi Cantuar Comitantibus eum dicto Reverendissimo pre dno Edmundo Grindall Eboracen elect ac Reverendis patribz dnis Roberto Winton Edmundo Roffen et Rico Cicestren respective Epis precedentibz eum decano prebendariis et alijs ministris eiusdem sese contulit ac Stallum decanalem ibm occupavit Ceteri vero Epi in Stallis prebendariorum ibm sedebant Et tunc decantatus extitit per ministros Chori psalmus sive hymnus organis sonantibus Quo finito Prefatus Reverendissimus dns Cantuarien necnon Reverendi Prdes dni Robertus Winton et Edmundus Roffen respective Epi Cathedras ad orientalem partem dicti Chori positas respective occuparunt Et tunc presentatis eis per me prefatum Registrarium Lris patentibus dicte Illustrissime dne nre Regine magno Sigillo Anglie Sigillat eis in hac parte direct ac per venerabilem virum Magrm Thomam Yale Legum doctorem dicti Reverendissimi pris dni Archiepi Cantuarien vicarium in spiritualibus generalem de mandato eorundem Reverendissimi ac Reverendorum prium publice perlectis iidem Reverendissimus dns Cantuarien necnon Reverendi dni Winton et Roffen ob honorem et reverentiam prefato illustrissime dne nre Regine onus executionis dictarum Lrarum patentium in se acceptarunt et decreverunt procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem Deinde comparuit personaliter magr Walterus Jones in Legibus Baccus et exhibuit procuratorium suum Literatorie concept pro venerabilibus viris decano et Capitulo Ecclie cathlis et Metropolitice Eboracen predict et fecit se partem pro eisdem et sistebat in Cathedra e regione eorundem Reverendissimi et Reverendorum prium dnorum Matthei Cant ac Roberti Winton et Edmundi Roffen dictum Reverendissimum dnum electum Eboracen Et tunc dictus Magr Walterus Jones exhibuit Mandatum citatorium originale alias contra Oppositores etc emanat una cum certificatorio in dorso super executione eiusdem Et petijt oes et singulos citatos preconizari Et tunc facta trina publica preconizatione ad occidentalem partem dicti Chori omnium et singulorum ad hos diem horam et Locum sic citatorum et nullo eorum comparente nec aliquid in hac parte obijciente vel opponente prefati Reverendissimus ac Reverendi Prdes ad petitionem eiusdem Magri Walteri Jones accusatis contumaciis eorundem etc Pronuntiarunt eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dicti Magri Walteri Jones eis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi precluserunt prout in Schedula per dictum Reverendissimum Patrem de consensu Collegarum suorum lecta latius continetur Quibus sic gestis Prefatus Magr Walterus Jones Procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit Summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti qua quidem Summaria petitione per prefatum Magrum Thomam Yale vicarium in spiritualibus generalem antedictum de Mandato dicti Reverendissimi dni Cant et Collegarum suorum publice perlecta iidem Reverendissimus et Reverendi prdes ad petitionem eiusdem Magri Walteri Jones admiserunt eandem Summariam petitionem quatenus de iure sit admittenda et assignarunt eidem Magro Waltero ad probandum contenta in eadem ad statim Et tunc dictus Magr Walterus Jones in subsidium probationis contentorum in dicta Summaria petitione exhibuit Lras patentes regias commissionales predictas necnon certificatorium quoddam noie decani et Capituli Ecclie cathlis et Metropolitice Eboracen super electione fact de persona dicti Reverendissimi Pris dni Edmundi Grindall in Archiepm Eboracen Sigillo Communi eorundem decani et Capituli ut apparuit sub cera flava sigillat Et preterea exhibuit quoddam Instrumentum publicum factum super consensu dicti Rmi patris electionem predictam de persona sua fact adhibit Et allegavit oia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera atque habita et gesta prout in eisdem continetur petendo terminum sibi assignari ad proponendum oia Ad cuius petitionem dicti dni Commissarij assignarunt eidem Magro Waltero Jones ad proponendum oia ad statim Qui tunc et ibm exhibuit oia et singula per eum in dicto Negotio proposita Et exhibita quatenus sibi conducunt et non aliter neque alio modo Et petijt terminum assignari ad concludendum in eodem Negotio Cui sic petenti dicti dni Commissarij assignarunt ad concludendum ad statim Deinde dictus Magr Walterus Jones conclusit cum dnis Commissionarijs predictis secum etiam concludentibz et pro conclus habentibus Una conclusione sic facta dicti dni Commissionarij Ad peticionem pfati Magri Walteri Jones Assignarunt ad audiend Sniam suam sive eoz finalem decretum ad statim Et consequenter facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic ut pmittitur citatorum et Nullo eoz comparente dicti dni Commissionarij ad peticionem pfati Magri Walteri Jones accusantis eoz contumaciam Eos et eoz quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi Ad peticionem eiusdem Magri Walteri Jones decreverunt procedend fore ad prolationem Sniae diffinitive in hmoi causa sive Negotio confirmacionis eoz sic citat et non comparent absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in Schedula per eundem Reverendissimum patrem dnum Archiepum Cantuarien de consensu collegarum suorum lecta continetur Quibus expeditis prestitoque Juramento per eundem Reverendissimum dnum electum Eboracen Ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta de fidelitate Subiectione et obedientia dicte Illustrissime Dne nre Regine eiusque heredibus et Successoribus ac de Renunciand omnimode forance potestati iuxta formam Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte edit et provis Dictus Reverendissimus Dnus Mattheus Cantuarien Archiepus de consensu Collegarum suorum predict Legit tulit et Promulgavit Sniam diffinitivam sive finalem decretum predictum pronunciando declarando et cetera faciend prout in eadem continetur Super quibus omnibus et singulis dictus Magr Walterus Jones requisivit me eundem Notarium publicum et Rogavit sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere Deinde dni Commissionarij Ad peticionem dicti Magri Walteri Jones decreverunt sibi Lras testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma suprasepecificatis expediend fieri et Liberari Necnon commiserunt eidem Reverendissimo dno electo et confirmat Curam Regimen et Administracionem spualium et temporalium dicti Archiepatus Eboracen Et decreverunt ipsum inducend installand et inthronizand fore in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus et Ecclie Metropolitice Eboracen Juriumque dignitatum honorum preeminenciarum et ptinen suorum universorum iuxta morem et Consuetudinem ipsius Ecclie cathis et Metropolitice Eboracen (Legibus Modernis huius Regni Anglie non adversan) per Archidiaconum Eboracen seu eius deputatum Presentibus tunc ibm Thoma Godwyn decano Ecclie cathedralis et Metropolitice Xpi Cantuarien Thoma Yale Willmo Drewry Johe Hamonde Willmo Constantino et Henrico Worley Legum Doctoribus Andrea Peerson Bungey et Thoma Lawse Ecclie Xpi Cantuarien pred Canonicis et prebendarijs ac Georgio Harrison et Petro Johnson Notarijs publicis Alme Curie Cantuarien de Arcubus London procuratoribus generalibus et multis alijs testibus &c **Tenores** vero tam Lrarum patentium Regie Maiestatis quam etiam ceteris processus in dicto confirmacionis negotio habit et fact et superius mentionat sequuntur et sunt tales

Lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor &c **Reverendissimo** in Xpo Patri ac predilecto et fideli nro Dno Mattheo Archiepo Cantuarien ac Roberto Winton et Edmundo Roffen Epis Salutem **Cum** vacante nuper Sede Archiepali Ecclie Cathedralis et Metropolitice Ebor per mortem naturalem ultimi Archiepi eiusdem Ad humilem peticionem Decani et Capituli eiusdem Ecclie nre Metropolitice Ebor per Lras nras patentes Licenciam nram concesserimus alium sibi eligend in Archiepum et pastorem predicte Sedis ijdemque Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licencie nre predce Reverendum in Xpo patrem ac dilcm et fidelem nrm Edmundum London Episcopum sibi et Ecclie predicte elegerunt in Archiepum et pastorem prout p lras suas sub Sigillo eoz communi sigillat nobis inde direct plenius Liquet et Apparet **Nos** electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nrum assensum Adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore presentium Significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus Nobis tenemini firmiter precipientes et Mandantes quatinus vos eundem Edmundum in Archiepum et Pastorem Ecclie Metropolitice predce sic ut prefertur elect electionemque predictam confirmare et eundem Edmundum Archiepum et pastorem Ecclie Metropolitice Ebor predict per translacionem confirmare Ceteraque omnia et singula peragere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statutoz in ea parte edit et provis velitis cum effectu et favore **In cuius rei** Testimonium has Lras nras fieri fecimus patentes **Teste** me ipsa apud Gorhambury decimo sexto die Maij Anno regni nri Duodecimo

Procuratorium Capli Ebor

Pateat universis per presentes Quod nos Mattheus Hutton sacre Theologie Professor decanus Ecclie Cathedralis et Metropolitice sancti Petri Ebor et Capitulum eiusdem Ecclie venerabiles viros ac dilectos nobis in Xpo Richardum Maister in Medicinis Doctorem Walterum Jones in Legibus Bacchalaurium et Thomam Lakin artium Magrum coniunctim et eoz quemlibet per se divisim et insolid Ita quod non sit melior condicio occupantis nec deterior subsequentis Sed quod unus eoz inceperit id ipsoz quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire Procuratores Actores factores et nuncios nros speciales et generales ad infrascripta omnia et singula Nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes Damusque pariter et concedimus eisdem procuratoribus nris coniunctim et eoz cuilibet ut prefertur per se divisim et insolid ptatem generalem et Mandatum tam generale quam speciale pro nobis et vice et nominibus nris coram Reverendo in Xpo patre et Dno Dno Edmundo Dei gra London Episcopo In Archiepum Ecclie Cathis et Metropolitice sancti Petri Ebor pred elect comparend et interessend Litterasque nras certificatoriales sive decretum de et super electione eiusdem Reverendi in Xpo Patris et Dni Dni Edmundi permissione Divina London Episcopi in Archiepum et pastorem Ecclie Cathedralis et Metropolitice sancti Petri Ebor pd p nos unanimiter fact et confect Sigilloque nro com sigillat eidem Reverendo in Xpo patri et Dno Dno Edmundo pmissione dia London Epo realr psentand exhibend et ostendend Ipiusque Reverendi in Xpo Patris electioni pd de se in Archiepum et Pastorem dce Ecclie Cathedralis et Metropolitice sancti Petri Ebor ut pmittitur factconsensum adhibend petend requirend et obtinend Necnon inde et super premissis omnibus et singulis agend defendend excipiend replicand Litem contestand Ac Iuramentum tam de Calumnia quam de veritate dicend et quodlibet aliud genus liciti Sacramenti in animas nras prestand Ponend et Articuland ac positionibus articulis et interrogatoriis Respondend Crimina et defectus contra quoscumque opponentes si qui fuerint obijciend et proband Testes literas et Instrumenta ac alia quecumque probationum genera producend et exhibend ac contra Nos electum seu electionem predictam producta et exhibita aut producend et exhibend reproband ac omnia alia et singula faciend gerend exercend et expediend que in premissis et circa electum concernen et necessaria valeant notoria fuerint seu quomodolibet oportuna etiam si Mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum rat grat et firm perpetuis temporibus habend et habitur totum et quicquid per prefatos Procuratores nostros aut eorum quemlibet actum gestum sive procuratum fuerit in premissis vel aliquo premissorum In cuius rei testimonium Sigillum nrm commune presentibus est appensum Dat Ebor in domo nra Capitulari vndecimo die Aprilis Anno Dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Robertus Winton et Edmundus Roffensis** respective Epi aucte Parliamenti huius inclti Regni Anglie mediantibus Lris Comissionalibus paten Serenissime in Xro principis et dne nre Dne Elizabeth dei gra Anglie Ffrancie et Hibernie Regine fidei defensoris &c nobis in hac parte direct Comissarij legitime deputat **Vniversis** et singulis dce Dne Regine Subditis per vniversum Anglie Regnum vbilibet constitut Saltm gratiam et ben. **Cum** vacan nuper Sede Archiepali Ebor per mortem Naturalem Thome Yonge vltimi Archiepi eiusdem Decanus et Capitulum eccle Cathedralis Ebor pro electione Novi et futuri Archiepi ibm (licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebrand certum terminum prefixerint Atque in huiusmodi electionis negotio procedentes reverendum confratrem nrm Dnm Edmundum Gryndall nuper London Episcopum in eorum et dicte Eccle Metropolitice Ebor Archiepm elegerint et postulaverint **Cumque** dicta Serenissima dna nra Regina ad humilem petitionem dictorum Decani et Capituli eidem electioni et postulationi de persona prefati electi et postulati vt premittitur facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas suas patentes magno Sigillo suo Anglie sigillat Nobis Significavit Mandando Quatenus nos personam electam et postulatam ac electionem sive postulationem huiusmodi confirmar iuxta formam Statuti in ea parte edit et provis velimus cum omni celeritate accomoda prout per literas patentes Regias predictas ad quas habitam relatio plenius liquet et apparet **Nos** vero volentes eiusdem Serenissime Dne nre Regine mandatis pro officij nri debito parere ac in huiusmodi ~~ac in hac~~ confirmationis Negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere Omnes et singulos (si qui essent) qui contra dictam Electionem sive postulationem formam eiusdem personam ve in hac parte electam et postulatam dicere excipere vel opponere voluerint Ad diem et Locum subscript atque ad effectum inferius descriptum evocand et citand fore decrevimus Iustitia mediante **Vobis** igitur communiter et divisim Committimus ac firmiter Iniungendo Mandamus Quatenus Citetis seu Citari faciatis peremptorie omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie Alioquin in genere per affictionem presentium in aliquo Loco publico infra Regnum Anglie fiend aliisque viis et modis legitimis quibus id melius et efficatius de iure poteritis ita quod huiusmodi Citatio ad eorum Notitiam de verosimili verisimiliter pervenire poterit **Quod compareant** et eorum quilibet compareat coram nobis in Eccla Cath et Metro nra Xpi Cantuar. Die Lune viz vicesimo secundo die presentis Mensis Maij inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequen et Locorum si oporteat contra huiusmodi electionem et postulationem eiusdem formam personam electam et postulatam si sua putaverint interesse dictur excepturi et opposituri **Vlterius**que facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti confirmationis Negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes preterea modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus quibus nos etiam hac serie sic intimamus Quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram Nobis comparuerint et contra dictam Electionem et postulationem formam eiusdem aut personam electam et postulatam dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto Negotio iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigen procedemus Ipsorum sic Citatorum et non comparen absentia vel contumacia in aliquo non obstan **Et quid** in premissis feceritis Nos dictis die hora et Loco debite certificet seu sic certificet ille vestrum qui presens nrm Mandatum fuerit executus personaliter vel per literas vras patentes vna cum presentibus appon fecimus **Dat** decimo quarto die mensis Maij Anno Dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo

Executum fuit presens hoc Mandatum per Michaelem Shaller in Choro Eccle Cath Dni Pauli London ~~xxx~~ decimo sexto Maij Anno Dni 1570
3o

prima Schedula contra oppositores

In dei noie Amen Nos Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Robertus Winton et Edmundus Roffen eadem permissione respective Epi auctoritate Parliamenti huius regni Anglie Mediantibus Lris Comissionalibus patentibus illustrissime in Xpo principis et dne nre Dne Elizabeth dei gra Anglie Ffrancie et Hibernie Regine fidei defensoris &c nobis in hac parte directis ad infrascripta rite et legitime fulciti In negotio confirmationis Electionis de persona venerabilis Confratris nri Dni Edmundi Gryndall nuper London Epi in Archiepm eccle Cathedralis et Metropolitice Ebor electi, fact et celebrat rite procedentes omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Ad comparend coram Nobis istis die hora et Loco (si sua putaverint interesse) ac contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dictur excepturi et proposituri Legittime et peremptorie Citatos sepius publice preconizatos et nullo modo comparen Ad petitionem Procuratoris Decani et Capituli eccle Cathedralis Ebor pronunciamus contumaces ac ipsos et eorum quemlibet in pena contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam electam huiusmodi Precludimus in his Scriptis Ac etiam decernimus ad vlteriora in dicto confirmationis negotio procedend fore iuxta iuris et Statutorum huius inclti Regni Anglie exigentiam Ipsorum sic citatorum et non comparen absentijs sive contumacijs in aliquo non obstantibus

Summaria petitio

In Dei nomine Amen coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie Primat et Metropolitano Necnon Reverendis in Christo patribus dominis Roberto Winton et Edmundo Roffen respective Epis auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus literis Commissionalibus patentibus Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabeth Dei gratia Anglie Ffrancie et Hibernie Regine fidei defensoris Et vobis in hac parte directis ad infrascripta rite et legitime ffulcit Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclie Cathis et Metropolitice Ebor dicit allegat et in hijs scriptis in Jure Proponit Articulatim prout sequitur **In primis** viz Quod Sedes Archiepalis Ebor per mortem naturalem Thome Yonge ultimi Archiepi Pastorisque eiusdem nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit Pastorisque solatio caruit Necnon fuit et est verum publicum Notorium Manifest pariter et famosum Et Ponit coniunctim divisim et de quolibet **Item** Quod dicta Sede Archiepali Ebor ut premittitur dudum vacan Decanus et Capitulum antedicti in domo eorum Capitulari capitulariter congregat et Capitulum facien licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta certum diem ad domum suam Capitularem Ecclie Cathis et Metropolitice Ebor predictam ad electionem Novi et futuri Archiepi Ebor celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt Ac omnes et singulos eiusdem Ecclie Cathis et Metropolitice Ebor Canonicos et Prebendarios Jus vocis et interesse in eadem Electione habentes vel habere pretendentes ad diem hor et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processur et procedi visur legitime et peremptorie citari fecerunt Horumque fuit et est verum publicum &c Et ponit ut supra **Item** Quod prefat Decanus et Capitulum die et loco prefixis viz die ultimi elapsi capitulariter congregat et Capitulum facien servatis primitus per eos de Jure et Statutis huius inclyti Regni Anglie in hac parte servandis habito primitus inter eos tractatu diligenti de persona idonea in Archiepum eiusdem Ecclie Metropolitice eligend Tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante Reverendum in Christo Patrem dominum Edmundum Grindall tunc London Episcopum in eorum et dicte Ecclie Metropolitice Ebor Archiepum et Pastorem elegerunt ac Ecclie memorate Providerunt de eodem Et Ponit ut supra **Item** quod tam electio huiusmodi quam persona electi Die prenominat in Ecclia Cath et Metropolitica Ebor predicta coram Clero et Populo tunc ibidem in Multitudine Copiosa congregat public et declarat fuerunt Et Ponit ut supra **Item** Quod dictus Reverendus Pater dominus Edmundus Epus London in Archiepum Ebor ut prefertur electus huiusmodi electioni de se et persona sua ut prefertur facto et celebrato Ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli Ebor debitis Loco et tempore consentijt et ponit ut supra **Item** quod memoratus electus fuit et est vir providus et discretus Literarum scientia vita et moribus merito commendatus libero et de legitimo Matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus Necnon Deo devotus et Ecclie memorate apprime necessarius horumque fuit et est verum &c publicum notorium manifestum pariter et famosum Et Ponit ut supra **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem ac personam electam dicte Serenissime domine nostre Regine Elizabeth per literas suas patentes Sigillo eorum communi roboratas pro officij sui debito iuxta Statutum Parliamenti huius Regni Anglie in ea parte editum et provisum significarunt et intimarunt Horumque fuit et est verum &c Et ponit ut supra **Item** Quod presentat pro parte prefatorum Decani et Capituli eidem domine nostre Regine processu electionis huiusmodi eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua Clementia Regia supradicto electioni consensum et assensum suos Regios graciose prebuit et adhibuit illamque ratam et gratam habuit et habet horumque fuit et est verum publicum &c Et ponit ut supra **Item** quod supradicta domina nostra Regina vobis antedicto Reverendissimo patri domino Mattheo Archiepo Cantuarien antedict ac Reverendis Patribus dominis Roberto Winton et Edmundo Roffen respective Epis auditis sese assensum et consensum suos Regios eidem electioni adhibuisse per literas suas patentes vobis inscript et direct non solum significavit et intimavit verumetiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit Quatenus vos electionem predictam ac eundem electum confirmare Ceteraque peragere que vobis in hac parte incumbunt officij iuxta formam Statutorum in ea parte editorum et provisorum ac literarum suarum patentium huiusmodi tenorem velitis cum favore Horumque fuit et est verum publicum Notorium &c Et Ponit ut supra **Item** Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera Publica Notoria manifesta pariter et famosa Atque de et super eisdem Labor et in presenti Laborant publica vox et fama **Unde** facta fide de Jure in hac parte requisita Ad quam quidem faciend offert se Pars dictorum Decani et Capituli prompt et parat pro Loco et tempore congruis et oportunis Petit eadem Pars prefatam electionem et personam electam huiusmodi confirmand fore decerni et eam effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam Necnon et literarum Regiarum patentium huiusmodi vobis in hac parte directarum Dictoque electo Curamque Regimen et Administrationem dicti Archiepatus Ebor eidem elect committi Ipsumque in realem actualem et Corporalem possessionem dicti Archiepatus Eboracen Iuriumque et honorum dignitatum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducend et intronizand fore decerni ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis Suppleri defectus quoscumque in huiusmodi electionis Negotio intervenien si qui forsan in huiusmodi electionis negotio intervenerint **Que** omnia et singula Proponit et fieri petit **Pars** dictorum Decani et Capituli coniunctim et divisim Non arctans se ad omnia et singula premissa probanda Nec ad onus superflue Probationis de quo protestatur Sed quatenus Probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris Beneficio in omnibus semper salvo vestrum officium dominum Judicem antedicti humiliter implorando

Juramentum [illegible] consecratio [illegible] electi Ebor

Certificatorium electionis

Reverendo in Christo Patri et domino domino **Edmundo** permissione divina London Episcopo vestri humiles et devoti Mattheus Hutton sacre Theologie Professor Decanus Ecclie Cathedralis et Metropolitice Beati Petri Ebor et Capitulum eiusdem Ecclie omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendo patri debit cum honore. **Literas** illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensoris &c De Licentia eligendi Archiepum et pastorem dicte Ecclesie iam per mortem naturalem ultimi Archiepi ibidem Pastoris solatio destitute Sigillo magno suo Anglie sigillatas nobisque directas cum ea qua decuit reverentia obedientia et honore nuper recepimus Quarum quidem literarum honorabilium virorum pariter et auctoritate Nos Decanus et Capitulum antedicti Nono die eiusdem instantis mensis Aprilis in Domo nostra capitulari hora et loco capitulari consueta Capitulariter congregati et Capitulum facientes Statuimus et Assignavimus diem Martis videlicet undecimum diem mensis eiusdem Aprilis et dictam Domum Capitularem inter horas Septimam et nonam ante meridiem eiusdem diei pro electione futuri Archiepiscopi nostri celebranda Ad quos diem horas et locum fecimus omnes et singulos eiusdem Ecclesie Canonicos absentes necnon omnes alios ius vocem et interesse in electione huiusmodi negotio habentes seu habere pretendentes iuxta consuetudinem dicte Ecclesie moneri ad interessendum in eodem electionis negotio Quo quidem undecimo die instantis mensis Aprilis veniente hymno de Spiritu sancto decantato Nos dicti Decanus et Capitulum in Domo nostra Capitulari inter horas Septimam et Nonam ante meridiem eiusdem diei Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes omnibus et singulis Canonicis dicte Ecclesie absentibus ac omnibus aliis ius vocem et interesse in dicta electione celebranda negotio habentibus seu habere pretendentibus legitime monitis preconizatis diutius expectatis et nullo modo comparentibus ac proinde in contumacia constitutis et sic debite pronunciatis Observatis omnibus et singulis aliis de iure in hac parte servandis Paternitatem vestram reverendam unanimiter elegimus in nostrum et dicte Ecclesie Cathedralis Metropolitice Beati Petri Ebor Archiepiscopum et Pastorem Ac de electione huiusmodi eidem Regie maiestati prout ex officii debito tenemur Significavimus et certificavimus Rogantes igitur et obnixe petentes et requirentes eandem Paternitatem vestram reverendam ut electioni nostre de persona vestra ut premittitur facte et celebrate consentire ac consensum et assensum vestros eidem prebere dignaretur In Quorum omnium et singulorum premissorum fidem robur atque testimonium Sigillum nostrum commune presentibus est appensum Dat in Domo nostra Capitulari eodem undecimo die Aprilis post dictam electionem peractam Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Regnique felicissimi dicte domine Regine Anno duodecimo

Instrumentum super consensu Dni electi Ebor

Pateat universis per presentes Quod Nos presidens et Capitulum Ecclesie cathedralis Lincoln dilectos nobis in Christo Magistrum Johannem fflower clericum et Georgium harrison generosum Alme Curie Cantuariensis de Arcubus London Procuratores generales nostros conjunctim et divisim ita quod non sit melior conditio occupantis nec deterior Subsequentis Sed quod unus eorum inceperit id eorum quilibet per se libere prosequi valeat mediare et finire Procuratores Actores factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes Damusque pariter et concedimus eisdem procuratoribus nostris conjunctim et eorum cuilibet ut prefertur per se divisim et insolidum potestatem generalem et Mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice et nomine nostris Coram venerabili viro egregio viro Thoma Cooper sacre Theologie professore in Episcopum Ecclesie cathedralis Lincoln predicte elect comparendi et interessendi Literasque nostras certificatorias sive decretum de et super electione eiusdem venerabilis et egregii viri Magistri Thome Cooper sacre Theologie professoris in Episcopum et pastorem Ecclesie cathedralis Lincoln predicte per nos unanimiter fact et sigillo nostro communi sigillat eidem venerabili et egregio viro Magistro Thome Cooper sacre Theologie professori realiter presentandi exhibendi et ostendendi Ipsumque supplicitere et cum instantia quotiens eis seu eorum alteri visum fuerit expedire quod ipse electioni de se facte consentire et consensum suum expresse prebere dignetur rogandi et requirendi Negotiumque electionis predicte coram Serenissimo in Christo principe et domina nostra domina Elizabeth dei gratia Anglie ffrancie et hibernie regina fidei defensor &c certificandi Necnon Negotium confirmationis electionis predicte coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano aut eius officiali sive vicario in spiritualibus generali quocumque usque ad finalem expeditionem eiusdem nomine nostro prosequendi ac confirmationem in ea parte petendi et obtinendi provocandi et Appellandi Provocationes et Appellationes Notificandi et intimandi Alium seu alios procuratorem seu procuratores Loco suo et eorum cuiuslibet Substituendi Substitutumque sive Substitutos huiusmodi revocandi ac procuratoris officium in se et eorum quemlibet reassumendi quotiens eis et eorum alteri videbitur expedire **Et generaliter** omnia alia et singula faciendi exercendi et expediendi usque ad finalem expeditionem Negotii confirmationis huiusmodi que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna licet Mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittentes et promittimus ac promisimus Nos ratum et gratum ac firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri aut eorum alter fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum Sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes **In cuius rei** testimonium Sigillum nostrum commune presentibus Apponi fecimus **Dat** in domo nostra Capitulari quoad Sigilli nostri appensionem quarto die Mensis ffebruarii Anno domini iuxta computationem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo

Procuratorium dni electi

In Dei nomine Amen Pateat universis per presentes Quod Ego Thomas Cooper sacre Theologie professor in Episcopum et Pastorem Ecclesie cathedralis Lincoln per presidentem et Capitulum eiusdem Ecclesie cathedralis rite et legitime electus et postulatus **Dilectos** mihi in Christo Johannem fflower clericum Artium Magistrum conjunctim et divisim meos veros certos ac indubitatos procuratores Actores factores negotiorumque meorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta Nomino ordino facio et constituo per presentes Doque et concedo eisdem procuratoribus meis conjunctim et eorum utrique per se divisim potestatem generalem et Mandatum speciale pro nobis ac vice Loco et nomine meis Coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano eiusve in hac parte Commissario comparendi Nosque a personali comparitione excusandi ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandi et proponendi ac desuper Si opus fuerit fidem faciendi et iurandi Electionemque de me et persona mea in hac parte factam auctoritate dicti reverendissimi patris Approbari et confirmari Nosque in Episcopum Lincoln recipi et admitti Atque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Lincoln Iuriumque et pertinentiarum suorum universorum induci Mandari petendi requirendi et obtinendi Iuramentum preterea quodcumque licitum et honestum ac de iure Legibus et statutis huius regni Anglie in ea parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandi subeundi et iurandi **Et generaliter** omnia alia et singula faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittoque me ratum et gratum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti Procuratores mei seu eorum aliquis fecerit vel fecerint in premissis vel aliquo premissorum Sub ypotheca et obligacione omnium et singulorum bonorum meorum et in ea parte caucionem expono per presentes In cuius rei testimonium Sigillum venerabilis viri dni Archni Cantuarien presentibus apponi feci Et Nos Archnus antedictus ad specialem rogatum dicti constituentis Sigillum nostrum Apposuimus Dat xxj^mo die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computacionem Eccle Anglicane Millimo Quingen^mo Septuagesimo

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione diuina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus vniuersis et singulis clericis et literatis quibuscunque per provinciam nostram Cantuarien vbilibet constitutis Salutem grām et ben Cum vacante nuper Sede Epali Lincoln per translacionem dni Nicholai Bullingham ad Sedem Epalem Wigorn nuper translati presidens et Capitulum Eccle cathis Lincoln predict pro electione noui et futuri Epi licencia regia primitus in ea parte petita et obtenta celebrand certum terminum prefixerint et assignauerint atque in huiusmodi electionis negotio rite procedentes venerabilem virum magistrum Thomam Cowper sacre Theologie professorem in eorum et dicte Eccle cathedralis Epum et Pastorem elegerunt Cumque Serenissima in xpo princeps et dna nostra dna Elizabeth dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor &c Ad humilem peticionem eorundem presidentis et capituli eidem electioni de persona prefati electi regium suum adhibuerit assensum pariter et fauorem prout per literas patentes regias suo magno Sigillo Anglie sigillat nobis Significauerit Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare et eundem Thomam Cowper in Epum Lincoln consecrare iuxta tenorem Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum ea celeritate accommoda prout per easdem literas patentes regias ad quas habeatur relacio plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem Serenissime dne nostre regine Mandatis pro officij nostri debito parere ac in huiusmodi confirmacionis negotio iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Ad diem locum et effectum subscriptos evocand et citand fore decreuimus iustitia id exigente Vobis igitur committimus et districte committendo firmiter iniungimus Mandamus Quatenus Citetis seu citari faciatis peremptorie altaque et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem bte Marie de Arcubus London nostre et Eccle nostre Xpi Cantuar Jurisdictionis inmediate necnon per affixionem presentium in aliquo loco conveniente infra Ecclesiam parochialem predict vel in alijs locis publicis vbi videbitur expedire omnes et singulos oppositores si qui sint in specie Alioquin in genere qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nostro in spualibus generali et officiali principali in eadem Eccla parochiali de Arcubus London die veneris viz vicesimo tercio die mensis ffebruarij presentis inter horas primam et Secundam postmeridiem eiusdem diei cum continuacione et prorogacione dierum et locorum extunc sequen si oporteat contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere ulterius que facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti Negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes preterea modo et forma prenotatis dictis et singulis oppositoribus si qui sint in specie Alioquin in genere quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus quod si ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint siue non Nos nihilominus in dicto confirmacionis Negotio iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus et procedere intendimus ipsorum sic Citatorum et non comparentium contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nostrum in spualibus generalem antedictum dictis die hora et loco debite et autentice certificetis Dat xx^mo die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computacionem Eccle Anglicane Millimo Quingen^mo Septuagesimo

prima Schedula contra oppositores

In dei noie Amen Nos Thomas Yale legum doctor Reuerendissimi in xpo Patris et dni dni Matthei permissione diuina Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani vicarius in spualibus generalis et officialis principalis litime Deputatus In negotio confirmacionis electionis de persona venerabilis viri magistri Thome Cowper sacre theologie professoris in Epum et pastorem Eccle cathis Lincoln electi fact et celebrat rite et litime procedentes omnes et singulos oppositores qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco si sua putauerint interesse contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturi excepturi et proposituri litime et peremptorie citatos preconizat diuque et sufficienter expectat et nullo modo comparent ad peticionem procuratoris presidentis et Capituli Eccle cathedralis Lincoln predict pronunciamus contumaces ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam vlterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam electam huiusmodi precludimus et in hijs Scriptis Ac etiam decernimus ad vlteriora in dicto confirmacionis negotio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sine contumacia in aliquo non obstante

Summaria petitio

In dei noie Amen Coram vobis Reuerendissimo in xpo patre et dno dno Mattheo permissione diuina Cantuarien Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano vestroue vicario in spualibus generali et officiali principali Pars venerabilium virorum Presidentis et Capitulo Eccle cathis Lincoln dicit Allegat et in hijs Scriptis Ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam Summarie peticionis in iure proponit articulatim prout Sequitur

In primis Quod Sedes Epalis Lincoln per translacionem reuerendi in xpo Patris dni Nicholai Bullingham ad Sedem Epalem Wigorn nuper vacare cepit et aliquamdiu vacauit pastorisque solacio destituta extitit hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et Ponit coniunctim diuisim et de quolibet

Item Qd dicta Sede Epali Lincoln ut prefertur dudum vacan presidens et Capitlm Ecclie cathis pred Capitulariter congregati et Capitlm facientes Lra Regis primitus in ea parte petit et obtenta certum diem ac domum suam Capitularem Ecclie cathis pred ad electionem futuri Epi Lincoln celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt Ac oes et singlos eiusdem Ecclie cathis Canonicos et Prebendarios Jus vocis et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes Ad diem et Locum predos in huiōi electionis negotio procedi et procedi visur Ltime et peremptorie citari fecerunt Hocqz fuit et est verum &c

Item Qd prefatus Presidens et Capitlm die et loco prefixis viz ut prefert Capitular congregati et plenum Capitlm facientes servatis primitus per eos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis habit per eos tractat diligenti de psona idonea eligend in Epm et Pastorem eccl(ie) Cath pd tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum magrum Thomam Cowper sacre Theologie professorem in eorum et dce Ecclie cathedralis Epum elegerunt et Ecclie Memorate de eadem providerunt Et Ponit ut supra

Item Qd electio huiōi et psona electa die prenotato in Ecclia cath Lincoln pred coram clero et populo tunc ibm in multitudine copiosa congregat debite publicata et declarata fuerunt Et Ponit ut supra

Item Qd dictus venerabilis vir Magr Thomas Cowper electioni de persona sua in Epm Ecclie cathis Lincoln ut prefertur fact et celebrat Ad humilem Peticionem eorundem Presidentis et Capitli in Scriptis per eundem lectis Et debitis Loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit Et Ponit ut supra

Item Qd Prefatus Magr Thomas Cowper fuit et est vir providus et discretus Lrarum eminenti Sciencia vita et moribus merito commendatus liber et de Ltimo Matrimonio procreatus atqz in etate Ltima et ordine Sacerdotali constitutus Necnon Deo devotus et Ecclie Memorate apprime necessarius Hocqz fuit et est verum publicum &c Et Ponit ut supra

Item Qd prefatus presidens et Capitlm huiōi electionem et personam electam Serenissime dne dne nre Regine Elizabeth per Lras suas patentes Sigillo communi roboratas pro officii debito iuxta Statuta huius incliti regni Anglie Significaverunt et intimaverunt Et Ponit ut supra

Item Qd presentato pro parte antedictorum Presidentis et Capitli eidem regie Sublimitati processu electionis huiōi Eadem Serenissima dna nra Regina pro sua clementia regia huiōi electioni de persona prefati venerabilis viri magri Thome Cowper ut prefertur fact et celebrat consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet illamqz ratam et gratam habuit et habet Hocqz fuit et est verum publicum &c

Item Qd dicta Serenissima dna nra Regina vobis prefato Reverendissimo patri [illegible] et consensum suum regium huiōi electionem ut premittitur adhibitis per Lras suas patentes vobis inscriptas et directas non solum Significavit verum etiam easdem Lras suas patentes [illegible] mandavit Quatenus vos electionem predictam et psonam electam huiōi confirmare ipsumqz insigniis Epalibus insignire et decorare ceteraqz peragere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et Lrarum Patentium huiōi voluit et favore Hocqz fuit et est verum publicum &c Et Ponit ut supra

Item Qd premissa oia et singla fuerunt et sunt vera publica Notoria manifesta pariter et famosa atque [illegible] et super eisdem Laborarunt et laborant publica vox et fama unde facta fide de iure in hac parte requisita Ad quam faciend offert se Pars dcor presidentis et Capitli Promptam et paratam [illegible] et tempore congruis et opportunis Petit eadem Pars prefatam electionem et psonam electam confirmari Necnon [illegible] decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam Necnon Lrarum regiarum patentium huiōi vobis direct in hac parte [illegible] curamqz regiminis et administrationis [illegible] Epatus Lincoln spiritualiumqz et temporalium suorum universorum inducend et intronizand fore decerni defectus suppleri et ministrari in premissis et ea concernentibus quibuscunqz quod iustum fuerit et rationi [illegible] quoscunqz in hac parte interveniend **Que** Proponit et fieri Petit Pars ista Proponens coniunctim et divisim non artans se ad oia et singla premissa probandum Nec ad onus superflue probationis de quo protestatur Sed quatenus Probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris beneficio in oibus semper salvo vestrum officium dne Judex antedict humiliter implorando

In dei noie Amen Ego Thomas Cowper sacre theologie professor in Epum et Pastorem Ecclie cathis Lincoln rite et Ltime nominatus et electus atqz Ad consentiend huiōi electioni de me et persona mea in hac parte fact et celebrat ex parte et per partem venerabilium virorum presidentis et Capitli eiusdem Ecclie cathis Lincoln instanter rogatus et requisitus de omnipotentis clementia fretus Electioni huiōi de me et psona mea sic ut premittitur facte et celebrate Ad honorem dei omnipotentis patris filii et spus sancti consentio eidemqz consensum et assensum meos semel atqz iterum rogatus et interpellatus Prebeo in hiis scriptis

Consensus dni electi

Ego sic electus consentio
Thomas Cooperus

Lect per prefatum magrum Thomam Cooper in edibus solite habitationis Humfri Toye civis London xvj° die ffebruarii Anno 1570 Ad petitionem Magri Georgii Harrison exhibentis procuratorium suum pro presidente et Capitlo Ecclie cathis Lincoln et facientis se partem pro eisdem in presentia mei Johis Incent Notarii publici presentibus tunc ibm magro Johe Griffith Legum doctore Humfrido Toye et Roberto Bonde [illegible] Testibus &c Super quibus tam dictus dns electus quam dcus Georgius Harrison requisiverunt et eorum utrqz respective requisivit &c

Cedula scda contra oppositores

In dei noie Amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in xpo patris et dni dni Matthei
permissione diuina Cantuarien Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani vicarius in spualibus
generalis officialis principalis ltime Deputatus In negotio Confirmacionis electionis de persona
venerabilis viri magri Thome Cooper sacre Theologie professoris in Epm et Pastorem Ecclie cathedralis
Lincoln electi fact et celebrat rite et ltime procedens oes et singulos oppositores qui contra dictam electionem
formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparend coram nobis in hac parte
istis die hora et loco si sua putaverint interesse contra dictam electionem formam eiusdem aut psonam in hac
parte electam in debita iuris forma dictur excipitur et opponitur ltime et peremptorie citatos sepius publice
preconizatos diuqz et sufficienter expectat et nullo modo comparen nec contra dictam electionem formam eiusdem
aut personam electam hmoi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad peticionem procuratoris decani et
Capituli Ecclie Cathedralis Lincoln pred pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus
procedendum fore ad prolacionem Sententie sive decreti finalis in hac causa ferend ipsorum sic citatorum et non
comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan

Juramentum dni electi

I Thomas Cooper electe Busshoppe of Lincoln doo utterlie testifie and declare in my Conscience that the
Quenes highnes is the onelye Supreme Governour of this Realme and of all other her highnes dominions
and Contries aswell in all spuall or Ecclesiasticall thinges or causes as temporall And that no fforeyne
prince person prelate state or potentate hath or ought to have any Jurisdiction power superioritie
preemynence or autoritie ecclesiasticall or spuall within this Realme And therfore doo utterlye renounce
and forsake all forayne Jurisdictions powers and autorities And doo promise that from hensforthe I shall
beare faith and trewe allegeaunce to the Quenes highnes her heires and lawfull Successours And to
my power shall assist and defende all Jurisdictions priviledges preheminences and authorities graunted
or belonginge to the Quenes highnes her heires and Successours or united and annexed to the imperiall
Crowne of this Realme Soe god me helpe and by the contentes of this booke

per me Johem fflower procuratorem
supradicti dni electi

Sna diffinitiua

In dei noie Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Yale
legum doctorem Reverendissimi in xpo patris et dni dni Matthei permissione diuina Cantuarien
Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarium in spualibus generalem et officialem principalem
ltime Deputatum meritis et circumstanciis cuiusdam cause sive negotii confirmacionis electionis de psona
venerabilis viri Magri Thome Cooper sacre theologie professoris in Epm et Pastorem Ecclie cathis
Lincoln per translacionem Reverendi in xpo patris dni Nicholai Bullingham ultimi Epi et Pastoris ibidem
ad Epatum Wigorn vacan electi facte et celebrate quod coram nobis aliquamdiu vertebatur
et in presenti vertitur et pendet indecisa Examinato primitus per nos toto et integro processu coram nobis in
dicto Negotio habit et fact atqz diligenter recensito Servatisqz per nos de iure et Statutis hmoi regni
Anglie in ea parte servandis ad iuris finalis decreti sive Sne diffinitive confirmacionis in hmoi negotio
ferend prolacionem sic duximus procedend et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per
exhibita producta et probata coram Nobis in hmoi confirmacionis negotio comperimus et luculenter
invenimus electionem ipam per Presidentem et Capitulum Ecclie cathis predict de pfat Magro Thoma
Cooper electo hmoi viro utiqz provido et discreto vita et moribus merito commendat libero et de ltimo
Matrimonio procreat atqz in etate ltima et ordine Sacerdotali constitut rite et ltime fuisse et esse
fact et celebrat Nihilqz eidem venerabili viro electo hmoi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare
quominus in Epm Lincoln auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari Idcirco
Nos Thomas Yale legum doctor vicarius in spualibus generalis et officialis principalis antedictus
attentis premissis et aliis virtutibus meritis super quibus pfatus electus Lincoln fidedigno commendatur
testimonio Xpi noie primitus invocat ac ipm Solum deum oculis nris proponentes de et cu consilio
iurisperitorum cum quibus in hac parte contulimus pdictam electionem de eodem venerabili viro
factam et celebratam auctoritate dicti Reverendissimi patris nobis commissa confirmamus defectus quoscumque
in dicto negotio intervenientes si qui forsan sint quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et
supplemus Ipsumqz dnm electum et confirmatum consecrand et benedicend fore decernimus Curamqz
regiminis et Administracionem spualium et temporalium dicti Epatus Lincoln eidem dno electo committimus
ipmqz in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Lincoln Juriumqz dignitatum
honorum preeminentiarum et ptinen suorum universorum inducend et intronizand fore per Archinum
Cantuarien seu eius deputatum iuxta Ecclie cathis Lincoln morem et consuetudinem Legibus et Statutis
huius regni Anglie non adversantibus etiam decernimus et declaramus per hanc nram Sententiam
diffinitiuam sive hoc nrm finale decretum quam sive quod ad peticionem partium ita petentium
ferimus et promulgamus in hiis scriptis

Lecta fuit hmoi Sna diffinitiua per prefatum Magrm Thomam Yale legum doctorem vicarium in spualibus
generalem antedictum vicesimo tercio die mensis ffebruarii Anno dni millmo quingen mo septuagesimo
in Ecclia parochiali bte Marie de Arcubus London ad peticionem magri Georgii Harrison procuratoris
Capitli Lincoln et magri Johannis fflower procuratoris supradicti dni electi in pntia mei Johis
Incent Notarii publici Registrarii ac pntibz tunc ibm Roberto Walker Edwardo Johe
et Johe Gilbert testibz &c

Mandatum directum Archino Cant ad installand dict Epm

Mattheus permissione diuina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus
venerabili confratri nro dno Edmundo Geste eadem permissione diuina Roffen Epo ac Commendatario
Archinatus nri Cant Salutem Gram et Ben Cum vacante nuper Sede Epali Lincoln per
translacionem Reverendi in xpo Patris dni Nicholai Bullingham ultimi Epi ibm ad Sedem Epalem
Wigorn Presidens et Capitlm Ecclie cathis bte Marie Lincoln predict Licentia regia primitus
in ea parte petit et obtent venerabilem virum Magrm Thomam Cooper sacre theologie
professorem in eorum et dicte Ecclie cathedralis Episcopum et Pastorem elegerint et Ecclie cathis

predict providimus de eodem Quam quidem electionem et personam sic electam Servatis de iure et statutis huius regni Anglie in hac parte servandis Nos Matheus Archiepus Cant antedictus auctoritate litterarum Commissionalium patentium Illustrissime in xpo principis et dne nre Dne Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et hibernie regine fidei defensor etc nobis in hac parte directarum rite et legitime mandatum et formam earundem confirmavimus Eidemque confirmato Curamque et Regimen et Administracionem dicti Epatus Lincoln commisimus Necnon consequenter munus consecracionis eidem adhibitis de ritu et more Ecclie Anglicane suffragiis et insigniis adhibendum impendimus iuxta statuta huius inclyti regni Anglie in hac parte pie et salubre edita et sancita Ipsumque sic electum confirmat et consecrat in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Lincoln iuriumque et pertinentium suorum universorum inducendum investiendum et intronizandum fore decrevimus et mandamus Tibique firmiter iniungimus et mandamus quatenus prefatum venerabilem virum seu procuratorem suum legitimum eius nomine in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Lincoln iuriumque honorum dignitatum preeminenciarum et pertinentium suorum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci installari et intronizari facias cum effectu Cathedramque sive sedem Epalem in eadem Ecclia Cath eidem Consecrato ut moris est Assignes et eum in nomine Dni nri Jhu Christi imponas prout decet Juribus et consuetudinibus nris Archiepalibus et Ecclie nre Metropolitice xpi Cant Necnon Ecclie Cath Lincoln pred dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus Dat [illegible] die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta Computacionem Ecclie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo et nre Consecr Anno duodecimo

Omnibus xpi fidelibus ad quos hoc presens Scriptum pervenerit Thomas permissione divina Lincoln Epus Salutem in Dno sempiternam Cum tam de antiqua laudabili longevaque et legitima prescripta consuetudine hactenus inconcusse usitat et observat quam etiam de singulari prerogativa Ecclie Metropolitice xpi Cantuar fuerit et sit usitat et observat Qd Archiepus Cantuarien pro tempore existens cuilibet Suffraganeo suo in Epum alicuius Ecclie cathedralis sive [illegible] Cantuarien provincie electo statim post confirmacionem suam unum clericum idoneum nominare et presentare possit cui idem electus confirmatus tenebatur quam primum facultas se obtulerit in sua Ecclia cath de aliqua dignitate Canonicatu et prebenda vel de aliquo competenti Beneficio Ecclesiastico providere ac interim dum clericus ad huiusmodi dignitatem Canonicatum et prebendam aut beneficium huiusmodi sic promoveri acceptare et admittere Nomine sibi pensionem annuam quinque librarum [illegible] persolvendum et impendendum quousque eidem clerico de aliqua dignitate Canonicatu et prebenda seu Beneficio huiusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum Sciatis igitur Nos prefatum Thomam Epum Lincoln antedictum iura libertates consuetudines et prerogativam Ecclie Metropolitice xpi Cantuarien pro posse nro adimplere volentes dedisse concessisse et hoc presenti Scripto nro confirmasse Reverendissimo in xpo patri et dno Matheo permissione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie primati et Metropolitano Executoribusque et Assignatis suis Advocacionem Nominacionem presentacionem liberamque disposicionem et ius patronatus Canonicatus et prebende de Milton Ecclia in dicta Ecclia cath bte Marie Lincoln cum per Mortem resignacionem privacionem aut alio quovismodo post datum presentium vacaverint Habendum tenendum et gaudendum prefato Reverendissimo in xpo patri Executoribus et Assignatis suis dictam Advocacionem nominacionem presentacionem liberam disposicionem et ius patronatus Canonicatus et prebende de Mylton Ecclia pred pro termino viginti unius Annorum post datum presentium immediate sequen Ita quod bene liceat et licebit prefat Reverendissimo patri executoribus et Assignatis suis ad suum libitum aliquam personam quamcumque personam idoneam ad dictam Canonicatum et prebendam cum eosdem primo post datum presentium vacare contigerit pro termino viginti et unius Annorum Nominare et presentare Ac licebit nominacionem et presentacionem de predictis Canonicatu et prebenda de Milton Ecclia cuicumque persone idonee pro termino predicto facere et concedere Ac omnia alia et singula facere exercere et implere que in premissis seu circa ea aliquo modo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna adeo plene libere et integre et in tam amplis modo et forma prout Nos prefatus Epus faceremus et impleremus si hec presens nra concessio sive confirmacio modo facta non fuisset Proviso tamen Qd quam primum contigerit hanc nram Donacionem sive concessionem durante predicto termino viginti unius Annorum post datum presentium [illegible] et [illegible] dicto aut vice aliqua vacacione dicti Canonicatus et prebende de Mylton Ecclia suum debitum sortiri effectum Ac personam idoneam ad presentacionem dicti Reverendissimi patris Executorum vel Assignatorum suorum ad eosdem Canonicatum et prebendam vice [illegible] admitti ac in eisdem institui et in realem actualem et corporalem possessionem eorundem induci pacifice et quiete Qd extunc ius patronatus eorundem Canonicatus et prebende ad nos et Successores nros integre revertatur presenti Donacione sive concessione nra aut contentis in eadem in aliquo non obstan In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus Dat [illegible] die mensis Aprilis Anno Dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Regnique Dne nre Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor etc Decimo tercio

Die Sabbati ffesto viz Sci Mathie Apli viz xxiiijto die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane millesimo quingentesimo Septuagesimo et Consecr Reverendissimi dni Mathei Archiepi Cantuar etc Anno duodecimo In Capella Reverendissimi infra Manerium suum de Lambeth Idem Reverendissimus dns vigore et auctoritate litterarum Commissionalium patentium Serenissime dne nre Regine Elizabeth etc sibi in hac parte directarum assistentibus sibi Reverendis patribus dnis Roberto Winton et Nicho Wigorn respective Epis munus consecracionis venerabili viro Magistro Thome Cowper Sacre theologie professori in Epum et Pastorem Ecclie cathedralis bte Marie Lincoln elect et confirmat prestito prius per eundem magistrum Thomam Cowper Juramento solito et consueto et adhibitis Ceremoniis de usu moderno Ecclie Anglicane adhibend impendebat In presentia mei Johis Incent Notarij publici registrarij primarij dicti Reverendissimi patris Necnon venerabilium virorum Magistrorum Thome Yale legum doctoris dicti Reverendissimi patris vicarij et Magri Laurencij humfrey Sacre theologie professoris Magri Roberti Bisshopp Legum doctoris Johis Mathew Roberti Willett et aliorum quam plurimum testium etc

Acta habita et facta in negocio Confirmacionis

electionis Reverendi in xpo Patris dni Willmi Bradbridge Sacre theologie professoris in Epum et Pastorem Ecclie cathedralis Exon per decanum et Capitulum eiusdem Ecclie elect die Lune viz [illegible] die Marcij Anno dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane Millesimo quingentesimo Septuagesimo et regni vero Illustrissime in xpo principis et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensor etc decimo tercio In Ecclia parochiali bte Marie de Archubus London Ecclie xpi Cant Immediate Coram venerabili viro magistro Thoma Yale legum doctore Reverendissimi in xpo patris et dni dni Mathei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie primat et Metropolitani vicario in spiritualibus generali et officiali principali sufficienter et legitime deputat In presentia mei Johis Incent Notarij publici dicti Reverendissimi patris Registrarij principalis

Dictis die et loco inter horas primam et secundam postmeridiem eiusdem diei presentatis coram prefato Magro Thoma Yale iudicialiter et pro tribunali sedente litteris patentibus regijs de assensu suo regio [illegible] prefato Reverendissimo patri direct per me prefatum Registrarium de mandato dicti Magri Yale publice lectis [illegible] Magr Yale ob honore et reverencia dce dne nre regine acceptavit in se onus executionis dictarum litterarum patentium et decrevit procedendum fore iuxta formam et effectum earundem Deinde comparuit [illegible] Magr Willmus Say generosus Alme Curie Cant de Archubus London Procuratorum generalium vnus et exhibuit

Advocatio prebende de Milton ecclia in ecclia cath Lincoln

Consecratio Dni Thome Cowper Epi Lincoln

Exon

Acta confirmacionis electionis Dni Willi Bradbridge Epi Exon

Procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et Capitulo Ecclie cathis Exon sigillo eorum coi ut apparuit sigillat et fecit se partem pro eisdem Ac non Procuratorio eorundem decani et Capituli pntauit eidem vicario in spualibus generali venerabilem virum Magrum Johem Barker clicum qui etia exhibuit Procuratorium suum Lratorie pro antedicto Reverendo pro dno dno Willmo Bradbridge electo antedicto Et fecit se partem pro eodem Et tunc dictus Magr Say exhibuit Mandatum citatorium originale als contra oppositores in huoi Negotio emanatum vna cum certificatorio in dorso eiusdem et accusauit contumacias omium et singulorum Ad hos diem hor et locum Ad dicend et opponend contra electionem &c si sua putauerint interesse citatoz &c et nullo modo comparen Et petijt eos omnes et singulos reputari contumaces &c Et tunc facta trina publica preconizatione omium et singulorum citatorum huoi et nullo eoz comparen nec aliquid contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam opponere vel obijcere curan dictus Magr Yale vicarius generalis antedictus Ad petitionem dicti Magri Say pronunciauit eos et eoz quemlibet contumaces et in pena contumaciarum suarum huoi via vlterius opponendi in hac parte eis et eoz cuilibet preclusit Necnon ad vlteriora in dco confirmationis Negotio procedend fore decreuit ipsoz sic citatorum et non comparen absentia seu contumacia in aliquo non obstan Prout in schedula per ipm magrum Yale lect plenius continetur Deinde dictus magr Say dedit summariam petitionem in scriptis Et dns ad eius petitionem decreuit procedend fore summarie et de plano et Assignauit eidem Magro Say ad probanda ad statim Et tunc idem magr Say in subsidium probationis contentorum in dco summario petitionis exhibuit Lras patentes regias magno sigillo Anglie sigillat penes Registrum remanen per quas ut asseruit Apparet dnum reverendum prenom dnum Willmum Bradbridge in Epm et Pastorem Ecclie cathis Exon per decanum et Capitulum ipius Ecclie rite et Licite fuisse et esse electum Ac etia exhibuit consensum pfati dni electi eidem electioni etia adhibit Quibus sic factis dns ad petitionem dicti Magri Say Assignauit sibi ad proponend oia ad statim Et tunc dictus Magr Say in pena contumaciaz omium et singulorum citatorum huoi et non comparen exhibuit oia et singula in dco Negotio per eum exhibita et proposita quatenus sibi conducunt &c Et tunc dns ad eius petitionem Assignauit ad concludend ad statim Deinde dictus Magr Say conclusit cum dno Judicialiter qui etiam concludebat Qua conclusione sic facta dns ad petitionem eiusdem Magri Willmi Say Assignauit ad audiend sniam suam finalem decretum ad statim Consequenter vero facta alia trina preconizatione omium et singuloz oppositorum sic ut pmittitur citatorum et nullo modo comparen nec quicquam in hac parte opponentium vel obijcientium dns ad petitionem dicti Magri Say Pronunciauit eos et eorum quemlibet contumaces ac in pena contumaciarum suarum huoi decreuit procedend fore ad prolationem sententie diffinitive in huoi negotio ipsoz sic citatorum et non comparen absentia siue contumacia in aliquo non obstan Deinde prestito Juramento per prefatum magrum Johem Barker nomine procuratorio pfati dni electi ac maiam ipius de fidelitate obedientia et subiectione pfate Serenissime Dne nre Regine pstand et exhibend Necnon de renunciand refutand et recusand oem et omnimod ptatem auctem Jurisdictionem et superioritatem fforinsecas iuxta vim formam et effectum Statuti &c dictus magr Yale Ad petitionem pfati Magri Say Legit tulit et promulgauit sniam diffinitivam in scriptis pronunciand declarand et decernend faciend prout in eadem continetur **Super** quibus oibus et singulis tam dictus Magr Barker procurator dni electi Exon quam Memoratus Magr Say me Notarium publicum antedictum sibi vnum vel plura publicum seu publica instrumentum siue Instrumenta conficere ac testes infrascriptos testimonium inde perhibere instanter respective rogauerunt et requisiuerunt **Postremo** vero dictus magr Yale vicarius antedictus Ad petitionem Magri Barker Procuris dni electi antedicti decreuit sibi Lras testimoniales super oibus et singulis premissis sic ut pmittitur expediri Necnon scribend fore dno Archiepo Cant ad installand dictum dnum electum et confirmatum in realem Actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Exon Juriumque dignitatum honorum preeminen et ptinen suoz vniuersorum iuxta morem et consuetudinem Laudabilem eiusdem Ecclie Cathis Exon Legibus et Statutis huius regni Anglie non repugnan et aduersan presentibus tunc ibm Magistris

Lre patentes de Assensu regio

Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regina fidei defensor &c **Reverendissimo** in Xpo Patri ac dno dno Mattheo permissione diuina Cantuarien Archiepus totius Anglie primati et Metropolitano Saltm **Cum** vacante nuper Sede Epali Exon per mortem Naturalem vltimi Epi ibm Ad humilem petitionem decani et Capituli Exon prod per Lras nras patentes licenciam illis concesserimus Alium sibi eligend in Epm et pastorem Sedis prod jidem decanus et Capitulum vigore et obtentu Lice nre prod dilcm nobis in Xpo Willmum Bradbridge sacre Theologie professorem Ecclie cathis Sar decanum Epm sibi et Ecclie prod Exon elegerunt in Epm et pastorem prout per Lras suas sigillo eoz coi sigillat nobis inde directas plenius Liquet et Apparet **Nos** electioni illi acceptantes eidem electioni regium assensum nrum adhibuimus pariter et fauorem Et hoc vobis tenore presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo Mandantes quatenus vos eundem dilcm nobis in Xpo Willmum Bradbridge in Epm et pastorem Ecclie cathis Exon prod sic ut pfertur elect et electionem illam confirmare et eundem Epm et pastorem Ecclie prod auctorizare et investire **Ceteraque** oia et singula peragere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Legum et Statutorum in ea parte edit et provis velitis cum effectu **In cuius** rei testimonium has Lras nras fieri fecimus paten **Teste me ipa** apud Westm vicesimo sexto die ffebruarij Anno regni nri terciodecimo

per bre de priuat Sigill
Ja / Cordell

Procuratorium Capli Exon

Pateat vniuersis per presentes **Quod** Nos decanus et Capitulum Ecclie cathis Exon dilectos nobis in Xpo Magros Thomam Yale Legum doctorem Ricum Tremayne sacre Theologie doctorem Robertum ffysher Archinum Exon et Willmum Say generosum alme Curie Cant de Archubus London procuratores generales vnum coniunctim et eorum quemlibet per se diuisim et insolid Ita quod non sit melior conditio occupan nec deterior subsequen Sed quod vnus eorum inceperit id eorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire procuratores Actores factores et nuncios nros spiales et generales ad infrascript oia et singula Nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se divisim et in solidum potestatem generalem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice et nominibus nostris coram venerabili et egregio viro magistro Willelmo Bradbridge sacre Theologie professore in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Exon predicte electo comparendi et literas nostras certificatoriales sive decretum de et super electione eiusdem venerabilis viri magistri Willelmi Bradbridge sacre Theologie professoris in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Exon predicte per nos unanimiter facte et confecte sigilloque nostro communi sigillatas eidem venerabili viro magistro Willelmo Bradbridge sic electo presentandi exhibendi et ostendendi ipsumque suppliciter et cum instantia quanta decet seu eorum alteri visum fuerit expediens quod electioni de se facte consentire et consensum suum expresse prebere dignetur rogandi et requirendi negotiumque electionis predicte coram serenissima in Christo principe et domina nostra domina Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensore etc. certificandi necnon negotium confirmationis electionis predicte coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano aut eius officiali seu vicario in spiritualibus generali tractandi cunctumque usque ad finalem expeditionem eiusdem nostro nomine prosequendi ac confirmationem in ea parte petendi et obtinendi Provocandi et Appellandi provocationes et appellationes notificandi et intimandi Alium seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituendi substitutumque sive substitutos huiusmodi revocandi Procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumendi quotiens eis et eorum alicui videbitur expedire Et generaliter omnia alia et singula faciendi exercendi et expediendi usque ad finalem expeditionem negotii confirmationis huiusmodi que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Licet mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittentes et promittimus ac promisimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri aut eorum alter fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus Dat primo die mensis Martii Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo Septuagesimo

Procuratorium dni electi

Pateat universis per presentes Quod Ego Willelmus Bradbridge sacre theologie professor in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Exon per decanum et capitulum eiusdem ecclesie cathedralis rite et legitime electus et postulatus dilectos michi in Christo Johannem Barter in artibus magistrum et [illegible] communiter et divisim viros vero certos legitimos ac indubitatos procuratores actores factores negotiorumque meorum gestores et nuntios speciales ad infrascripta nomine meo facio et constituo per presentes Doque et concedo eisdem procuratoribus meis coniunctim et eorum utrique per se divisim potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice loco et nominibus meis coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et Metropolitano eiusve in hac parte commissario comparendi meque a personali comparitione excusandi ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandi et proponendi ac desuper si opus fuerit fidem faciendi et iurandi Electionemque de me et persona mea in hac parte facta auctoritate dicti reverendissimi patris approbari et confirmari meque in episcopum Exon recipi et admitti atque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Exon iuriumque et pertinentium suorum universorum induci mandari petendi requirendi et obtinendi Iuramentum preterea quodcumque licitum et honestum ac de iure legibus et statutis huius regni Anglie in ea parte quomodolibet requisitum in animam meam et pro me prestandi subeundi et iurandi Et generaliter omnia et singula alia faciendi gerendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittoque me ratum gratum et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti procuratores mei seu eorum aliquis fecerit vel fecerint in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono per presentes In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Carliolen presentibus apponi procuravi Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti certificati sigillum nostrum apposuimus Dat vicesimo quinto die mensis Februarii Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Septuagesimo

Citatio contra oppositores

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cant ubilibet constitutis salutem graciam et benedictionem Cum vacante nuper sede episcopali Exon per mortem naturalem Reverendi in Christo patris et domini domini Willelmi Alley ultimi episcopi ibidem decanus et capitulum ecclesie cathedralis Exon predicte pro electione novi et futuri episcopi ibidem licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta celebranda certum terminum prefixerunt et assignaverunt Atque in huiusmodi electionis negotio rite procedentes venerabilem virum magistrum Willelmum Bradbridge sacre Theologie professorem in eorum et dicte ecclesie cathedralis Exon episcopum et pastorem elegerunt Cumque serenissima in Christo princeps et domina nostra domina Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem decani et capituli eidem electioni de persona prefati electi regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas patentes regias suo magno sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare et eundem Willelmum Bradbridge in episcopum Exon consecrari iuxta tenorem statuti in ea parte editi et provisi velimus cum ea celeritate accommoda prout per easdem literas patentes regias ad quas relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem Serenissime domine Regine mandatis pro officii nostri debito parere ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos si qui sint qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem locum et effectum subscripta evocandi et citandi fore decrevimus iustitia mediante Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie de Archubus London nostre et ecclesie nostre Christi Cant iurisdictionis immediate Necnon per affixionem presentium in aliquo loco conspicuo infra ecclesiam predictam vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos oppositores si qui sint in specie et aliquin in genere qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali et officiali principali in eadem ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London die Jovis videlicet decimo quinto die mensis Martii proxime futuri inter horas primam et secundam post meridiem eiusdem diei Cum continuatione et prorogatione dierum et locorum extunc sequentium si oporteat contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint ulteriusque

factum et receptum quod iniunctum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et
requirunt Intimantes preterea modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus si qui sint ut
alios quicunque in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et
loco coram nobis comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam
huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio
iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam procedemus et procedere intendimus ipsorum sic
citatorum et non comparentium contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis feceritis Nos aut
vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum dictis die hora et loco debite et autentice
certificetis **Dat** xxiiii° die mensis ffebruarii Anno domini iuxta computationem ecclesiae Anglicanae
Millesimo Quingentesimo Septuagesimo/

Certificatorium super executione dictae Citationis

Reverendissimo in Christo Patri et domino domino Mattheo providentia divina Cantuarien
Archiepiscopo totius Angliae primati et Metropolitano vicarioque suo in spiritualibus generali vester humilis
et devotus Robertus walker literatus vir ad infrascripta Mandatarius legitime deputatus omnem
reverentiam et obediam debitam et condignam cum honore Mandatum vestrum Reverendissime retroscriptum nuper
cum ea qua decuit reverentia infra Ecclesiam parochialem beatae Mariae de Arcubus london quinto die
presentis mensis Martii iuxta vim formam et effectum eiusdem humiliter sum executus **In cuius**
rei testimonium Sigillum venerabilis viri domini Arthuri Croston presentibus apponi feci **Dat**
Septimo Arthurus antedictus Ad specialem rogatum dicti certificantis Sigillum meum apponi feci
Dat Septimo die mensis Martii Anno domini iuxta Computationem Ecclesiae Anglicanae
Millesimo Quingentesimo Septuagesimo/

Prima Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas yale Legum Doctor Reverendissimi in Christo Patris
et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Angliae Primatis et
Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis legitime deputatus in negotio
Confirmationis electionis de persona venerabilis viri magistri willelmi Bradbridge sacrae Theologiae
professoris in Episcopum et pastorem Ecclesiae Cathedralis Exon electi fact et celebrat ac legitime procedentes
omnes et singulos oppositores si qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte
electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco
si sua putaverint interesse contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte
electam in debita iuris forma dictum exceptum et propositum legitime et peremptorie citatos saepius
publice preconizat diuque et sufficienter expectat et nullo modo comparentes Ad petitionem
procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Exon predict Pronuntiamus contumaces ac ipsis et
eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem
formam eiusdem et personam electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis Ac etiam decernimus
ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et statutorum huius regni
Angliae exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante

Summaria petitio

In dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo Patre et domino domino Mattheo permissione divina
Cantuarien Archiepiscopo totius Angliae primate et Metropolitano ~~vel vestro~~ vicario in spiritualibus generali
et officiali principali Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Exon dicit
Allegat et in hiis Scriptis ad omnem Iuris effectum exinde sequi valentem per viam Summariae petitionis
in iure proponit Articulatim prout sequitur

In primis quod Sedes Episcopalis Exon per mortem naturalem Reverendi in Christo patris domini
willelmi Alley nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit Pastorisque solatio destitut extitit
hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim divisim
et de quolibet/

Item quod dicta Sede Episcopali Exon ut prefertur dudum vacante Decanus et Capitulum Ecclesiae Cathedralis
predicti capitulariter congregati et Capitulum facientes licentia regia primitus in ea parte petit et
obtenta certum diem ac Domum suam Capitularem Ecclesiae Cathedralis predict ad electionem futuri Episcopi
Exon celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt Ac omnes et singulos eiusdem Ecclesiae Cathedralis
Canonicos et prebendarios suos vocem et interesse in eadem electione habentes seu habere preten
dentes Ad diem et locum predict in huiusmodi electionis negotio processur et procedi visur legitime et
peremptorie citari fecerunt hocque fuit et est verum Et/

Item quod prefati Decani et Capitulum die et loco prefixis viz
ultimo preterit Capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes servatis primitus per eos de
iure et statutis huius regni Angliae in ea parte servandis habit per eos tractat diligenti de persona
idonea eligenda in Episcopum et pastorem Ecclesiae Cathedralis predict tandem unanimiter et concorditer nullo eorum
contradicente vel reclamante venerabilem virum magistrum willelmum Bradbrige sacrae Theologiae
professorem in eorum et dictae Ecclesiae Cathedralis Episcopum elegerunt et Ecclesiae memoratae de eodem providerunt
Et ponit ut supra

Item quod electio huiusmodi et persona electa die prenotato in Ecclesia Cathedrali Exon predicta coram
clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregati debite publicat et declarat fuerunt
Et ponit ut supra/

Item quod dictus venerabilis vir magister willelmus Bradbridge electioni de persona sua
in Episcopum Ecclesiae Cathedralis Exon ut prefertur fact et celebrat Ad humilem petitionem eorundem
Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat ac consensum suum eidem prebuit in
Scriptis per eum lectis Et ponit ut supra/

Item Qd prefatus magr Willmus Bradbridge fuit et est vir providus et discretus lrarum sciencia vita et moribus merito commendat liber et de legitimo matrimonio procreatus in etate legitima et in ordine Sacerdotali constitutus Necnon deo devotus et talis qualis memorato episcopatui necessarius Hocque fuit et est verum etc Et Ponit ut supra

Item Qd prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime dne nre Regine Elizabethe per lras suas patentes Sigillo eorum communi roboratas pro officii debito iuxta Statut huius inclyti regni Anglie significaverunt et intimaverunt Et Ponit ut supra

Item putato pro parte antedictorum presidentis et Capituli eidem Regie Sublimitati per presentes electionem huiusmodi eadem Serenissima dna nra Regina pro sua clementia regia huiusmodi electioni de persona prefati venerabilis viri magri Willm Bradbridge ut prefertur facte et celebrate consensum et Assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet illamque ratam et gratam habuerit et habet Hocque fuit et est verum publicum Notorium etc

Item Qd dicta Serenissima dna nra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de Assensu et consensu suis regijs huiusmodi electioni ut premittitur adhibitis per lras suas patentes vobis inscriptas directas non solum significavit verumetiam easdem lras suas patentes fore vobis rogandis mandavit quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare ipsumque insigniis Epalibus insignire et Ceteraque peragere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et lrarum patentium huiusmodi velitis cum favore Hocque fuit et est verum publicum Notorium Manifestum etc Et ponit ut supra

Item qd premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica Notoria manifesta pariter et famosa ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama unde facta fide de iure in hac parte requisit Ad quam faciend offert se pars dictorum Decani et Capituli prompta et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis Petit eadem Pars prefata electionem et personam electam confirmari decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam Necnon lrarum Regiarum patent huiusmodi vobis direct in hac parte seriem Curamque regimen et Administrationem Epatus predict eidem electo committi ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Exon Juriumque et pertinentiarum suorum universorum inducend et intronizand fore decerni ulteriusque fieri et ministrari in premissis et ea concernen quibuscumque quod iustum fuerit et rationis Supplicando desuper quosque in hac parte interponem Que Proponit et fieri petit Pars ista proponens coniunctim et divisim Non Artans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur Sed ut quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris beneficio in omnibus semper salvo vrm officium Judex antedict humiliter implorando

Consensus dni electi Epi

In dei nomine Amen Ego Willmus Bradbridge sacre Theologie Bacchus in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Sci Petri Exon rite et legitime nominatus et electus Atque ad consentiend huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem Ecclie Cathis Exon instanter rogatus et requisitus Dei omnipotentis clementia fretus Electioni huiusmodi de me et persona mea sic ut premittitur facte et celebrate Ad honorem dei omnipotentis patris filii et Spus Sancti semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hiis scriptis Consentio eidemque Consensum et Assensum meos

Per me Willm Bradbridge

Ceda Schedula contra oppositores

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Xpo Patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primat et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis legitime deputatus In negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri magri Willmi Bradbridge Sacre Theologie professoris in Epum et pastorem Ecclie Cathis Exon electi facte et celebrate rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores siqui sint contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Ad comparendum coram nobis istis die hora et loco si sua putaverint interesse contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturi excepturi et oppositurum legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizat diuque et sufficienter expectat et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes Ad petitionem Procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathis Exon pred pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententie sive decreti finalis in huiusmodi causa ferendum ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante

Juramentum dni electi

I William Bradbridge elect Busshoppe of Exeter doo utterly testifye and declare in my Conscience that the Quenes Maiestie is the onelye supreme governor of this realme and of all other her highnes dominions and Countries aswell in all spirituall or Ecclesiasticall thinges or causes as temporall And that no forayne prince person prelate or Potentate hath or oughte to have any Jurisdiction Power superioritie preemynence or Auctoritie Ecclesiasticall or spirituall within this Realme And therfore I doo utterly renounce and forsake all forayne Jurisdictions Powers superiorities and Auctorities and doo promyse that from hensforth I shall bere faith and trewe Allegeaunce to the Quenes highnes her heyres and lawfull Successors And to my power shall assiste and defende all Jurisdictions privelegges preemynences and Auctorities graunted or belonginge to the Quenes highnes her heires and Successours or united and annexed to the imperiall Crowne of this Realme So god me helpe And by the contente of this booke

Sentencia diffinitiva

In dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per Nos Thomam Yale Legum Doctorem Reverendissimi in Xpo patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarium in spiritualibus generalem sufficienter et legitime deputat Meritis et circumstanciis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis viri Magri Willmi Bradbridge sacre Theologie professoris in Epm et Pastorem Eccl(ie) Cath Exon per Mortem Naturalem Rdi in Chro Patris Dni Willmi Alley ultimi Episcopi et Pastoris eiusdem Sedis vacan electi facte et celebrate quod coram Nobis aliquamdiu ventilabatur et in pnti vertitur et pendet indecisum Primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dco Negocio habit et fact atqz diligenter recensit Servatisqz per nos de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis Ad nri finalis Decreti prolacionem sic duximus procedend fore et procedimus in huiusmodi qui sequitur modum

Quia per Acta exhibita producta et probata coram Nobis in huiusmodi confirmacionis Negocio Comperimus Luculenter et Invenimus electionem predcam per decanum et Capitulum Eccl(ie) Cathlis predicte de p(re)fato Magro Willmo Bradbridge electo huiusmodi viro utiqz provido et discreto vita et Moribus merito commendato Libero atqz in etate legitima et ordine sacerdotali constitut rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam Nichilqz eidem venerabili viro electo huiusmodi de institutis Ecclesiasticis obviasse seu obviare quo minus in Epm Exon auctoritate dicti Reverendissimi Patris merito debeat confirmari **Idcirco** Nos Thomas Yale Legum doctor vicarius in spualibus generalis et officialis principalis antedictus Attentis premissis et aliis virtutum Meritis super quibus prefatus electus Exon fidedigno commendatur testimonio Xpi Noie primitus invocat Ac ipm solum Deum oculis nris preponentes de et cum Consilio Jurisperitorum cum quibus in hac pte communicavimus p(re)dcam electionem de eodem venerabili viro factam et celebrata auctte dicti Rmi pris nobis commissa confirmamus defectus quoscumqz in dco Negocio intervenientes si qui forsan sint quantum in nobis est et de iure poterimus supplentes et supplemus **Ipmqz** dnm electum et confirmatum consecrand et benedicend fore decernimus Curamqz regimen et Administracionem spualium et temporalium dicti Epatus Exon eidem Dno electo Committimus Ac ipm in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Exon Iuriumqz dignitatum honorum preeminentiarum et ptinentium suorum universorum inducend et intronizand fore per Archinum Cantuarien seu eius deput iuxta Eccl(ie) Cathlis Exon morem et consuetudinem (Legibus et Statutis huius regni Anglie non adversantibus etiam decernimus et declaramus per hanc nram sntiam diffinitivam sive hoc nrm finale decretum quam sive quod ad peticionem partium ita ferimus et promulgamus in hiis scriptis

Lect per p(re)fatum Magrm Thomam yale vicarium in spualibus generalem antedictum xto die mensis Martii Anno dni Millmo Quingenmo Septuagesimo in Eccl(ia) parochiali bte Marie de Arcubus London in pntia mei Johis Incent Notarii publici registrarii principalis dicti Rmi pris pntibus tunc et ibm Roberto walker Rico Rolando et Thoma Redman Wak testibz &c

Mandatum ad install(and) dictum Epm Exon

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus venerabili confri nro Dno Edmundo Geste eadem permissione divina Roffen Epo ac Comendatario Archidiaconatus nri Cant Salutm gram et Benedictionem **Cum** vacante nuper Sede Epali Exon per Mortem Naturalem Dni Willmi Alley ultimi Epi ibm decanus et Capitulum Eccl(ie) Cathlis Exon pred licentia regia primitus in ea parte petit et obtenta venerabilem virum Magrm Willmum Bradbridge sacre Theologie professorem in eorum et dce Eccl(ie) Cathlis Epm et pastorem elegerint et Eccl(ie) Cath pdce providerint de eodem qua quidem electionem et personam sic electam servatis de iure et Statutis huius regni Anglie in hac parte servandis **Nos Mattheus** Archiepus Cantuarien antedict Auctte Lrarum commissionalium patentium Illustrissime in Xpo Principis et Dne nre Dne Elizabeth dei gra Anglie Ffrancie et hibernie Regine fidei Defensor &c Nobis in hac parte directarum rite et legitime Mandavimus et fecimus confirmari eidemqz confirmato Curam et regimen ac Administracionem dicti Epatus commisimus Necnon consequenter munus consecracionis eidem adhibitis de ritu et more Eccl(ie) Anglicane Suffragiis et insigniis adhibendis impendimus iuxta Statuta huius inclti regni Anglie in hac parte edit et sancita Ipmqz sic electum confirmatum et consecratum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Exon Iuriumqz et ptinentium suorum universorum inducend investiend et intronizand fore decernimus et Mandamus **Tibi igitur** firmiter precipiendo Mandamus quatenus p(re)fatum venerabilem virum seu procuratorem suum legitimum eius noie in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Exon Iuriumqz honorum dignitatum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci installari et intronizari facias cum effectu Cathedramqz sive sedem Epalem in eadem Eccl(ia) Cath eidem Confri nro (ut moris est) Assignes et cum in noie dni nri Jesu Xpi imponas prout decet Iuribus et consuetudinibus nris Archiepalibus et Eccl(ie) nre Metropolitice Xpi Cant Necnon Eccl(ie) Cathlis Exon pred dignitatibus et honoribus in oibus semper salvis **In cuius** rei testimonium Sigillum nrm pntibus apponi fecimus **Dat** xxiiijo die mensis Martii Anno dni 1570 iuxta &c Et nre Consecr Anno Undecimo

Consecratio dicti Epi Exon

Die dnica viz decimo octavo die mensis Martii Anno dni iuxta computacionem Eccl(ie) Anglicane 1570 et Consecr Anno Undecimo in Capella dicti Rmi Pris dni Matthei Archiepi infra Manerium suum de Lambithe Idem Reverendissimus dnus vigore et Auctte Lrarum Commissionalium patentium Serenissime dne nre Regine Elizabeth &c sibi in hac parte direct Assistentibus sibi Reverendis patribus dnis Roberto Winton et Richo Wigorn respective Episcopis Munus consecracionis venerabili viro magro Willmo Bradbridge sacre Theologie professori in Epm et Pastorem Eccl(ie) Cathlis Exon electo et confirmato prestitis per eundem magrm Willmum Bradbridge Iuramentis solitis et consuetis et adhibitis Ceremoniis de usu moderno Eccl(ie) Anglicane adhibendis impendebat in pntia mei Johis Incent notarii publici registrarii primarii dicti Rmi Patris venerabiliumque virorum magistrorum Thome yale Legum doctoris dicti Reverendissimi Patris vicarii in spualibus generalis Roberti Bissoppe legum etiam Doctoris ffrancisci Barnard Aldermanni civitatis London Johis Ingilby et Johis Marsh dicti Rmi Patris Capellanorum et aliorum multorum Testium &c

Advocacio facta Archiepiscopo

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens Scriptum pervenerit **Willelmus** Bradbridge permissione divina Exon Episcopus Salutem in Domino Sempiternam **Cum** tam de antiqua laudabili longevaque et hactenus pacifice prescripta consuetudine hactenus inconcusse obtenta et observata quam etiam de singulari Prerogativa Ecclesie Metropolitice Christi Cantuariensis fuerit et sit obtentum **Quod** Archiepiscopus Cantuariensis pro tempore existens cuilibet Suffraganeorum suorum in Episcopum alicuius Ecclesie cathedralis sue Cantuariensis Provincie electo statim post confirmacionem suam unum Clericum idoneum nominare et presentare possit cui idem electus confirmatus tenebitur quam primum facultas se obtulerit in sua Ecclesia cathedrali de aliqua dignitate Canonicatu et Prebenda vel de aliquo competenti Beneficio Ecclesiastico providere Ac interim dictum Clericum ad huiusmodi dignitatem Canonicatum et Prebendam seu Beneficium huiusmodi sic promovendum acceptare et admittere Necnon sibi Pensionem Annuam quinque librarum constituere tantisper solvendam et impendendam quousque eidem clerico de aliqua dignitate Canonicatu et Prebenda seu Beneficio huiusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum **Sciatis** igitur Nos prefatum Willelmum Episcopum Exon antedicta Iura Libertates Consuetudines et prerogativam Ecclesie Metropolitice Christi Cantuariensis pro posse nostro adimplere volentes dedisse Concessisse et hoc presenti Scripto nostro Confirmasse Reverendissimo in Christo Patri et domino domino Mattheo permissione divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano Executoribusque et Assignatis suis Advocacionem Nominacionem presentacionem liberamque disposicionem et ius Patronatus Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis de Totton in Ecclesia cathedrali Sancti Petri Exon Cum per mortem resignacionem cessionem dimissionem permutacionem aut alio quovismodo post datam presentium vacaverit **Habendum** tenendum et gaudendum prefato Reverendissimo in Christo Patri Executoribus et Assignatis suis dictam Advocacionem Nominacionem presentacionem Liberam disposicionem et Ius Patronatus Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis predicte pro termino viginti unius Annorum post datam presentium immediate sequentium Ita quod bene liceat et Licebit prefato Reverendissimo patri Executoribus et Assignatis suis ad suum libitum [illegible] presentium quamcumque personam idoneam ad dictum Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem de Totton cum eundem proximo post datam presentium vacare contigerit pro termino viginti et unius Annorum Nominare et presentare Ac Literas Nominacionis et presentacionis de predicto Archidiaconatu sive dignitate Archidiaconali de Totton cuicumque persone idonee pro termino predicto facere et concedere Ac omnia alia et singula facere exercere et perimplere que in premissis seu circa aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna adeo plene libere et integre et in tam amplis modo et forma prout nos prefatus Episcopus faceremus et perimpleremus Si hec presens nostra concessio facta non fuisset **Proviso semper** quod quamprimum contigerit hanc nostram donacionem sive Concessionem durante predicto termino viginti unius Annorum post datam presentium pro unica et proxima vice aut una aliqua vacacione dicti Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis de Totton suum debitum sortiri effectum ac personam idoneam ad presentacionem dicti Reverendissimi Patris Executorum vel Assignatorum suorum ad dictum Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem una vice admitti ac in eisdem institui et in realem actualem et Corporalem possessionem eorundem induci [illegible] Quod extunc Ius Patronatus dicti Archidiaconatus sive Dignitatis Archidiaconalis ad Nos et Successores nostros integre revertatur presenti donacione sive Concessione nostra aut contentis in eadem in aliquo non obstante **In cuius rei testimonium** Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus **Datum** decimo septimo die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo Regnique domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc Decimo tertio

Acta habita et facta in negotio Confirmacionis – Sar.

electionis Reverendi in Christo Patris domini Edmundi Gest nuper Roffensis Episcopi in Episcopum et pastorem Ecclesie cathedralis beate Marie Sarum per decanum et Capitulum eiusdem Ecclesie Cathedralis electi Die Lune videlicet xxiiij die mensis Decembris Anno domini Millesimo Quingentesimo septuagesimo primo et Regni illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et hibernie Regine fidei defensoris etc Anno decimo quarto In Ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London Ecclesie Christi Cant Iurisdictionis immediate coram venerabili viro Magistro Thoma Yale legum Doctore Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicario in spiritualibus generali et officiali principali sufficienter et legitime deputato in presentia mei Johannis Incent Notarii publici dicti Reverendissimi patris Registrarii principalis

Confirmacio Electionis domini Edmundi Gest Episcopi Sarum

In Dictis die et loco inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei prefatus coram eo prefato Magistro Thoma Yale iudicialiter et pro tribunali sedente Literis Patentibus regiis de assensu suo regio prefato Reverendissimo patri directis ac per me prefatum Registrarium de mandato dicti Magistri Yale publice lectis idem Magister Yale ob honorem et reverenciam dicte domine nostre Regine acceptavit in se onus executionis dictarum Literarum et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem Deinde comparuit personaliter Magister rthurus Chaundeler sacre Theologie Bacchalaureus Archidiaconus Sarum et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et Capitulo Ecclesie cathedralis beate Marie Sarum et fecit se partem pro eisdem Ac nomine procuratoris eorundem decani et Capituli presentavit eidem vicario in spiritualibus generali Magistro Thome

Markfeld clericum qui etiam exhibuit procuratorium suum literatorie pro antedicto reverendo patre domino Edmundo Geste electo
antedicto et fecit se partem pro eodem Et tunc dictus magister Ricardus Chaundeler exhibuit mandatum citatorium originale
ad citandum oppositores in huiusmodi negotio emanatum una cum certificatorio in dorso super executione eiusdem Et accusavit
contumacias omnium et singulorum ad hos diem horam et locum ad dicendum et opponendum contra electionem citatorum preconizatorum
et nullo modo comparentium petiitque eos omnes et singulos reputari contumaces etc. Et tunc facta trina preconizatione omnium
et singulorum citatorum huiusmodi et nullo eorum comparente nec aliquid contradicente electionem formam eiusdem aut personam
in hac parte electam opponere vel obiicere curante dictus magister Yale vicarius generalis antedictus ad peti-
tionem dicti magistri Richardi Chaundeler pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum
suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in hac parte eis et eorum cuilibet precludit Necnon ad ulteriora in dicto
confirmationis negotio procedendum fore decrevit ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia seu contumacia in aliquo
non obstante prout in schedula per ipsum magistrum Yale lecta plenius continetur Deinde dictus magister Richardus
Chaundeler dedit summariam petitionem in scriptis Et dominus ad eius petitionem decrevit procedendum fore et
summarie et de plano Et assignavit eidem magistro Chaundeler ad probandum dictam summariam petitionem ad statim
Et tunc idem magister Chaundeler in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas
patentes regias magno sigillo suo Anglie sigillatas penes registrum remanentes Necnon totum et integrum processum
electionis de persona dicti reverendi patris in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis beate Marie Sarum per decanum
et capitulum ipsius ecclesie facte et celebrate Ac etiam exhibuit consensum prefati domini electi eidem electioni etc.
exhibit Quibus sic factis dominus ad petitionem dicti magistri Chaundeler assignavit sibi ad proponendum
omnia ad statim Et tunc dictus magister Chaundeler in penam contumaciarum omnium et singulorum citatorum huiusmodi et non
comparentium exhibuit omnia et singula in dicto negotio per eum exhibita et proposita quatenus sibi conducunt etc.
Et tunc dominus ad eius petitionem assignavit ad concludendum ad statim Deinde dictus magister Chaundeler
conclusit cum domino secum etiam concludente Qua conclusione sic facta dominus ad petitionem eiusdem magistri
Chaundeler assignavit ad audiendum sententiam suam finalem decretum ad statim Consequenter vero facta
alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum sic ut premittitur citatorum et nullo modo comparentium nec
quicquam in hac parte opponentium vel obiicientium dominus ad petitionem dicti magistri Chaundeler pronunciavit
eos et eorum quemlibet contumaces ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi decrevit procedendum fore ad prolationem
sententie diffinitive in huiusmodi negotio ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non
obstante Deinde prestito iuramento per prefatum magistrum Thomam Markfeld nomine procuratorio prefati
domini electi ac in animam ipsius de fidelitate obedientia et subiectione prefate serenissime domine nostre Regine
prestandis et exhibendis Necnon de renunciando refutando et recusando omnem et omnimodam potestatem auctoritatem
iurisdictionem et superioritatem forinsecas iuxta vim formam et effectum statuti etc. Dictus magister
Yale ad petitionem prefati magistri Chaundeler tulit legit et promulgavit sententiam diffinitivam in dicto
confirmationis negotio in scriptis per eum lectis pronunciando declarando et decreta faciendo prout in
eadem continetur Super quibus omnibus et singulis tam dictus magister Markfeld procurator domini
electi Sarum quam memoratus magister Chaundeler me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura
publicum seu publica instrumentum seu instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde
perhibere instanter respective rogaverunt et requisiverunt Postremo vero dictus magister Yale vicarius
antedictus ad petitionem dicti magistri Markfeld procuratoris domini electi antedicti decrevit sibi literas
testimoniales super omnibus et singulis premissis sic ut premittitur expeditis Necnon dictum dominum electum et
confirmatum installandum fore in realem et actualem et corporalem possessionem dicti episcopatus Sarum
Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum iuxta morem et consuetudinem
laudabilem eiusdem ecclesie cathedralis Sarum legibus et statutis huius regni Anglie non repugnantem et
adversantem Presentibus tunc ibidem Johanne Mitchel notario publico Richardo Edwardes Willelmo Cotton et Roberto
Walker literatis ac multis aliis testibus etc.

Mattheus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilectis
et singulis clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis salutem gratiam
et benedictionem **Cum** vacante nuper sede episcopali Sarum per mortem naturalem domini Johannis Jewell ultimi
episcopi et pastoris ibidem **Decanus et Capitulum** ecclesie cathedralis Sarum predicte x x x electione
novi et futuri episcopi ibidem licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta celebranda certum terminum
prefixerunt Atque in huiusmodi electionis rite procedentes venerabilem confratrem nostrum dominum Edmundum Gest
nuper Roffensem episcopum in eorum et dicte ecclesie cathedralis episcopum elegerunt **Cumque** serenissima in Christo princeps
et domina nostra domina Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Ad humilem
petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prefati electi ut premittitur facte et celebrate
regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per easdem literas patentes regias magno
sigillo suo Anglie sigillatas nobis significaverit Mandando quatenus electionem huiusmodi et personam electam
confirmare iuxta formam statuti in ea parte editi velimus cum omni celeritate accommoda prout per easdem
literas patentes regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet **Nos** vero volentes eiusdem
serenissime domine nostre Regine mandato pro officii nostri debito parere ac in huiusmodi confirmationis
negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos si qui sint
qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel oppo-
nere voluerint ad diem locum et effectum infrascriptum evocandum et citandum fore decrevimus
iustitia id poscente **Vobis** igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus
quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice alta et intelligibili voce infra ecclesiam

parochialem beate Marie de Archubus London nostre Cant iurisdictionis immediate Necnon per affixionem presentium
in aliquo loco convenienti infra Ecclesiam parochialem predictam vel in aliis locis publicis ubi videbitur expedire
omnes et singulos oppositores si qui sint in specie alioquin in genere qui contra electionem formam eiusdem aut personam
in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat
coram Nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali et officiali principali in eadem Ecclesia parochiali beate Marie
de Archubus London predicta die Lune viz vicesimo quarto die instantis mensis Decembris prox futur inter horas octavam
et nonam antemeridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum et locorum extunc sequentium si oportet
causam contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi si qua pretenderint interesse dicturi
excepturi et proposituri ulteriusque facturi et recepturi quod iustitia in hac parte suadebit et dicti Negotii qualitas
et Natura de se exigunt et requirunt Intimantes insuper modo et forma prerecitatis omnibus et singulis oppositoribus
si qui sint in specie alioquin in genere quibus Nos etiam tenore presentium sic intimamus Quod sive ipsi sic citati
dictis die hora et loco coram nobis aut nostro vicario in spiritualibus generali quovismodo comparuerint et contra
dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus
in dicto Negotio confirmationis iuxta iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus et procedere
intendimus eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis
feceritis Nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum huiusmodi dictis die hora et loco vel citra debite
certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum Mandatum fuerit executus **Dat** in Manerio nostro de
Lambehith vicesimo primo die mensis Decembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo /
Et nostre consecrationis Anno Decimo tertio

Vicesimo quarto die Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo
primo in Ecclesia parochiali beate Marie de Archubus London coram Magistro Thoma Yale legum doctore
et in presentia Johannis Incent Notarii publici Comparuit Robertus Walker mandatarius etc et certificavit
se executum fuisse hoc presens mandatum in Ecclesia beate Marie de Archubus London vicesimo secundo die
Mensis Decembris Anno predicto iuxta vim formam et effectum eiusdem De quibus fecit fidem etc

Pateat universis per presentes Quod Nos Edmundus Geste permissione divina Roffen Episcopus in Episcopum
et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sarum per Decanum et Capitulum eiusdem Ecclesie rite et legitime electus et postulatus dilectos
Nobis in Christo Thomam Markford clericum et coniunctim et divisim nostros veros rectos legitimos
ac indubitatos procuratores actores factores Negotiorumque nostrorum gestores et nuntios speciales ad infrascripta Nominamus ordinamus
facimus et constituimus ac per presentes Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum utrique per se divisim
potestatem generalem et Mandatum speciale pro Nobis ac vice loco et Nomine nostris coram Reverendissimo in Christo Patre
et Domino Domino Mattheo permissione divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusve vicario
in spiritualibus generali comparendi Nosque a personali Comparitione excusandi ac causam et causas absentie nostre huiusmodi allegandi
et proponendi ac (si necesse opus fuerit) fidem faciendi et iurandi Electionemque de nobis et persona nostra in ea parte
factam auctoritate dicti Reverendissimi patris approbari et confirmari Nosque in Episcopum Sarum recipi et Admitti atque in realem
actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Sarum Iuriumque et pertinentium suorum universorum induci Mandari petendi
requirendi et obtinendi Iuramentum preterea quodcumque licitum et honestum ac de iure legibus et statutis huius regni Anglie
in ea parte quomodolibet requisitum in animam nostram et pro Nobis prestandi subeundi et Iurandi **Et generaliter** omnia
et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etc
etiam si mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum **Promittimusque** Nos ratum et gratum
ac firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis fecerit vel fecerint in premissis
vel aliquo premissorum Sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte qui futurorum et in ea parte
cautionem exponimus per presentes **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat vicesimo
die Mensis Decembris Anno Domini 1571

In dei nomine Amen Nos Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo Patris et domini domini Matthei
permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primat et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis
et officialis principalis sufficienter et legitime deputatus In Negotio confirmationis electionis de persona Reverendi
in Christo patris domini Edmundi Geste Roffen Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sarum electi et postulati
fact et celebrat rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores qui contra dictam Electionem formam eiusdem
aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Ad comparendum coram Nobis istis die hora
et loco si sua putaverint interesse contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam
in debita Iuris forma dicturi excepturi et proposituri legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos
diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes Ad petitionem procuratoris Decani et Capituli
Ecclesie Cathedralis Sarum predicti Pronunciamus contumaces ac ipsis et eorum cuilibet in pena Contumaciarum suarum huiusmodi viam
ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis
Ac etiam Decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis Negotio procedendum fore iuxta iuris et Statutorum
huius Regni Anglie exigentiam eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante

In dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo Patre et Domino Domino Mattheo permissione
divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano vel vestro vicario in spiritualibus generali
sive Commissario quocumque Pars honorabilium virorum Decani et Capituli Ecclesie Sarum dicit allegat et in hiis
scriptis Ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam Summarie petitionis in Iure proponit Articulatim prout sequitur

In primis viz Sedis Episcopalis Sarum per Mortem naturalem domini Johannis Jewell ultimi Episcopi ibidem nuper vacare
cepit et aliquamdiu vacavit pastorisque solatio destituta extitit Hocque fuit et est verum publicum Notorium manifestum
pariter et famosum Et ponit coniunctim divisim et de quolibet

Item Quod dicta Sede Episcopali Sarum sic prout premittitur dudum vacante Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis predicte
capitulariter congregati et Capitulum facientes licentia Regia premissa ad id petita et obtenta certa die ad domum suam capitularem

Ecclesie cathedralis predicte ad electionem futuri Episcopi Sar celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt Ac omnes et singulos eiusdem Ecclesie Canonicos et prebendarios ius vocis et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis Negotio processuros et procedi visuros legitime et competenter Citari fecerunt Haecque fuit et est vera publica etc Et ponit ut supra

Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis viz   die mensis   Ultimo prefuerunt Capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes Signatis primitus per eos de iure et dicte Ecclesie Statutis Consuetudine servandis habito primitus per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem Ecclesie cathedralis predicte tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente reclamante Reverendum in Christo Patrem Dominum Edmundum Gest nuper Roffen Episcopum in eorum et dicte Ecclesie cathedralis Sar Episcopum elegerunt et Ecclesie memorate de eodem providerunt Et Ponit ut supra

Item Quod electio huiusmodi et persona electa dicto pronunciate in Ecclesia cathedrali Sar predicte coram clero et populo tunc ibidem in multitudine copiosa congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et Ponit ut supra

Item Quod dictus Reverendus Pater dominus Edmundus Gest in Episcopum Ecclesie cathedralis Sar ut prefertur electus huiusmodi electioni de se et persona sua ut prefertur facte et celebrate Ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli debite ac tempore consentiebat ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et Ponit ut supra

Item Quod prefatus Reverendus pater dominus Edmundus Geste fuit et est vir providus et discretus literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo Matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine Sacerdotali constitutus Necnon Deo devotus et Ecclesie memorate apprime necessarius Haecque fuit et est vera etc

Item Quod prefatus Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissime domine nostre Regine Elizabeth per literas suas patentes Sigillo eorum communi roboratas pro officio suo debite iuxta Statuta huius inclyti Regni Anglie Significarunt et intimarunt Haecque fuit et est vera etc Et ponit ut supra

Item Quod presentato pro parte Decani et Capituli antedicti eidem regie Sublimitati processu electionis huiusmodi eadem Serenissima domina nostra Regina pro sua Clementia regia huiusmodi electioni de persona prefati domini Edmundi Gest elect[i] ut prefertur facte et celebrate consensum et assensum x suos x regios graciose adhibuit et adhibet Haecque etc Et Ponit ut supra

Item Quod dicta Serenissima domina nostra Regina vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis Regiis huiusmodi electioni ut prefertur adhibitis per suas literas patentes vobis inscriptas et directas non solum Significavit verum etiam literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit Quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare ipsumque Episcopalibus insigniis insignire et decorare Ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio Pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi tenorem velitis cum favore Haecque fuit et est vera etc Et ponit ut supra

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica Notoria manifesta pariter et famosa Unde facta fide de iure in hac parte requisita Ad quam faciendam offert se pars dictorum Decani et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis Petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam Necnon et literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum seriem Curamque regimen et Administrationem Episcopatus Sar eidem electo committi Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Sar Iuriumque et pertinentium suorum universorum Inducendum et intronizandum fore decerni Ulteriusque fieri et statui in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod Iuris fuerit et rationis Supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes si qui in dicto electionis Negotio intervenerint Quam Proponit et fieri petit Pars ista proponens coniunctim et divisim Non Artans se Ad omnia et singula premissa Probanda nec Ad onus superflue probationis de quo protestatur Sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Iuris beneficio et domine nostre Regine gratia speciali in omnibus semper salvis vestrum officium domine Iudex antedicte humiliter implorando

Processus electionis Epi Sar

Matthęus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus / Ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spualis et ecclesiastica, que ad epum Gloucestren sede plena pertinuit, ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere, Dilecto nobis in xpo magistro Waltero Jones in legibus Bachalaurio Salutem, gratiam, et ben / Breve illustrissimo in xpo principis et domino nro, domino Elizabethe dei gratia, Anglie, ffrancie et hibernie regine fidei defens etc. nuper cum ea qua decuit reverentia recepimus in hec verba / Elizabeth dei gratia Anglie, ffrancie et hibernie regina, fidei defens etc. Reverendo in xpo patri ac domino, domino Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie primati et Metropolitano salutem, Cum Anna que fuit uxor Thome Huntley de hadnocke in poch de dixton in com Monmouth gener nuper in curia nra coram nobis apud westm per breve nrum appellaverit, Thomam Aphowell nuper de whitchurch in com hereff gener alias dict Thomam ap hoell nuper de whytchurch in com hereff gener alias dict Thomam Aphowell nuper de whitchurch in com hereff gen, de principali facto mortis predict Thome Huntley quondam viri sui, Idemque Thomas Aphowell in eadem curia nra, coram nobis personaliter comparens, in cassationem dci Brevis nri de Appello, inter alia placitaverit, quod predicta Anna nunquam fuit prefato Thome Huntley legittimo matrimonio copulata, hoc ubi et quando prout curia nra coram nobis cons verificare pretendendo Ad quod pdca Anna in eadem curia nra coram nobis replicando dixerit, quod ipa apud poch de Dene parva in com Glouc infra dioc epatus Glocestren ad ostium eccie pochis ibm, prefato Thome Huntley legittimo matrimonio copulata fuit, hoc verificare similiter pretendendo, ubi et quando, prout dca curia nra coram nobis cons. Et quia huius cause cognitio ad forum spectat ecclesiasticum Ac pro eo quod ecclesia illa dci epatus ad presens vacat, Ideo vobis mandamus, quod vocatis coram vobis in hac parte convocandis, rei veritatem super premissis ino diligenter inquiratis / Et quid inde inquisieritis nobis a die sancte Trinitatis in xv dies, ubicumque tunc fuerimus in Anglia, per lras vras patentes certificet vnacum hoc brevi ut ulterius in hac parte procedere valeamus prout de iure et secundum legem et cons regni nri Anglie fore viderimus procedend Et habeatis ibm hoc bre T. R. Catlyn apud westm, Quinto die Maij Anno regni nri tertio / Ad cognoscend igitur et procedend in negocio sive causa matrimoniali huiusmodi, quod vel que inter partes predictas verti speratur, in eccia pochiali de Dene parva predict quocumque tempore congruo vro arbitrio limitand, Ac tam de et super veritate cause, sive negocij huiusmodi, quam etiam de meritis et circumstancijs eiusdem, iuxta iuris exigentiam, et brevis regij predicti tenorem cum omni assiduitate et diligentia congruis, quibus melius et efficatius de iure poteritis, (vocatis primitus coram te partibus predictis et alijs qui de iure in hac parte fuerint evocandi) inquirend et investigand / necnon causam sive negocium huiusmodi cum suis incidentibus, emergen, annexis, et connexis quibuscumque audiend, discutiend, et fine debito terminand, Quoscumque etiam testes si se odij vel timoris gratia, aut alia quacumque de causa subtraxerint, eos ad perhibend testimonium veritati per censuras ecclesiasticas compellend, Ceteraque omnia et singula alia faciend, exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Tibi de cuius sana doctrina, Conscientie puritate, ac in rebus feliciter gerendis dexteritate, plurimum in domino confidimus, vices nras committimus, et plenam tenore presentium committimus potestatem cum cuiuslibet coertionis canonice potestate / Assumpto tibi dilecto nobis in xpo Johe Incent notario publico, Registrario nro primario, vel (eo impedito) quocumque alio notario indifferenti, in Registrarium et actorum tuorum Scribam in hac parte / Mandantes nihilominus tibi, Ad huiusmodi causa sive negocio expedit, Quod, aut vicarium nrum in Spualibus generalem, sive officialem principalem quemcumque, de omni eo quod per te in hac parte actum, gestum, sive expeditum fuerit, per lras tuas patentes manu autentica constriptas, harum seriem in se continentes debite certificare non postponas / In cuius rei Testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nro de Lambehith decimo die mensis Maij Anno dni Millimo Quingen, Sexagesimo, primo, et nre Consecr Anno secundo /

Certificatorium regine super inquisitione matrimonij predicti /

Illustrissime et Serenissime in xpo principi et domino nro domino Elizabethe dei gratia Anglie, ffrancie et hibernie regine, fidei defens etc. Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus, totius Anglie primas et Metropolitanus, omnimodas reverend, obiam, et felicitatem perpetuam in eo per quem reges regnant et principes dominantur / Breve vrum regium presentibus annexum

nuper cum ea qua decuit reverentia et subiectione, humilr. recepimus exequend.
Cuius vigore pariter et auctë nos Matthëus Archiepus antedcus, dilecto nobis in
xpo magro Waltero Jones in legibus Bacho ad cognoscend. et procedend. in negotio,
sive causa matrimoniali inter partes in brevi vro regio huioi nominatas, necnon causam
sive negotium huioi cum suis incidentibus, emergen., annexis et connexis quibuscumque
audiend. discutiend. et fine debito terminand. per tras nras patentes sigillo —
nro sigillatas putibus etiam annex. ptatem fecimus et commisimus / Qui quidem
magr Walterus Jones onus commissionis nre huioi in se assumpsit, et iuxta tenore
vim, formam, et effectum eiusdem procedend. fore decrevit, / necnon ad ulteriora
in dicto negotio procedens, vocatis primitus coram eo partibus predictis, et — —
auditis hincinde propositis et allegatis, servatisque per eum de iure in hac —
pte servandis, pro vero et ltimo matrimonio inter Thomam Huntley et Annam
Huntley, in dicto brevi vro regio putibus annex. nominat. inito, habito, et contracto,
ac pro valore eiusdem pronunciavit, decrevit, et declaravit, dandumque Thomam
Huntley eidem Anne in virum et maritum ltimum, ac ipsam Annam eidem —
Thome in uxorem ltimam inter alia sententialr. et diffinitive adiudicavit, A qua
quidem sententia, pars Thome Apharoll in brevi vro regio predicto etiam nominatus
ad nos et curiam Audientie nre Cant appellavit, prout ex tenore dicti processus
coram eodem magro Waltero Jones vigore commissionis nre predce in huioi
negotio habiti et facti, ac putibus etiam annexi, manifestius possit apparere
In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium, hijsce putibus
tris nris certificatorijs Sigillum nrum apponi fecimus et mandavimus —
Dat. in Manerio nro de Croydon decimo septimo mensis Junij Anno domini
Millimo, Quingen. sexagesimo, primo, et nre Consecrationis Anno secundo. / — /

Aliud Certificatorium
in causa predicta / —

Illustrissime in xpo principi, et domine nre, domine Elizabethe dei gratia
Anglie Francie et Hibernie regine, fidei defensor. etc. Matthëus permissione —
divina Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus, —
omnimodas reverentiam, etiam, et felicitatem perpetuam in eo per quem reges regnant
et principes dominantur / Breve vrum regium putibus annexum nuper cum ea
qua decuit reverentia et subiectione humilr. recepimus exequend. Cuius vigore —
pariter et auctë, nos Matthëus Archiepus antedcus in causa matrimoniali inter partes
in brevi vro regio huioi nominatas, iuxta vim, formam, et effectum eiusdem brevis rite
procedentes, vocatis primitus coram nobis partibus predictis et auditis hincinde —
propositis et allegatis, servatisque per nos de iure in hac parte servandis, pro
vero et ltimo matrimonio inter Thomam Huntley et Annam Huntley in dicto brevi
vro regio putibus annexo nominat. inito, habito, contracto, et solemnizato, ac pro valore
eiusdem matrimonij pronunciavimus, et declaravimus, dandumque Thomam Huntley eidem
Anne in virum et maritum ltimum, ac ipsam Annam eidem Thome in uxorem —
ltimam inter alia sententialr. et diffinitive pronunciavimus / In quorum omnium et sin-
gulorum premissorum fidem et testimonium hijsce putibus tris nris certificatorijs Sigillum
nrum apponi fecimus et mandavimus / Dat. in Manerio nro de Lambehith xiiij die —
mensis octobris Anno dni Millimo, Quingen. sexagesimo, primo, et nre consecrationis Anno secundo.

Sequestratio fructuum ecclie
de Willersey Glouc. dioc.

Matthëus permissione divina Cantuarien Archiepus, totius Anglie primas
et Metropolitanus, ad quem omnis et omoda Iurisdictio spualis et ecclastica que
ad epum Gloucestren Sede plena pertinuit, ipa Sede iam vacante notorie dinoscitur
pertinere / Dilecto nobis in xpo domino Johi Bourne militi Salutem graciam et bened. —
Cum ex gravi querela nonnullorum fidedignorum, ac fama publica et facti no-
torietate referentibus, ad nostrum nuper pervenerit auditum, Quod Chorus et
Cancellus ecclie pochis de Willersey dce Gloucestren dioc. ac mansum principale
et cetera edificia ad Rectoriam dce ecclie spectantia et ptinentia adeo ruinosa, —
defectuosa, dilapidata, et prostrata existunt, ut, nisi de celeri remedio in hac pte
provideatur, de verisimili funditus corruent, Adque cura aiarum in eadem —
pochia, ita neglecta existit et inofficiata relinquitur, ut in illa nihil omnino divini
cultus habetur, aut vsitatur / sed sunt omnia sacerdotalia munera ibm prorsus
sublata et proscripta, in dei optimi maximi iram, ac aiarum parrochianorum huiusmodi

detrimentum, aliorumque Christi fidelium exemplum longe perniciosum / Unde nos de celeri remedio in hac parte pro officii nostri debito providere cupientes, Volentesque premissa conniventibus oculis preterire, sed tantis malis pro posse nostro subvenire Volentes, omnes et singulos fructus, redditus, proventus, obventiones, oblationes decimas, ac cetera iura et emolumenta ecclesiastica quecumque, ad dictam ecclesiam porcionem, et eius Rectorem pro tempore existentem, quovismodo spectantes et pertinentes in quorumcumque manibus existentia, ex premissis et aliis nonnullis causis veris, iustis rationabilibus, et legitimis nos in ea parte specialiter moventibus duximus sequestrandos et huiusmodi sequestri nostri custodiam tibi committendam; prout etiam sic sequestramus et tibi committimus per presentes / Ad publicandum igitur huiusmodi Sequestrum nostrum sic per nos interpositum, omnibus et singulis quorum interest, seu interesse poterit in hac parte, Necnon ad colligendum, levandum, et percipiendum omnes et singulos fructus, redditus, proventus, obventiones, oblationes, decimas, ac cetera iura et emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictam ecclesiam porcionem, et eius Rectorem pro tempore existentem quovismodo spectantes et pertinentes, eosque et ea sic collect. levat. et percept. sub salvo et tuto Sequestro custodiendum et conservandum / Ac que temporis mora deteriora verisimiliter futura sunt deteriora iusto precio alienandum, et venditioni exponendum / Atque de collectis, levatis, et perceptis huiusmodi, curam dicte ecclesie in divinis, et aliis requisitis debite deserviri, ac chorum et cancellum dicte ecclesie, necnon mansum principale et cetera edificia ad dictam Rectoriam spectantia competenter reparari manutenere et congruenter reedificari, Ac alia onera eidem ecclesie incumbentia supportari faciendum, et procurandum / Et de residuo sic collect. levat. et percept. fidelem nobis compotum sive Ratiocinium cum adhoc congrue fueris requisitus iuste reddendum et faciendum / Ceteraque omnia et singula alia faciendum, exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint, seu quovismodo oportuna, Tibi vices nostras committimus per presentes / Priori Sequestro quocumque de et in fructibus proventibus, et emolumentis dicte ecclesie ante hac auctoritate nostra quovismodo interposito ac litteris quibuscumque aliis quibuscumque personis inde factis, non obstante, quod et quas harum serie revocamus, ac pro revocatis, nullisque, et invalidis, ac nullum iuris effectum deinde sequi valentem haberi et censeri volumus / In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nostro de Lambhith xviijo die mensis Februarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo, primo, et nostre consecrationis Anno tertio. /

Institutiones Beneficiorum ecclesiasticorum Heref. Dioc. London. expedite tempore vacationis Sedis episcopalis ibidem

Westrote alias Combasker-feld ecclesie Institutio

Vicesimo tertio die mensis Februarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo Nono, Reverendissimus apud Lambhith admisit Johannem Randall clericum ad ecclesiam porcionem de Westrote alias Combasterfeld Heref. Dioc. per deprivationem ultimi et immediati Rectoris ibidem vacantem, Ad quam per strenuum virum dominum Robertum Whitney militem ipsius ecclesie ratione cuiusdam advocationis iurispatronatus eiusdem per dominam Elizabetham Baskerfeld viduam nuper uxorem domini Jacobi Baskerfeld militis defuncti eidem domino Roberto Whitney facte) verum et indubitatum hac vice (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem (in persona Thome Leuthall notarii publici procuratoris sui legitime constituti) instituit et investivit in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis / Curamque etc. (in dicti procuratoris sui persona) ei in domino commisit iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Metropolitice Christi Cant. necnon ecclesie cathedralis Heref. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Randall (in persona procuratoris sui predicti) iuramento de legitima obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Heref. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Prebende de Morton Wallaunce Institutio

Decimo quinto die Martii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo Nono, dominus admisit Johannem Lytelgrome clericum ad vicariam sive prebendam de Morton Vallance Glouc. dioc. vacantem per deprivationem Galfridi Dorne ultimi ibidem Incumbentis / Ad quam per illustrissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie Francie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. ipsius vicarie sive prebende verum et indubitatum hac vice (ut dicitur) patronam dictus putatus extitit, Ipsumque prebendarium sive vicarium eiusdem instituit et canonice investivit in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis, Curam et regimen animarum ibidem (si que sint) ei in domino committendo, iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cath. Glouc. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Kyllegrowe iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statut. etc. Scriptum fuit Archidiacono Glouc. seu eius Officiali, necnon universis et singulis etc. ad inducendum etc.

Stanley Regis vicarie institutio

Decimo octavo die Junij Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo dominus admisit Henricum Prestott clericum ad vicariam perpetuam de Stanley Regis Glouc. dioc. per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris ibidem vacantem Ad quam per strenuum virum Johannem Hunley, militem, dominum Hunley, ipsius vicarie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum dominus putatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit, et canonice investivit in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino committendo, iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cath. Glouc. predicte dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Henrico Prestotte iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statut. etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Glouc. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Seynbury vicarie collatio, iure devoluto

Octavo die Julij Anno domini predicto dominus contulit Georgio Savage clerico vicariam perpetuam de Seynbury Glouc. dioc. per deprivationem Willelmi Dalby clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem, et ad collationem suam iure ad eum ista vice devoluto ratione lapsus temporis hac vice spectantem, Ipsumque Rectorem ibidem instituit, et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis / Curam et regimen etc. ei in domino committendo, iuribus suis Archiepiscopalibus, et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cath. Glouc. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Georgio iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statut. etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Glouc. seu eius officiali ad inducendum etc.

Hinton vicarie institutio

Undecimo die mensis Augusti Anno domini predicto, apud Lambehith Reverendissimus admisit Willelmum Lusteme clericum ad vicariam perpetuam de Hynton Glouc. dioc. per deprivationem Simonis Borchorne clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem, Ad quam per serenissimam in Christo principem et dominam nostram, dominam Elizabetham dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Reginam, fidei defensorem etc. ipsius vicarie verum et indubitatum (ut dicitur) patronam dicta putata extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit et canonice investivit in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino committendo, iuribus suis Archiepiscopalibus, et ecclesie Metropolitice Christi Cant. necnon ecclesie cath. Glouc. predicte dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis, Et recepto ab eodem Willelmo iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statut. etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Glouc. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Marston Sicca vicarie institutio

Vicesimo septimo die Septembris Anno domini predicto apud Lambehith dominus admisit Willelmum Stocke clericum sacre Theologie Bacchalaureum ad vicariam perpetuam de Marston Sicca Glouc. dioc. per mortem naturalem ultimi Incumbentis ibidem vel alio modo vacantem Ad quam per serenissimam in Christo principem et dominam nostram, dominam Elizabetham etc. ipsius vicarie verum et indubitatum (ut dicitur) patronam dictus putatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem in persona Johannis Leuthall notarii publici procuratoris sui etc. instituit et canonice investivit in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei (in dicti procuratoris sui persona) in domino committendo, iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cath. Glouc. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Leuthall nomine procuratorio etc. iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statut. etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Glouc. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Vicesimo septimo die mensis Octobris Anno domini 1560 predicto apud Lambe-

Donampney Vicaria
Institutio

hith, Reverendissimus admisit Willelmum Evans clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Dounampney Glouc. dioc. per liberam et spontaneam Resignacionem Baldwini Johnson clerici ultimi et immediati vicarii ibidem vacantem / Ad quam per Johannem Hungerford armigerum, ipsius vicarie ~~verum~~ racione cuiusdam dimissionis sive locationis ad firmam dicte vicarie per decanum et Capitulum ecclesie Christi Oxon. ei in hac parte facte, verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cathedralis Glouc. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Willelmo Evans Iuramento de illicita obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et de continuo residendo etc. Scriptum fuit Archidiacono Glouc. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Woodchester ecclesia
Institutio

Vicesimo nono die mensis Novembris Anno domini 1560 apud Lambehith, Reverendissimus admisit Thomam Freeman clericum ad ecclesiam parochialem de Woodchester Glouc. dioc. vacantem / Ad quam per honorandum virum dominum Johannem Lumley militem dominum Lumley, ipsius ecclesie (racione concessionis iurispatronatus eiusdem per potentem virum dominum Henricum Comitem Arundell ei facte) verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit / ipsumque Rectorem eiusdem in persona Edwardi Orwell notarii publici procuratoris sui etc. instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei (in dicti procuratoris sui persona) in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cathedralis Glouc. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Edwardo Orwell nomine procuratorio etc. Iuramento de illicita obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. Scriptum fuit Archidiacono Glouc. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Tidenham Vicaria
Institutio

Vicesimo quinto die mensis Februarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane 1560 apud Lambehith Reverendissimus admisit Johannem Jaques clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Tidenham Glouc. dioc. per liberam et spontaneam Resignationem Willelmi Lyspyng sacre theologie Bacchalaurei ultimi vicarii ibidem vacantem, Ad quam per Franciscum Shakerley generosum, ipsius vicarie verum etc. (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cathedralis Glouc. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Jaques Iuramento de illicita obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et de continuo residendo etc. Scriptum fuit universis et singulis per dioc. Glouc. ad inducendum etc.

Bytton Vicaria
Institutio

Vicesimo primo die mensis Martii Anno domini iuxta etc. 1560 dominus admisit Johannem Ffund clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis sive prebendalis de Bytton Glouc. dioc. per liberam et spontaneam resignacionem Willelmi Mosley clerici ultimi vicarii et incumbentis in eadem vacantem, Ad quam per Robertum Byde prebendarium prebende de Bitton in ecclesia cathedrali Sarum, ac eo obtentu dicte vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cathedralis Glouc. dignitatibus etc. in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne, Iuramento de illicita obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et de continuo residendo etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit universis et singulis etc. per dioc. Glouc. ad inducendum etc.

Bropwell cum Laverton
Institutio

Decimo octavo die Aprilis Anno domini Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo primo apud Lambehith Reverendissimus admisit Thomam Freman clericum ad ecclesiam parochialem de Bropwell cum Capella de Laverton eidem annexa Glouc. dioc. per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris ibidem vacantem / Ad quam per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram, dominam Elizabetham etc. ipsius ecclesie veram et indubitatam (ut dicitur) patronam domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cathedralis Glouc. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Thoma Iuramento de illicita obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit universis et singulis etc. ad inducendum etc.

Secundo die mensis Maii Anno domini 1561 predicto apud Lambehith Reverendissimus admisit Christoforum Yaxley clericum Artium magistrum ad Canonicatum et Quartam

Canonicatus et prebende in ecclesia Glouc Institutio

prebendam in ecclesia cathedrali Glouc quos magister Johannes Williams legum doctor nuper habuit et possidebat, per mortem naturalem ipsius Johannis vacantes / Ad quos per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram, dominam Elizabetham etc. dictorum Canonicatus et prebende verum et indubitatum (ut dicitur) patronam domino presentatus extitit ipsumque Canonicum et prebendarium eorundem instituit, et ipsum investivit in eisdem cum suis Juribus et pertinentiis universis / Stallum in Choro ac locum in Capitulo dicte cathedralis Glouc. Canonico et prebendario eorundem assignari solit. eidem presbytero assignavit, Juribus suis Archiepiscopalibus, et dicte ecclesie Cant. necnon dicte cathedralis Glouc dignitatibus etc. in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem presbytero Juramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. ac de observando Statuta et laudabiles consuetudines dicte cathedralis predicte quatenus eum concernunt, et dummodo modernis legibus huius Regni Anglie non adversentur etc. Scriptum fuit decano et Capitulo dicte cathedralis Glouc. predicte, seu eorum in hac parte vicesgerentibus aut alii cuicumque ad quem executio eiusdem de Statuto dicte ecclesie pertinere dinoscitur, ad installandum etc.

Stonehowse vicarie Institutio

Primo die mensis Februarii Anno domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane 1561 apud Lambehith Reverendissimus admisit Johannem Pygott clericum, ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Stonehowse Glouc. dioc. per mortem naturalem Thome Eton clerici ultimi vicarii ibidem vacantem / Ad quam per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram, dominam Elizabetham etc. dicte vicarie perpetue veram et indubitatam (ut dicitur) patronam domino presentatus extitit ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit Juribus suis Archiepiscopalibus et dicte ecclesie Cant. necnon dicte cathedralis Glouc. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Piggott Juramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et de continue et personaliter residendo etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Glouc. seu eius Officiali, necnon universis et singulis etc. ad inducendum etc.

Newland vicarie Institutio

Tertio die mensis Martii Anno domini iuxta etc. 1561 Reverendissimus admisit Willelmum Jones clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Newland Glouc. dioc. per liberam et spontaneam resignationem magistri Johannis Smith legum doctoris ultimi vicarii ibidem vacantem / Ad quam per honorandum virum dominum Willelmum Comitem Penbroke prenobilis ordinis Garterii militem ipsius vicarie ratione cuiusdam advocationis Jurispatronatus eiusdem per reverendum in Christo patrem dominum Anthonium Landavensem episcopum eidem Comiti, et David Lewys legum doctori concessum et demissum (ut dicitur) factum verum (ut dicitur) hac vice patronum domino presentatus extitit ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit Juribus suis Archiepiscopalibus et dicte ecclesie Cant. necnon dicte cathedralis Glouc. dignitatibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Willelmo Jones Juramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et de continue residendo etc. Scriptum fuit Archidiacono Glouc. seu eius Officiali necnon universis et singulis ~~ad~~ etc. ad inducendum etc. Salvo feodo Archidiaconi

Wydford ecclesie collatio Jure devoluto

Decimo sexto die mensis Aprilis Anno domini 1562 apud Lambehith Reverendissimus contulit, Thome Damport clerico ecclesiam parochialem de Wydford Glouc. dioc. de iure vacantem et ad collationem suam iure ad eum rite devoluto, ratione lapsus temporis hac vice spectantem / ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Juribus suis Archiepiscopalibus et dicte sue ecclesie Cant. necnon dicte cathedralis Glouc. dignitatibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Thoma Juramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Glouc. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Petriburgen

Vacatio Sedis episcopalis Petriburgen per deprivacionem Domini Davidis Pole legum Doctoris anni domini 1559 et 1560 /~/ ~/ ~/~/

Matthewus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas
et Metropolitanus / Dilectis nobis in Christo magistro Edwardo Leedes in legibus licen-
tiato Willelmo Latymer decano ecclesie cathedralis Petriburgen et Willelmo Whysley in –
legibus baccalaureo, Salutem graciam et benediccionem / Cum omnis et omnimoda Jurisdiccio Episcopalis –
et ecclesiastica que ad Episcopum Petriburgen, qui pro tempore fuerit, nostre Cantuarien
ecclesie Suffraganeorum, Sede episcopali Petriburgen plena spectabat, ipsiusque Jurisdiccionis
exercitium, ad nos ipsa Sede iam vacante, de ecclesie nostre Metropolitice Christi Cant.
nomine de Jure prerogativa, et consuetudine hactenus inconcusse usitatis, et –
observatis, legitimeque prescriptis, pacifice et quiete pertinere dinoscitur / Nos de –
vestris sana doctrina, fidelitate, conscientie puritate, et circumspectionis industria in
hac parte plurimum freti, Vos delegatos, Commissarios, et Civitatis et dioc. –
Petriburgen Spiritualitatis custodes communiter et divisim preficimus, constituimus et deputamus
per presentes / Ad cognoscendum igitur procedendum, et diffiniendum, in omnibus et singulis causis
negociis litibus et querelis, in curia Consistorii Petriburgen, sive ex officio mero, mixto –
vel promoto, aut ad quarumcunque partium instancias inceptis, iam motis aut –
imposterum (durante vacacione sedis predicte) movendis, easdemque et earum debito ter-
minandas / Ad recipiendum preterea Juramenta obedientie, et etiam legitimam a quibuscumque
subditis dictarum Civitatis et dioc., qui Episcopo Petriburgen sede plena, vel nobis –
ratione vacationis eiusdem, ad Juramenti prestacionem vel etiam sint astricti
Necnon etiam fructus, redditus, et proventus, quorumcumque beneficiorum ecclesiasti-
corum, et alia bona quorumcunque, infra Civitatem et dioc. predictas in casibus a Jure vel –
consuetudine, aut huius Regni Anglie legibus et Statutis permissis, et approbatis sequestrandum
et sequestrari faciendum, Sequestrataque huiusmodi custodiendum et faciendum per alios custodiri, –
presentationes insuper quascumque, ad quecumque beneficia ecclesiastica dictarum Civitatis –
et dioc. vacantia vel vacatura (salvis infra reservatis) recipiendum et admittendum –
personasque quascumque, ad quecumque Beneficia huiusmodi presentatas, et imposterum presentandas
admittendum, easque in Beneficiis huiusmodi legitime instituendum et induci faciendum et demandandum /
Adhuc Rectores et vicarios ecclesiarum parochialium, predictarum Civitatis et dioc. ad personalem
residendum iuxta constitutiones et Statuta huius incliti Regni Anglie in ea parte factas
et premissis, per quascumque censuras ecclesiasticas compellendum / Testamenta etiam –
quorumcumque in dictis Civitate et dioc. Petriburgen decedentium, eorum insinuatio
et approbatio ad Episcopum Petribur., vel ad Archiepiscopos et alios quoscumque sede plena
debeat pertinere insinuandum et approbandum / Administrationesque bonorum huiusmodi def-
et aliorum quorumcumque etiam ab intestato decedentium, executoribus in huiusmodi testamentis
nominatis, seu aliis personis quibus de Jure fuerit faciendum, et vobis communiter aut divisim
fuerit expedire in forma Juris committendum / Necnon computum, calculum, sive ratio-
cinium dictorum executorum, seu administratorum huiusmodi audiendum discutiendum, et eos a com-
puto, sive raciocinio ulteriori acquietandum, et finaliter liberandum / Necnon clericos –
quoscumque, coram quibuscumque Justiciariis sive Judicibus secularibus, in causis seu –
criminis vel super felonia quacumque in dictis Civitate et dioc. indictatos, impetitos, seu –
convictos vendicandum exigendum petendum et recipiendum / Ac huiusmodi clericis omnibus et –
singulis sic (ut premittitur) convictis, purgationes legitimas indicendum ipsosque tales convict-
(prout Juris et casus ratio exegerit) ad purgationes admittendum, et purgatos huiusmodi
iuxta Immunitatem ecclesiasticam talibus clericis vel ordini clericali hactenus indultam
et concessam, ab ipsis Criminibus immunes et innocentes declarandum, sicque a carceribus
et vinculis (prout moris est) quoties opus fuerit relaxandum et liberandum / Omnemque
et omnimodam Jurisdictionem Episcopalem in premissis et subsequentibus exercendum / Omnemque Ju-
risdictionem et possessionem nostras continuandum, et nomine nostro et ecclesie nostre Metropolitice
Christi Cantuar. predicte defendendum et tuendum / Necnon omnia et singula emolumenta
Spiritualia et ecclesiastica ad nos, et ecclesiam nostram Christi Cant. predict. ratione vaca-
tionis Episcopatus Petriburgen predict. spectantia nomine nostro, et pro nobis petendum et recipiendum
aliasque de receptis literas solutionum faciendum et literas acquietanciales liberandum / Aliud

insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco vestro deputandos, ac ei vel eis vices nostras circa premissa, in omnibus locis earundem Civitatis et dioc. Petriburgen., prout vobis coniunctim vel vestrum alicui divisim melius visum fuerit expedire committendi, Ac insuper omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, vobis coniunctim et divisim vices nostras harum serie committimus, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate, presentibus ad nostrum beneplacitum dumtaxat duraturis, Salvis nobis et Vicario nostro in Spiritualibus generali, admissione quorumcumque clericorum ad quecumque beneficia ecclesiastica earundem Civitatis et dioc. nobis, durante vacatione Sedis predicte Londini presentandorum, Necnon decisione, discussione, examinatione et finali terminatione quarumcumque causarum, litium, et querelarum coram nobis aut Vicario nostro huiusmodi Londini motis et intentatis, vel imposterum durante vacatione Sedis predicte movendis, et intentandis / Assumpto vobis coniunctim aut vestrum cuilibet divisim et Substitutis vestris huiusmodi uni vel pluribus, dilecto nobis in Christo magistro Anthonio Huse Registrario nostro primario, vel Iohanne Mounsteving notario publico vestris in hac parte deputato in Registrarium, et Scribam nostrum, et actorum nostrorum Custodem in ea parte, durante hac nostra Commissione / Mandando nihilominus, eadem cessante vacatione Sedis predicte, et alio episcopo in eadem consecrato, aut intronizato, de omni eo quod per vos coniunctim vel vestrum aliquem divisim in hac parte actum, gestum, sive expeditum fuerit, Nos, aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem, sive Officialem principalem, per literas vestras patentes manu autentica conscriptas, acta et processus vestros complectentes certiores facere non postponatis prout decet / In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nostro de Lambehith primo die mensis Maii Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo, et nostre Consecrationis Anno primo.

Commissio ad vendicandum convictos infra dioc. Petriburgen.

Matheus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio Spiritualis et ecclesiastica que ad episcopum Petriburgen., Sede plena, pertinuit, ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere / Dilectis nobis in Christo Willielmo Latymer clerico decano ecclesie cathedralis Petriburgen., Willielmo Bynsley Archidiacono Northampton., Thurstano Morrey clerico ecclesie cathedralis predicte prebendario, Salutem, graciam et benedictionem / Ad vendicandum clericos, petendum et recipiendum coram quibuscumque Iusticiariis, sive Iudicibus Serenissime in Christo principis et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia, Anglie, Francie, et Hibernie Regine fidei defensoris etc. ad liberationem et dimissionem incarceratorum ubicumque infra dioc. Petriburgen. deputatis seu deputandis quoscumque clericos super criminibus, delictis, excessibus, et transgressionibus quibuscumque irretitos, et convictos seu convincendos, qui secundum huius regni Anglie leges, Statuta, et laudabiles consuetudines eiusdem clericali deberent gaudere privilegio, eosque ad carcerem episcopalem ad hoc solitum et destinatum sumptibus nostris duci faciendum et procurandum / Vobis coniunctim et vestrum cuilibet per se divisim de quorum sana doctrina, Scientia, matura discretione, morum gravitate, et conscientie puritate, plurimum in hac parte confidimus, vices nostras committimus, et plenam in domino concedimus potestatem per presentes, ad nostrum beneplacitum dumtaxat duraturas. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nostro de Lambehith decimo die mensis Ianuarii Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo, Nono, et nostre Consecrationis Anno primo

Institutiones et Collationes Beneficiorum Petriburgen. dioc. Londini expedite tempore vacationis Sedis episcopalis ibidem

Barnwell ecclesie Institutio.

Tricesimo die mensis decembris Anno domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo, Nono, apud Lambehith Reverendissimus admisit Georgium Butman clericum ad ecclesiam parochialem de Barnwell omnium Sanctorum dicte Petriburgen. dioc. per mortem naturalem domini Alexandri Hudson ultimi et immediati Rectoris ibidem vacantem, Ad quam per honorabilem virum Iohannem Mordaunt militem, dominum Mordaunt ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis. Curam et regimen etc. et in domino commisit Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie sue Christi Cant. necnon ecclesie cathedralis Petriburgen. predicte dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Georgio Iuramento de Canonica ciid &c. et iuxta formam Statut. &c. et acceptata cura &c. Scriptum fuit Archidiacono Northampton, seu eius Officiali ad inducendum &c.

Horne ecclesie Institutio.

Vicesimo nono die mensis Januarij Anno domini predicto, apud Lambehith Reverendissimus admisit Laurentium Longman clericum ad ecclesiam parochialem de Horne dicte Petr. dioc. per mortem naturalem Thome Moody clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem, Ad quam per Jacobum Harington armigerum ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit &c. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam &c. sibi in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cath. Petriburgen. dignitatibus et honoribus &c. in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Laurentio in persona Norwelli Lloyd literati procuratoris sui &c. Iuramento de canonica obed. &c. et iuxta formam Statut. &c. et acceptata cura per Vicarium perpetuum ibidem operand. &c. Scriptum fuit Archidiacono Northampton seu eius Officiali ad inducendum &c.

Stretton ecclesie Institutio.

Eodem die apud Lambehith Reverendissimus admisit Herbertum Lloyd clericum ad ecclesiam parochialem de Stretton dicte Petriburgen. dioc. per mortem naturalem Reginaldi Bootes ultimi et immediati Rectoris ibidem vacantem / Ad quam per Jacobum Harrington armig. ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem (in persona Norwelli Lloyd literati procuratoris sui) instituit, et canonice investivit in eadem cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam &c. sibi in domino commisit Iuribus suis Archiepiscopalibus &c. in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Norwello Lloyd nomine procuratorio &c. Iuramento de canonica obed. &c. et acceptata cura &c. Scriptum fuit Archidiacono North. seu eius Officiali ad inducendum &c.

Boughton ecclesie Institutio.

Eodem die apud Lambehith, Reverendissimus admisit Galfridum Dale clericum ad ecclesiam parochialem de Boughton dicte Petr. dioc. per mortem naturalem Nicholai Harmon cler. ultimi Rectoris ibidem vacantem / Ad quam per probum virum Augustinum Cryspe gen. ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit &c. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam &c. sibi in domino commisit / Iuribus suis Archiepiscopalibus &c. in omnibus semper salvis / Ac recepto ab eodem Galfrido Iuramento de canonica obed. &c. et iuxta formam Statut. &c. et acceptata cura &c. Scriptum fuit Archidiacono Northampton seu eius Officiali ad inducendum &c.

Sancti Petri in Northampton ecclesie Institutio

Eodem die apud Lambehith Reverendissimus admisit Willelmum Cole clericum ad ecclesiam parochialem Sancti Petri in Northampton dicte Petr. dioc. per mortem naturalem Edmundi Bady ultimi Rectoris ibidem vacantem, Ad quam per Annam Morgan viduam ipsius ecclesie veram et indubitatam (ut dicitur) patronam domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit, et canonice investivit in eadem cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam &c. sibi in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus &c. in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Willelmo Iuramento de canonica obed. &c. et iuxta forma Statut. &c. et acceptata cura &c. Scriptum fuit Archidiacono Northampton seu eius Officiali ad inducendum &c.

Marston Laurance Vicarie Institutio.

Sexto die mensis Februarij Anno domini predicto, apud Lambehith Reverendissimus admisit Thomam Wilks clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Marston Laurance dicte Petr. dioc. per mortem naturalem ultimi et immediati Vicarij ibidem vacantem / Ad quam per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram, dominam Elizabeth Dei gratia Anglie, Francie et Hibernie Reginam, fidei defensorem &c. ipsius Vicarie veram et indubitatam (ut dicitur) patronam domino presentatus extitit Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem instituit &c. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam &c. sibi in domino commisit Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Thoma Wilks Iuramento de canonica obed. &c. et iuxta formam Statut. &c. et de continue et personaliter residendo &c. et acceptata cura &c. Scriptum fuit Archidiacono Northampton seu eius Officiali ad inducendum &c.

Pytsford ecclesie Institutio.

Nono die Februarij predicti apud Lambehith, Reverendissimus admisit Johannem Kingrose clericum ad ecclesiam parochialem de Pytsford dicte Petr. dioc. per mortem naturalem Nicholai Harman cler. ultimi Rectoris ibidem vacantem / Ad quam per Augustinum Cryspe generos. ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit et canonice investivit in eadem cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam &c. sibi in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. necnon ecclesie cath. Petr. predict. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Chygrose Iuramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statut. etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Northampton seu eius Officiali ad inducendum etc.

Yardley cum Belton Institutio

Vicesimo primo die eiusdem februarij apud Lambehith Reverendissimus admisit Christoferum Browne clericum ad ecclesiam parochialem de Yardley, ac Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Belton Petr. dioc. per liberam et spontaneam resignationem Richardi Browne clerici ultimi Incumbentis ibidem vacantes / Ad quas per Johannem Powlet militem dominum Saint John, et dominam Elizabetham uxorem eius patronum ecclesie et vicarie veros et indubitatos (ut dicitur) prefatus dominus presentatus extitit, Ipsumque Rectorem et vicarium earundem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Christofero Iuramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statut. etc. et de continua et personali residendo in eadem vicaria etc. Scriptum fuit Archidiacono North. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Corby ecclesie Institutio

Septimo die mensis Martij Anno domini iuxta computacionem etc. 1559. apud Lambehith, Reverendissimus admisit Johannem Pratt clericum ad ecclesiam parochialem de Corby Petr. dioc. per mortem naturalem Richardi Peeres ultimi Incumbentis eiusdem vacantem, Ad quam per probum virum Edwardum Gryffyn de Dyngley in comitatu Northampton armigerum, ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum dominus presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit, et clericum investivit in eadem cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Pratt, Iuramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statut. etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Northampton seu eius Officiali ad inducendum etc.

Tansover ecclesie Institutio

Decimo quarto die eiusdem Martij apud Lambehith Reverendissimus admisit Robertum Hykes clericum ad ecclesiam parochialem de Tansover Petr. dioc. per mortem naturalem ultimi Rectoris ibidem vacantem, Ad quam per decanum et Capitulum ecclesie cathedralis beate Marie Lincoln, ipsius ecclesie veros et indubitatos (ut dicitur) patronos dominus presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie xpi Cantuar. necnon ecclesie cath. Petr. dignitatibus et honor. in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Roberto Iuramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statut. etc. Scriptum fuit Archidiacono Northampton seu eius Officiali ad inducendum etc.

Denford cum Ryngsted Institutio

Vicesimo septimo die mensis Martij Anno domini 1560 apud Lambehith Reverendissimus admisit Thomam Holmes clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Denford cum Ryngsted Petriburgen. dioc. per liberam et spontaneam resignationem Willelmi Foxe clerici ultimi et immediati vicarij ibidem vacantem / Ad quam per Mariam Ward executricem Testamenti et ultime voluntatis Nicholai Wilkynson defuncti ipsius vicarie veram et indubitatam (ut dicitur) patronam dominus presentatus extitit, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. dignitatibus et honor. in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Thoma Holmes Iuramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statut. etc. et de continua et personali residendo etc. Scriptum fuit Archidiacono Northampton seu eius Officiali ad inducendum etc.

Benyfeld ecclesie institutio

Sexto die mensis Aprilis Anno domini predicto Reverendissimus admisit Georgium Aslaby clericum ad ecclesiam parochialem de Benyfeld Petr. dioc. per mortem naturalem Willelmi Brassy ultimi et immediati Rectoris ibidem vacantem, Ad quam per strenuum virum dominum Johannem Zowch militem, ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum dominus presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus suis ~~Iuribus suis~~ Archiepiscopalibus et ecclesie xpi Cant. necnon ecclesie cath. Petr. dignitatibus et honor. in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Georgio, Iuramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statut. Scriptum fuit Archidiacono Northampton seu eius Officiali ad inducendum etc.

Crolton alias Croughton ecclesie Institutio.

Decimo tertio die Aprilis predicti apud Lambehith Reverendissimus admisit Willelmum Ley clericum ad ecclesiam parochialem de Crolton alias Croughton Petr. dioc. per mortem naturalem ultimi Rectoris ibidem vacantem / Ad quam per Willelmum Abbott yoman ipsius ecclesie ratione cuiusdam advocationis Iurispatronatus eiusdem ecclesie per Elizabeth Clarke viduam eidem Willelmo Abbott in hac parte facte verum et indubitatum hac vice patronum dominus presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem (in persona Johannis Incent notarii publici procuratoris sui etc.) instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis

Curam etc. ei in domino commisit, Juribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie sue Cantuarien. necnon ecclesie cath. Petriburgen. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Turnell nomine procuratorio etc. Juramento de Illima obed. etc. et iuxta formam Statut. etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archino Northampton seu eius Officiali ad inducend. etc. / — / — / — / — / — / — /

Merse Ashby vicar. Institutio / — / — /

Vicesimo quarto die eiusdem mensis Februarii Dominus admisit Willelmum Ramsey clericum sacre Theologie Bacchalaureum ad portionem de Pytt in ecclia de Tyverton Exon dioc. per mortem naturalem ultimi et immediati portionarii et Incumbentis ibidem vacantem / Ad quam per Iohannem Killygrewe Iuniorem de Arwennacke in comitatu Cornubie armigerum, et Henricum Killigrewe generosum eius portionis veros et indubitatos (ut dicitur) patronos domino presentatus extitit Ipsumque portionarium ibidem in persona Georgii Harryson notarii publici procuratoris sui etc. instituit cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Curam etc. ei in dicti procuratoris persona commisit Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Georgio Harryson nomine procuratorio etc. Iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura ibidem signo [illegible] Scriptum fuit Archidiacono Barn seu eius Officiali necnon universis et singulis etc. per dioc. Exon ad inducendum etc.

Tedborne ecclie Institutio

Vicesimo quarto die mensis Ianuarii Anno domini iuxta computacionem ecclie Anglicane 1559 dominus admisit Thomam Kent in legibus Bacchalaureum ad ecclesiam parochialem de Tedborne Exon dioc. per mortem naturalem Iohannis Hollwell clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem, Ad quam per Albertum Chaffe civem civitatis Exon ac administratorem bonorum Iurium et creditorum Iohannis Budde clerici defuncti ac eo [illegible] ipsius ecclie (ratione cuiusdam Advocationis Iurispatronatus eiusdem ecclie per dominum Iohannem Basset militem eidem Iohanni Budd et assignatis suis in hac parte concesse) veram etc. hac vice (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem in persona Iohannis Tuckett notarii publici procuratoris sui etc. instituit cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in dicti procuratoris sui persona in domino commisit / Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Iohanne Tuckett nomine procuratorio etc. Iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Exon seu eius Officiali ad inducendum etc.

Lankinghorne vicarie institutio

Decimo tertio die mensis Martii Anno domini iuxta computacionem ecclie Anglicane 1559 dominus admisit Edwardum Abram clericum ad vicariam perpetuam ecclie parochialis de Lankinghorne Exon dioc. per mortem naturalem ultimi vicarii eiusdem vacantem Ad quam per dominam nostram Elizabetham Reginam etc. eius vicarie perpetue veram etc. patronam domino presentatus extitit, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem in persona Richardi Caple clerici procuratoris sui etc. instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclie semper salvis / Et prestito per eundem Richardum nomine procuratorio etc. Iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. ac de continue et personaliter residendo etc. Scriptum fuit Archidiacono Cornubie seu eius Officiali, necnon universis et singulis etc. ad inducendum etc.

Columbe maioris ecclie Institutio

Eodem die dominus admisit magistrum Iohannem Kennall legum doctorem ad ecclesiam parochialem de Sancta Columba maiori als dictam Saint Columbe the higher Exon dioc. per deprivacionem Henrici Morgan clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem, Ad quam per dominam Elizabetham Arundell viduam relictam Iohannis Arundell militis defuncti, ipsius ecclie Iure [illegible] sive [illegible] domini Thome Arundell facti veram (ut dicitur) patronam domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam et regimen animarum parochianorum ibidem ei in domino commisit, Iuribus suis Archidiaconalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem magistro Tho. Kemall Iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura, Scriptum fuit Archidiacono Cornubie seu eius Officiali necnon universis et singulis etc. ad inducendum etc.

Vicesimo secundo die Martii predicto dominus admisit Robertum Sparrys clericum ad ecclesiam parochialem de Combpyne Exon dioc. vacantem, Ad quam per Strenuum virum Willelmum Petre militem, ipsius ecclesie verum etc. patronum domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem in persona Iohannis Hurlut notarii publici procuratoris sui etc. instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in dicti procuratoris sui persona, in domino commisit Iuribus suis Archidiaconalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Roberto Sparrys in persona dicti sui procuratoris etc. Iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. Scriptum fuit Archidiacono Exon seu eius Officiali necnon universis et singulis ad inducendum etc.

Combpyne ecclesie Institutio.

Vicesimo octavo die mensis Martii Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, dominus admisit Robertum Daniell clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Egloshale Exon dioc. per mortem naturalem ultimi vicarii ibidem vacantem / Ad quam per Serenissimam dominam nostram Elizabetham Reginam etc. dicte vicarie perpetue veram etc. patronam domino presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit Iuribus suis Archidiaconalibus semper salvis etc. Et recepto ab eodem Roberto Daniell Iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. ac de continue et personaliter residendo etc. Scriptum fuit Archidiacono Cornubie seu eius Officiali necnon universis et singulis etc. ad inducendum etc.

Egloshale vicarie Institutio.

Octavo die mensis Aprilis Anno domini 1560 predicto, dominus admisit Willelmum Marston clericum ad ecclesiam parochialem de Shebbroke Exon dioc. per deprivationem Walteri Mugge clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem Ad quam per Thomam Marston Civem Civitatis London ipsius ecclesie ratione Assignationis cuiusdam advocationis Iurispatronatus eiusdem per dominum Iohannem nuper Exon episcopum eidem Thome in hac parte facte verum et indubitatum hac vice (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem in persona Iohannis Hurlut notarii publici procuratoris sui etc. instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in dicti procuratoris sui persona in domino commisit Iuribus suis Archidiaconalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Iohanne Hurlut nomine procuratorio etc. Iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Exonie seu eius Officiali necnon universis et singulis etc. ad inducendum etc.

Shebbroke ecclesie Institutio.

Vicesimo octavo die mensis Ianuarii Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono Dominus admisit Thomam Kent in legibus Bacchalaurium ad ecclesiam parochialem de Harlesworth Exon dioc. per deprivationem Thome Reynolde sacre Theologie professoris ultimi Rectoris ibidem vacantem, Ad quam per Serenissimam dominam nostram Elizabetham Reginam ipsius ecclesie veram etc. (ut dicitur) patronam domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem in persona Iohannis Hurlut notarii publici procuratoris sui etc. instituit cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit Iuribus suis Archidiaconalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Thoma Iuramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. Scriptum fuit Archidiacono Totton seu eius Officiali ad inducendum eundem Thomam etc.

Harlesworth ecclesie Institutio.

Tertio die mensis Maii Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo predicto dominus admisit Robertum Fyssher clericum ad ecclesiam parochialem de Perysteuton Exon dioc. vacantem, Ad quam per probos viros Georgium Carewe, Stephanum Vaghan clericum, et Thomam Southcott armigerum executores testamenti et ultime voluntatis Iohannis Stephyns clerici defuncti, ipsius ecclesie (ratione Assignationis cuiusdam Advocationis Iurispatronatus eiusdem per dominum Richardum Edgcombe militem in hac parte concesse) veros etc. hac vice (ut dicitur) patronos domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem in persona Willelmi Bay notarii publici procuratoris sui etc. instituit cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in dicti procuratoris sui persona in domino commisit, Iuribus suis Archidiaconalibus, et ecclesie

Perysteuton ecclesie Institutio.

Metropolitice sedis Cantuarien, necnon ecclie cathis Exon predicte dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Ac prestito per eundem Willm Raye nomine procuratorio etc. Juramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. Scriptum fuit Archidiacono seu eius Officiali ad inducendum etc.

Poltymore ecclie Institutio

Septimo die mensis Maij predict', dominus admisit Richardum Holland clericum Artium magistrum, ad ecclesiam parochialem de Poltymore Exon dioc' vacantem Ad quam per Richardum Bampfeld Armigerum ipsius ecclie verum etc. patronum domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinenciis universis / Curam etc. ei in domino commisit Juribus suis Archidiaconalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Richardo Holland Juramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. Scriptum fuit Archidiacono Exon seu eius Officiali ad inducendum etc.

Prebende in ecclia cathi Exon Institutio

Nono die mensis Maij antedict' Dominus admisit Albertum Ffessher clericum ad Canonicatum et prebendam in ecclia cathi Exon quos Richardus Halse clericus nuper habuit per deprivationem ipsius Richardi vacantes, Ad quos per Serenissimam dominam nostram Reginam Elizabetham etc. dictorum Canonicatus et prebende Jure prerogativo corone sue Regie ratione vacationis sedis episcopalis Exon predict' veram etc. patronam domino presentatus extitit, ipsumque Canonicum et prebendarium eorundem instituit etc. cum suis Juribus et pertinenciis universis / Stallum etc. ei in domino commisit Juribus suis Archidiaconalibus etc. semper salvis / Et prestito per Hugonem Osbourne literatum nomine procuratorio dicti Alberti Ffessher, Juramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et de observando ac perimplendo Statuta et consuetudines dicte ecclie cathis etc. quatenus eum concernunt etc. et dummodo modernis legibus huius Regni Anglie non repugnent, etc. Scriptum fuit decano et Capitulo ecclie cath predicte seu eorum vicesgerenti etc. ad installandum etc.

Prebende in ecclia cathi Exon Institutio

Decimo sexto die Maij predict', Dominus admisit Johannem Huntingdon clericum ad Canonicatum et prebendam in ecclia cathi Exon quos Johannes Stephyns clericus nuper habuit et possidebat, per mortem naturalem ipsius Johis Stephyns Ad quam per dominam nostram Elizabetham Reginam etc. dictorum Canonicatus et prebende Jure prerogativo corone sue Regie ratione vacationis sedis episcopalis Exon predicte veram etc. patronam domino presentatus extitit, ipsumque Canonicum et prebendarium eorundem instituit etc. cum suis Juribus et pertinenciis universis Stallum in choro et locum in Capitulo ecclie cathis predicte etc. ei assignavit, Juribus suis Archidiaconalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Huntingdon Juramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. ac de observando et perimplendo Statuta et consuetudines ecclie cathis predicte quatenus eum concernunt et dummodo modernis legibus huius Regni Anglie non repugnent etc. Scriptum fuit decano et Capitulo ecclie cath Exon seu eorum vicesgerenti ad installandum etc.

Newton Tracy ecclie Institutio

Decimo octavo die eiusdem mensis Maij dominus admisit Willelmum Borolmar clericum ad ecclesiam parochialem de Newton Tracy Exon dioc' vacantem Ad quam per dominam nostram Reginam Elizabetham etc. ipsius ecclie veram etc. patronam domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinenciis universis / Curam etc. ei in domino commisit Juribus suis Archidiaconalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Willelmo Juramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Barn' seu eius Officiali ad inducendum etc.

Ffeoke vicarie Institutio

Decimo quarto die mensis Junij Anno domini 1560 Dominus admisit Johannem Hughes clericum ad vicariam perpetuam ecclie parochialis de Ffeoke Exon dioc' per mortem naturalem ultimi vicarij ibidem vacantem / Ad quam per dominam nostram Reginam Elizabetham etc. dicte vicarie perpetue veram etc. patronam domino presentatus extitit ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinenciis universis / Curam etc. ei in domino commisit Juribus suis Archidiaconalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Hughes

Iuramento de ultima obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archino Cornubie seu eius Officiali ad inducendum etc.

Eodem die Dominus admisit Symonem Worryngton clericum ad vicariam perpetuam de Weplyme Exon dioc. per mortem naturalem ultimi Vicarii ibidem vacantem, Ad quam per probum virum Barnardum Drake armigerum, ipsius vicarie verum etc. patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Vicarium eiusdem in persona Edwardi Wigges notarii publici procuratoris sui etc. instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis, Et recepto ab eodem Edwardo Wigges nomine procuratoris etc. Iuramento de ultima obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archino seu eius Officiali ad inducendum etc.

Weplyme vicarie Institutio

Vicesimo primo die Iunii antedicti Dominus admisit Nicholaum Arscott clericum ad vicariam perpetuam de Dodscombleigh Exon dioc. per mortem naturalem Thome Clophyne clerici ultimi Vicarii ibidem vacantem, Ad quam per probos viros Iohannem Arscott armigerum, Thomam Browne et Gregorium Bassett clericum, ipsius vicarie ratione cuiusdam Advocationis Iurispatronatus eiusdem per strenuos viros Richardum Edgcombe militem, Iohannem Wyse, Thomam Tremayne, et Richardum Pollard armigeros eisdem Iohanni Arscott, Thome Browne et Gregorio Bassett in hac parte concesse, (veros etc. ut dicitur) hac vice patronos domino presentatus extitit, Ipsumque Vicarium eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Curam et regimen animarum parochianorum ibidem ei in domino commisit Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Metropolitice Christi Cantuar. necnon ecclesie cathedralis Exonien. predicte dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis, Ac recepto ab eodem Nicholao Arscott Iuramento de ultima obedientia etc. et iuxta formam Statuti Anno primo regni domine nostre Regine Elizabethe etc. in parliamento suo editi, et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archino Exon seu eius Officiali ad inducendum etc.

Dodscombleigh vicarie Institutio

Administratio Bonorum Iohannis Bake Exon dioc. Londini commissa tempore vacationis sedis ibidem

Vicesimo sexto die mensis Ianuarii Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane, Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo, Nono, Commissa fuit Administratio bonorum Iohannis Bake nuper parochie de Landrake in comitatu Cornubie Exon dioc. ab intestato defuncti, Elizabethe Bake eius relicte, primitus de bene et fideliter administrando eadem, in persona Edwardi Orwell notarii publici procuratoris sui etc. iurate, salvo iure etc. Et habet pro Inventario citra festum Ascentionis domini proxime etc.

Iohannis Bake

Coven et Lichen

Commissio facta magistro Thome Bolt pro exercitio Iurisdictionis infra dioc. Coven. Sede ibidem vacan.

Vacatio Sedis episcopalis Coven et Lichen per deprivacionem Dni Radulphi Bayne Sacre Theologie professoris anno domini 1559

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie
Primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in Christo magistro Thome Bolt, in legibus
Bacchalaureo ecclesie cathedralis Lichen Canonico Residentiario, Salutem, gratiam, et bene-
dictionem. Cum omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad episcopum
Coven et Lichen, qui pro tempore fuerit, nostre Cantuar. ecclesie Suffraganeum
Sede episcopali Coven et Lichen plena spectabat, tociusque Iurisdictionis exercitium
ad nos ipsa Sede iam vacante, dicte ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuar-
rien, de Iure prerogativa, et consuetudine, hactenus inconcusse usitatis et
observatis, legitimeque prescriptis, pacifice et quiete pertinere dinoscuntur, Nos
de tuis sana doctrina, fidelitate, conscientie puritate, et circumspectionis
industria, in hac parte plurimum freti, te Vicarium, delegatum, et Com-
missarium nostrum in spiritualibus generalem, et Custodem spiritualitatis civit.
et dioc. Coven et Lichen predicte preficimus, constituimus, et deputamus,
Omnemque et eandem Iurisdictionem spiritualem et ecclesiasticam episcopo Coven et
Lichen de Iure vel consuetudine sede plena competentem (tibi ipsa Sede (ut
premittitur) iam vacante, committimus per presentes, Ad visitandum eccle-
siam cathedralem ac Civitatem et dioc. Coven et Lichen predictas in capite
et membris suis, omniaque et singula loca ecclesiastica quecunque
Clerumque et populum dictarum Civitate et dioc. Necnon ad inquirendum
per te seu alium vel alios a te ad id deputandum vel deputandos, de et
super quorumcunque excessibus, culpis, criminibus, et delictis quibuscunque
commissis seu committendis, dicte Sedis vacatione durante, Quorum cogni-
tio, correctio, et punitio ad forum ecclesiasticum et ad nos ratione vacationis
dicte Sedis, de Iure vel consuetudine poterunt pertinere,
ibidem detecta, delata, et denunciata tibi corrigendum et puniendum, Ipsosque et ea-
rum Subditos a quibuscunque beneficiis, officiis, promotionibus, et administrationibus
suis ecclesiasticis (si eorum demerita ita exegerint) iuxta Iuris et Statutorum
huius inclyti Regni Anglie exigentiam amovendum et destituendum, Ad exigi-
endum preterea Iuramenta obedientie, et obedientiam legitimam a quibuscunque
Subditis dictarum Civitatis et dioc. Coven et Lichen, qui episcopo Coven et Lichen
sede plena, vel nobis, ratione vacationis eiusdem, ad Iuramenti prestationem
vel obedientiam sunt astricti, Quoscunque etiam fructus, redditus, et pro-
ventus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, et alia bona quorumcunque
infra Civitatem et dioc. predictas, in casibus a Iure vel consuetudine
aut huius Regni Anglie legibus et Statutis permissis et approbatis sequestrandum
et sequestrari faciendum, Sequestrataque huiusmodi custodiendum seu faciendum per
alios custodiri, Ac etiam Synodum celebrandum Clerumque et populum, quatenus
ad episcopum Coven et Lichen sede plena pertinet convocandum et pertinaciter absentes
per legitima Iuris et Statutorum huius Regni Anglie remedia puniendum,
Synodalia quoque dictarum Civitate et dioc. nobis ratione vacationis Sedis pre-
dicte, Necnon et procurationes de singulis ecclesiis debitas, nomine nostro petendum et
colligendum, ac per Scribam nostrum ad Registrum nostrum exigi faciendum, presentationes
insuper quascunque ad quecunque beneficia ecclesiastica dictarum Civitatis et dioc.
vacantia et vacatura, (salvis infra reservatis) recipiendum et admittendum, per-
sonasque quascunque ad quecunque beneficia huiusmodi presentatas, et imposterum presentandas
admittendum, ac eos in beneficiis huiusmodi legitime instituendum, et induci faciendum, et de-
mandandum, Necnon Rectores et Vicarios ecclesiarum parochialium predictarum Civit.
et dioc. ad personaliter residendum iuxta Constitutiones et Statuta huius Regni-

Anglie in ea parte edit et provis per quascumque censuras ecclesiasticas compellend
Ac inhibend preterea sub censuris ecclesiasticis quibuscumque omnibus et singulis
decanis, et Capitulis, Archidiaconis, et aliis infra dioc. predictam Jurisdiccionem habentibus
ne quovismodo in preiudicium nostrarum Visitacionis et Jurisdiccionis in Civitate
et dioc. Coven. et Lichen. predict. exercend, aliqua attemptent, aut aliqualiter
attemptari faciant / Testamenta etiam quorumcumque in dictis Civitate et dioc.
Coven. et Lichen. decedencium, Quorum Insinuacio et approbacio ad episcopum Coven.
et Lichen., vel ad alios decanum, Capitulum, Archidiaconos, plebanos, et alios quoscumque
Sede plena debeat pertinere insinuand et approband / Administracionesque
bonorum huiusmodi defunctorum, et aliorum quorumcumque etiam ab intestato
decedencium, executoribus in huiusmodi testamentis nominatis seu aliis personis quibus de
Jure fuerit faciend, et tibi visum fuerit expedire in forma Juris com-
mittend / Necnon computum, calculum, sive Raciocinium eorundem executorum
seu administratorum huiusmodi audiend, discuciend, et eos a computo sive Raciocinio
ulteriori acquietand et finaliter liberand / Jurisdiccionem quoque quorumcumque
inferiorum in dictis Civitate et dioc. pro tempore vacacionis Sedis huiusmodi,
nomine nostro suspendend, eosque ad hoc (si oporteat) compescend / Necnon clericos
quoscumque coram quibuscumque Justiciariis sive Judicibus secularibus, in causa
Sanguinis vel super felonia quacumque in dictis Civitate et dioc. indictatos
impetitos, sive convictos, vendicand exigend petend et recipiend / Aliaque huiusmodi
clericis omnibus et singulis de et super felonia sic (ut premittitur) convictis, pur-
gaciones eciam indicend, ipsosque taliter convictos (prout Juris et casus racio
exigerit) ad purgaciones admittend et purgatos huiusmodi iuxta Immunitatem
ecclesiasticam talibus clericis vel ordini clericali hactenus indultam et concessam
ab ipsis criminibus immunes et innocentes declarand, ipsosque a carceribus et
vinculis (prout moris est) quoties opus fuerit relaxand et liberand,
Omnemque et eandem Jurisdiccionem spiritualem et ecclesiasticam, ad episcopum
Coven. et Lichen. sede plena, ad nos (ut premittitur) ipsa Sede iam vacante
spectantem, exercend / Omnemque Jurisdiccionem et possessionem nostras conti-
nuand, et nomine nostro, et ecclesie nostre Christi Cantuar. predict. defendend /
Necnon omnia et singula emolumenta spiritualia et ecclesiastica ad nos et
ecclesiam nostram Christi Cantuar. predict. (racione vacacionis episcopatus Coven.
et Lichen.) spectantia nomine nostro et pro nobis petend et recipiend Aliaque de
receptis, literas solucionum faciend, et literas acquietanciales liberand / Ac
usurpata et attemptata in contrarium per eciam Juris et Statutorum
huius regni Anglie remedia, revocand et reformand, contra usurpa-
tores, attemptores, et transgressores huiusmodi procedend / Contradictores et
rebelles per censuras ecclesiasticas eciam puniend et compescend / Alium insuper
seu alios in premissis et eorum quolibet loco tuo deputand ac ei seu eis vices
tuas circa premissa, in omnibus locis earundem Civitatis et dioc. prout tibi
melius visum fuerit expedire committend / Ac insuper omnia et singula
alia faciend, exercend et expediend que de Jure seu consuetudine fuerint
faciend in hac parte, et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodo-
libet oportuna, vices nostras committimus cum cuiuslibet Cohercionis Canonice potestate
presentibus ad nostrum Beneplacitum duntaxat duraturis / Salvis nobis et Salvis &c
Vicario nostro in spiritualibus generali expeditionibus quorumcumque beneficiorum
ad que clericos per ecclesiarum patronos nobis London. presentari durante vacacione
predicta contigerit, quos per nos et Vicarium nostrum generalem predictum
extra dioc. admitti et institui volumus et reservamus / Assumpto tibi et
Substitutis tuis huiusmodi uni vel pluribus, dilecto nobis in Christo magistro Anthonio
Husee Registrario nostro primario, vel notario
publico alio in hac parte deputato, in Registrarium et Scribam nostrum et
Registri nostri Custodem in ea parte, durante hac nostra Commissione / Man-
dando nichilominus, quod cessante vacacione predicta, et alio episcopo in eadem
Sede consecrato et intronizato, de omni eo quod per te in hac parte actum
gestum, sive expeditum fuerit, Nos, aut Vicarium nostrum in spiritualibus
generalem, sive Officialem nostrum principalem, per literas tuas patentes

manum auctentica conscriptas, acta et processus suos complectentes, certificare curetis
non postponatis prout decet / In cuius rei testimonium Sigillum nostrum quo in
similibus ad presens utimur presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nostro de
Lambehith xxij^do die mensis Decembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo
Quinquagesimo, Nono, et nostre Consecrationis Anno primo.

Eodem die Emanavit similis Commissio magistro Johanni Cottrell legum
doctori pro exercitio Iurisdictionis infra dioc. Bathon. et Wellen., Sede episcopali ibidem
vacante, Assumpto magistro Anthonio Huse etc. aut
notario publico eius deputato etc.

Vicesimo quarto die Decembris antedicti, emanavit Commissio huiusmodi
mutatis mutandis similis magistro Willelmo Bynsley legum Baccalaureo Archidiacono Northampton.
ad exercendum Iurisdictionem spiritualem infra dioc. Petriburgen. Sede ibidem vacante,
Assumpto magistro Anthonio Huse, vel Johanne Mounsteving notario publico in
Registrarium et Scribam etc.

Alia Commissio facta
magistris Weston, Yale, Huse,
Walker, et Bolt pro exer-
citio Iurisdictionis infra dioc.
Coven. et Lichfeld. cum revo-
catione predicte Commissionis.

Mattheus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie
Primas et Metropolitanus / Dilectis nobis in Christo magistris Roberto Weston,
Thome Yale, Laurentio Huse, legum doctoribus, Richardo Walker et Thome
Bolt clericis ecclesie cathedralis Lichfeld. Canonicis residentiariis Salutem, gratiam et benedictionem.
Cum omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad episcopum Coven.
et Lichfeld. qui pro tempore fuerit, uti Cantuar. ecclesie suffraganeum, Sede
episcopali Lichfeld. plena spectabat, tamdiu Iurisdictionis exercitium, ad nos ipsa
Sede iam vacante, dicte ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuar. nomine, de iure,
prerogativa, et consuetudine hactenus inconcusse / obtentis et observatis
hactenus prescriptis, pacifice et quiete pertinere dinoscitur / Nos de vestris sana
doctrina, fidelitate, conscientie puritate, et circumspectionis industria in hac
parte plurimum freti, Vos delegatos, Commissarios ac Civitatis et dioc. Coven.
et Lichfeld. spiritualitatis et dioc. custodes, coniunctim et divisim prefacimus, constituimus, et de-
putamus per presentes / Ad cognoscendum igitur procedendum et diffiniendum in omnibus
et singulis causis, negotiis, litibus et querelis in curia Consistoriali Lichfeld., sive ex officio
mero, mixto, vel promoto, aut ad quarumcumque partium instancias impulsand.
motis, aut imposterum (durante vacatione Sedis predicte) movendis, ipsasque et
ea fine debito terminandum / Ad recipiendum preterea Iuramenta obedientie et
obedientiam Canonicam a quibuscumque subditis dictarum Civitatis et dioc. qui episcopo Coven.
et Lichfeld., Sede plena, vel nobis ratione vacationis eiusdem, ad Iuramenti presta-
tionem vel solutionem sunt astricti, Necnon etiam fructus redditus, et proventus
quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum et alia bona quorumcumque infra Civitatem
et dioc. predictas, in casibus a iure vel consuetudine aut huius Regni Anglie
legibus et Statutis permissis et approbatis sequestrandum et sequestrari faciendum,
Sequestrataque huiusmodi custodiendum seu faciendum per alios custodiri, Adhuc Rectores
et Vicarios ecclesiarum parochialium predict. Civitatis et dioc. ad personaliter residendum
iuxta constitutiones et Statuta huius Regni Anglie in ea parte facta et provisa
per quascumque censuras ecclesiasticas compellendum / Testamenta etiam quorumcumque
in dictis Civitate et dioc. decedentium quorum insinuatio et approbatio ad episcopum
Coven. et Lichfeld. vel ad Archidiaconos et alios quoscumque Sede plena debeat pertinere
insinuandum et approbandum / Administrationesque bonorum huiusmodi defunctorum, et
aliorum quorumcumque etiam ab intestato decedentium, executoribus in huiusmodi
Testamentis nominatis, seu aliis personis, quibus de iure fuerit faciendum, et vobis
coniunctim vel divisim alicui earundem visum fuerit expedire in forma iuris committendum /
Necnon compotum, calculum, sive ratiocinium dictorum executorum seu administra-
torum huiusmodi audiendum discutiendum et eos a compoto sive ratiocinio ulteriore
acquietandum et finaliter dimittendum / Necnon clericos quoscumque coram quibuscumque
Iusticiariis sive Iudicibus secularibus in causis sanguinis vel super

[illegible]

felonia quacumque in dictis Civitate et dioc' indictatos, impetitos, seu convictos, vocandi, recipiendi, petendi et exigendi / Atque huiusmodi clericis omnibus et singulis super felonia seu (ut premittitur) convictis, purgacionem eorum indicendi, ipsosque taliter convictos (prout iuris et casus racio exegerit) ad purgacionem admittendi et purgatos huiusmodi iuxta immunitatem ecclesiasticam, talibus clericis vel ordini clericali hactenus indultam et concessam, ab ipsis Criminibus immunes et innocentes declarandi suque a carceribus et vinculis (prout moris est) quotiens opus fuerit relaxandi et liberandi / Omnemque et eandem Iurisdiccionem spiritualem in premissis et subsequentibus exercendi, omnimodamque Iurisdiccionem et possessionem nostras continuandi, et iura nostra, et ecclesie nostre Metropolitice Cantuariensis predicte defendendi et tuendi, Necnon omnia et singula emolumenta spiritualia et ecclesiastica, ad nos et ecclesiam nostram Cantuariensem predictam racione vacacionis ecclesiarum Coven' et Lichef' predictarum spectantia nomine nostro, et pro nobis petendi et exigendi / Atque de receptis huiusmodi solucionem faciendi et litteras acquietanciales liberandi / Alium insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco vestro deputandi, ac si sint vices vestras circa premissa in omnibus locis earundem Civitatis et dioc' prout vobis coniunctim vel vestrum alicui divisim videbitur expedire committendi / Ac insuper omnia et singula alia faciendi, exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna, vobis coniunctim et divisim vices nostras committimus per presentes cum cuiuslibet coercionis canonice potestate, / presentibus ad nostrum beneplacitum dumtaxat duraturis. / Salvis nobis et vicario nostro in spiritualibus generali admissione quorumcumque clericorum ad quecumque beneficia ecclesiastica dictarum Civitatis et dioc' nobis durante vacacione sedis ibidem presentandorum, Necnon decisione, discussione, examinacione et finali terminacione quarumcumque litium, causarum, et querelarum, coram nobis aut vicario nostro huiusmodi Londini motis et intentatis vel imposterum, durante vacacione sedis predicte movendarum et intentandarum / Assumpto vobis coniunctim aut vestrum cuilibet divisim et substitutis vestris huiusmodi uni vel pluribus, dilecto nobis in Christo magistro Anthonio Hussey Registrario nostro primario, vel notario publico per vos in hac parte deputato in Registrarium et Scribam vestrum et regestri nostri custodem in ea parte, durante hac nostra commissione / Mandantes nichilominus quatinus cessante vacacione sedis ibidem et alio ibidem in eadem sede consecrato et intronizato, de eo quod per vos coniunctim et divisim aliquem vestrum in hac parte, actum, gestum, sive expeditum fuerit, nos, aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem, sive officialem nostrum principalem per litteras vestras patentes manu autentica consignatas, acta et processus vestros complectentes certificare non postponatis prout decet / Prioribus litteris nostris commissionalibus tibi prefato magistro Thome Bolt in hac parte alias factis, non obstantibus quibus harum serie derogamus / In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat' in Manerio nostro de Lambehith decimo die mensis Februarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, quadringentesimo, Quinquagesimo, nono, et nostre cons' Anno primo

Salvis &c

Institutiones Beneficiorum Coven' et Lichefeld' Dioc' Londini expedite tempore vacacionis ibidem

Stretton in campis ecclesie Institutio

Decimo sexto die mensis Februarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, quadringentesimo, Quinquagesimo nono, apud Lambehith Reverendissimus admisit Georgium Crayne clericum ad ecclesiam parochialem de Stretton in Campis in com' Derbie Coven' et Lichef' dioc' per mortem naturalem Iohannis Moke clerici ultimi Rectoris et incumbentis in eadem vacantem / Ad quam per probum virum Iohannem Browne de Civitate London' Armigerum, ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus, ipsumque Rectorem eiusdem instituit et canonice investivit in eadem cum suis iuribus et pertinenciis universis / Curam et regimen animarum parochianorum ibidem sibi in domino committendo, Iuribus suis Archidiaconalibus et ecclesie Christi Cantuariensis Necnon ecclesie cathedralis Lichef' dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Georgio Iuramento de canonica obediencia etc. et iuxta formam statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Derbie seu eius officiali, Necnon universis et singulis etc. ad inducendum etc.

Prebende de Berkeswich et Whyttington Institutio vigore brevis de quare impedit.

Quarto die mensis Marcij Anno domini supradicto, Dominus vigore et auctoritate brevis Regij ei in hac parte directi, admisit Thomam Pagett clericum ad Canonicatum et prebendarium de Berkeswich et Whyttington in dicta cathedrali ecclesia Lichfeld per mortem naturalem vltimi et immediati Canonici et prebendarij eorundem vacantem Ad quos per honorandum virum Willelmum Pagett preclari ordinis garterij militem, dominum Pagett de Beaudesert, verum Canonicatus et prebende verum et indubitatum (vt dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque Canonicum et prebendarium eorundem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis Stallum in Choro, et locum in Capitulo dicte cathedralis predicte eidem Thome Pagett assignauit et limitauit, Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. semper saluis / Ac prestito per eundem Thomam Iuramento de Canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et de obseruando et perimplendo Statuta et laudabiles et approbatas consuetudines dicte ecclesie predicte quatenus cum concordant et dummodo Statuta et Consuetudines huiusmodi modernis legibus huius Regni Anglie non repugnent etc. Scriptum fuit decano et Capitulo dicte cathedralis ecclesie Lichfeld seu eorum in hac parte vicesgerenti quibuscumque ad installandum etc.

Tenor brevis Regij de quare impedit.

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Venerabili in Christo patri Mattheo eadem gratia Archiepiscopo Cant. totius Anglie primati et Metropolitano salutem / Sciatis quod Willelmus Pagett prenobilis ordinis garterij miles, dominus Pagett de Beaudesert, ac custos priuati sigilli dni Philippi et domine Marie nuper Regis et Regine Anglie in curia nostra coram Justic. nris apud Westm. per cons. eiusdem curie recuperauit versus Albanum Langdale clericum presentationem suam ad prebendam de Berkeswich et Whyttington infra ecclesiam Sancti Cedde Lichfeld vacantem, et ad ipsum Willelmum dominum Pagett donationem spectantem, per breue predictorum nuper Regis et Regine de quare impedit / Et ideo vobis mandamus, quod ad prebendam predictam Lichfeld iam vacantem, quod non obstante reclamatione predicti Albani ad presentationem predicti Willelmi domini Pagett, ad prebendam illam idoneam personam admittatis / T. J. Dyer apud Westm. xxvij die Januarij Anno Regni nri Secundo.

Lenarde

Testament approbat et administrationes Bonorum ab Intestato decedentium Londini commisse tempore vacationis ibm

Testamentum Willelmi ap John Gethe

In dei nomine Amen the xviijth daie of May in the yere of our Lord god 1559 and in the first yere of our Soueraigne Lady Elizabeth by the grace of god Quene of England Fraunce and Ireland, defendor of the faith etc. I William ap John Gethe of Trewyll in the countie of Salop husbandman whole in mind and sicke in my body, do make my last will and Testament in manner and fourme ensuinge / First I bequeth my soule to almightie god his blessed mother Saint Mary, and to all the holly company of heaven. And my body to be buried in christian buriall / And I bequeath Malde verch Richard my wyfe, all such goode, cattells and stuffe that I haue had or ought to haue in preferment of mariage with the sayd Malde my wyfe. And I bequeath to Margaret verch William ap John my base daughter half all the rest of all my goode and cattells not before bequeathed / And also I bequeth to the sayd Margaret one of thother half of all my goodes and cattells not before bequethed / Wytnes of that sayd part of this will, John Gethe, John Madock Richard ap Raphe, Katheryn Edge, David ap John Gethe, Glyn Gethe and John Lewys the writer therof. And further John Gethe, Abel ap John Gethe, Katharyn Edge and Elow verch Gethe, profess and say that the testator over and besydes the words and legace above written made John Madock and Robert ap Rhys Johns his executors to administer, and fulfill his full will according to their discretions / And the sayd Rhys Madock doth say, that the sayd testator willed the sayd Rhys Madock, for the love of god, another tyme that he would be his executor / Thes being witnesses of the sayd protestacion and saying to be true in forme aforesayd, Sir Jeffrey Lloid, being the testators ghostlie father, Roger Rhys, Sir Griff. Lloid, Rhys ap Lewys the worker of herede, the vith of June the yeare aforesayd / / /

Probatum fuit huiusmodi testamentum coram magistro Thoma yale legum doctore, vicario in spiritualibus generali Reverendissimi domini Matthei Archiepiscopi Cant. etc. [illegible] 1559 iuramento Roberti ap Rhys Johns unius executorum huius testamenti et per ipsum approbatum et insinuatum / Cui commissa fuit Administratio etc. primitus de bene etc. ad sancta dei Evangelia rite iurat. salvo iure etc. Reservata potestate similem commissionem alteri executori huiusmodi cum venerit faciendi Et habet pro Inventario citra festum sancti Johannis Baptiste proxime futurum / /

Decimo nono die mensis decembris Anno domini 1559. Commissa fuit Administratio bonorum Jocose Billingesley alias Barret nuper Cestrie et Lichfield dioc. defuncte Willelmo Billingesley fratri naturali et legitimo dicte defuncte primitus in forma iuris iurato salvo iure etc. Et habet pro Inventario citra festum purificationis beate Marie proxime futurum / / / / / / /

Jocose Billingesley als Barret

Vicesimo nono die Januarii Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane 1559 Commissa fuit Administratio bonorum Erasmi Hemyngham nuper de Roxhall Cestrie et Lichfield dioc. ab intestato defuncti Richardo Hatheman de Stanes in eadem [illegible] genero etc. eo quod nullus consanguineorum dicti defuncti inventus est qui administrationem huiusmodi in se acceptare voluerit primitus de bene et fideliter administrando eadem etc. ad sancta dei Evangelia iurato, salvo iure etc. Et habet pro Inventario citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proxime futurum / / /

Eras. Hemyngham.

Vacatio Sedis episcopalis Meneven. per translationem domini Thome yonge ad Sedem Archiepiscopalem Ebor. / / / / / /

Meneven.

Institutiones Beneficiorum ibidem condicti expedite tempore vacationis etc.

Septimo die mensis Marcii Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane 1560 apud Lambehith Reverendissimus admisit Philippum Jones clericum ad vicariam perpetuam de Llangyndeyrne Meneven. dioc. per mortem naturalem domini ultimi et immediati vicarii et incumbentis ibidem vacantem / Ad quam per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram, dominam Elizabetham dei gratia Anglie, Francie et Hibernie reginam, fidei defensorem etc. ipsius ecclesie verum etc. patronam domino presentatus extitit. Ipsumque vicarium eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Cathedralis et metropolitice Christi Cant. necnon dicte ecclesie Meneven. dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Philippo Jones iuramento de licita obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit universis et singulis etc. per dioc. Meneven. salvis feodis quorumcumque pro inductione etc. / / / / / / /

Llangyndeyrne vic. Institutio

Wonnayne ecclie Institutio

Quarto die mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo dominus admisit Richardum Cossyn clericum ad ecclesiam parochialem de Wonnayne Menevensis dioc. per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris ibidem vacantem Ad quam per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie etc reginam ipsius ecclesie verum etc patronam domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Curam etc ei in domino commisit, Iuribus suis Archidiaconalibus etc semper salvis, Et recepto ab eodem Richardo Iuramento de Canonica obedientia etc et iuxta formam Statuti etc et acceptata cura etc Scriptum fuit universis et singulis etc ad inducendum etc.

Administrationes Bonorum ab Intestato decedentium commisse tempore Vacationis ibidem

Dd ap Gruff

Decimo quarto die mensis Maij Anno domini 1561 Commissa fuit Administratio Bonorum David ap Gruff de Llanarmon in yale Assaphensis dioc. ab Intestato defuncti Agneti Lewes eius relicte, Et Ieuan ap David ap Gruff filio naturali eiusdem defuncti Primitus de bene etc in forma Iuris (in persona magistri Lewys notarij publici procuratoris etc iuratis Salvo Iure etc Et habet pro Inventario citra festum sancti Edwardi etc futur.

Griffin Higgon

Vicesimo die Maij predicti Commissa fuit Administratio bonorum Griffini Hyggon nuper Menevensis dioc. defuncti per Marionam Hyggon viduam defuncti dum vixit proximam Consanguineam et Administratricem bonorum, Iurium et creditorum dicti Griffini non administratorum Iohanni Wyan filio naturali et legitimo dicte Marione, Primitus de bene etc in forma Iuris iurato etc Salvo Iure etc Et monitus est ad exhibendum Inventarium citra festum sancti fide etc.

Landaven

Vacatio Sedis Episcopalis Landaven per mortem naturalem bone memorie domini Anthonij Kytchin ultimi Episcopi ibidem Vacan

Commissio pro exercitio Iurisdictionis ecclesiastice infra dioc. Landaven predict.

Matheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio Spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Landaven Sede plena pertinuit ipsa Sede per obitum venerabilis confratris nostri domini Anthonij Kytchyn nuper Episcopi et pastoris ibidem, iam vacante notorie dinoscitur pertinere. Dilectis nobis in Christo Davidi Lewys legum doctori Willelmo Evans in legibus Baccalaureo Salutem gratiam et benedictionem. Cum omnis et omnimoda Iurisdictio Spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Landaven qui pro tempore fuerit nostre Cantuariensis ecclesie Suffraganeum Sede plena spectabat ad nos ipsa Sede (ut premittitur) iam vacante de Iure, prerogativa et consuetudine ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuariensis predicte notorie dinoscatur pertinere etc. Nos de vestris sana doctrina, Conscientie puritate fidelitate circumspectionis Industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate plurimum confidentes, Vos commissarios delegatos et Civitate et dioc. Landaven predicte Spiritualitate

Custodes &c. et di[lecto] &c. facimus, ordinamus, deputamus et constituimus per presentes Ad visitandum vice nostra et auctoritate nostra tam in capite quam in membris ecclesiam cathedralem, ac Civitatem et diocesim Landavensem predictam, clerumque et populum in eisdem degentes sive existentes, decanumque et capitulum ecclesiarum et locorum huiusmodi, necnon vita, moribus et conversatione ac etiam qualitatibus personarum in ecclesiis et locis huiusmodi degentium sive existentium modis omnibus quibus id melius et efficacius poterit inquirendum et investigandum / Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam clericos quam laicos condignis penis vel ad beneficiorum dignitatum et officiorum suorum privationem (si sua atrocitas ita exposcerit) puniendumque redditumque et proventuum ecclesiarum et locorum quibus prefuerint sequestrationem, vel quamcumque aliam congruam et competentem coercionem iuris sive puniendum et corrigendum atque ad probatiores vivendi mores modis omnibus quibus id melius poteritis reducendum / Testamenta etiam quorumcumque defunctorum infra Civitatem et diocesim predictam decedentium quorum insinuatio et approbatio ad Episcopum Landavensem sede plena vel ad archidiaconos et alios quoscumque pertinuit probandum, approbandum et insinuandum / Administrationesque bonorum huiusmodi defunctorum executoribus in eisdem Testamentis nominatis committendum / Administrationes insuper et sequestrationes bonorum ab intestato sive per viam intestati decedentium personis quibus de iure fuerint committendum, expediendum et concedendum / Compotum quoque tam executorum administratorum et sequestratorum huiusmodi audiendum, recipiendum et admittendum / ac eosdem executores, administratores et sequestratores omnes et singulos legitime acquietandum relaxandum et finaliter dimittendum / Ac procedendum insuper statuendum et diffiniendum in omnibus et singulis causis litibus querelis, et negotiis in curia Consistorii Landavensis sive ex officio mero, mixto vel promoto, aut ad quarumcumque partium instantias motis et intentatis et in curia predicta pendentibus indecisis, vel imposterum durante vacatione Sedis predicte movendis et intentandis, Ipsasque et ea cum suis incidentibus emergentibus, annexis et connexis quibuscumque fine debito terminandum et finiendum / Contumaces autem et rebelles cuiuscumque status sive conditionis fuerint (si quos inveneritis) per censuras ecclesiasticas compescendum Ecclesias etiam et alia beneficia dimissa vacare et pro vacantibus habenda fore decernendum et declarandum, pensionesque annuas congruas et competentes cedentibus vel resignantibus quibuscumque iuxta iura et Statuta huius Regni Anglie exigentia assignandum et limitandum — Atque quoscumque clericos ad quecumque Beneficia ecclesiastica infra ecclesiam cathedralem et Civitatem et diocesim Landavensem predictam presentatos, vel imposterum presentandos (salvis infra reservatis) ac si idonei et habiles reperti fuerint, admittendum ac in et de eisdem instituendum et investiendum cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Ipsosque in realem, actualem et corporalem possessionem eorundem inducendum et induci faciendum et mandandum Necnon clericorum et beneficiatorum quorumcumque tam pro ordinibus quam beneficiis per eos adeptis litteras et munimenta quecumque exigendum et recipiendum, eaque et ea diligenter examinandum et discutiendum, et si quos non sufficienter munitos in ea parte compereritis ab officiis et beneficiis dimittendum et sic pro non munitis pronunciandum et declarandum Synodosque et Capitula tam generalia quam specialia cleri et populi huiusmodi pro correctione premissorum aut reformatione quacumque faciendum et convocandum procurationesque et Synodalia quecumque nobis ratione visitationis predicte aut ratione vacationis sedis predicte debita et solvi consueta ad usum nostrum petendum recipiendum, et exigendum Ac procurationes huiusmodi non solventes, aut solvere recusantes per censuras ecclesiasticas cogendum compellendum et coercendum / Clericos quoscumque coram quibuscumque Iusticiariis sive Iudicibus secularibus domine nostre Regine in casu sanguinis vel super felonia quacumque infra dictam Civitatem et diocesim Landavensem impetitos sive convictos vendicandum, exigendum, petendum et recipiendum ac huiusmodi clericis omnibus et singulis sic (ut premittitur) convictis purgationes legitimas indicendum et iniungendum, eosque sic purgatos iuxta Immunitatem ecclesiasticam talibus clericis vel ordini clericali hactenus indultam, immunes et innocentes declarandum, sique a carceribus et vinculis quibus opus fuerit relaxandum et liberandum, omnemque et omnimodam Iurisdictionem et

possessionem meas continuand et nomine meo et offic mei exerc Capitulo predict continuand
et conservand. Aliumque seu alios in premissis et eorum quolibet loco vestro substituend
ac vices sive eos vices meas circa premissa in omnibus locis eandem Civitatem et dioc Landaven
quotiens opus fuerit committend, ac Substitutos huiusmodi ad vestrum beneplacitum revocand
Et generaliter omnia et singula faciend exercend et expediend que in premissis et circa
ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Vobis coniunctim et vestrum alteri divisim vices et auctoritatem
meas committimus cum cuiuslibet cohercionis et correctionis canonice potestate. Assumpto
vobis coniunctim et vestrum utrique divisim ac Substitutis vestris huiusmodi uni vel pluribus dilecto nobis
in Christo magistro Johanne Incent Registrario nostro primario vel eo impedito quocumque alio
notario publico ab eodem Johanne Incent deputat vel deputando in Registrarium et actorum
vestrorum Scribam in hac parte durante hac nostra Commissione ad nostrum bene
placitum duntaxat duratura Salvis nobis et Vicario nostro in Spiritualibus generali

Salvis etc

cuiuscumque Expeditionibus et admissionibus quorumcumque clericorum ad quecumque beneficia
ecclesiastica nobis Londini (durante vacatione Sedis predicte) exhibendorum, Necnon
collationibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum ad nos ratione lapsus
temporis devolutorum vel imposterum durante vacatione Sedis predicte devolvendorum,
quas nobis et Vicario nostro in Spiritualibus generali reservamus per presentes
Mandando nihilominus Etc. cessante vacatione Sedis predicte et alio Episcopo in eadem
Sede intronizato et inducto, de omni eo quod per vos coniunctim et vestrum alterum divisim
Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli nostro Matheo eadem gratia Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Vestrove Vicario in spiritualibus generali aut alii cuicumque potestatem et auctoritatem sufficientem in hac parte habenti Salutem. Ad Decanatum sive dignitatem decanalem ecclesie cathedralis Christi Oxon ex fundatione felicissime memorie domini Henrici Octavi nuper Regis Anglie patris nostri precharissimi existentem per liberam et spontaneam resignationem magistri Thome Godwyn sacre Theologie professoris ultimi et immediati Decani ibidem modo vacantem et ad nostram presentationem donationem et liberam dispositionem pleno iure spectantem Dilectum et fidelem Capellanum nostrum Thomam Cowper sacre Theologie professorem vobis nominamus et presentamus per presentes Rogantes et requirentes quatinus prefatum magistrum Thomam Cowper ad dictum Decanatum sive dignitatem decanalem admittere atque Decanum eiusdem ecclesie cathedralis preficere et in eadem instituere et investire cum suis Juribus dignitatibus preeminentiis prerogativis et pertinentiis universis. Ceteraque peragere et perimplere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali velitis cum favore. **In cuius** rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste me ipsa apud Westmonasterium vicesimo octavo die mensis Aprilis Anno regni nostri nono

per breve de privato sigillo etc. / Haynsfold

Presentacio ad Decanatum ecclesie cathedralis Oxon

Matheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilecto nobis in Christo magistro Thome Cowper sacre Theologie professori Salutem gratiam et benedictionem. Ad Decanatum sive dignitatem decanalem ecclesie cathedralis Christi Oxon ex fundatione felicissime memorie domini Henrici Octavi nuper Regis Anglie existentem per liberam et spontaneam resignationem magistri Thome Godwyn sacre Theologie professoris ultimi et immediati Decani ibidem in manibus nostris factam et per nos admissam iam vacantem Ad quam per illustrissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. dicti Decanatus sive dignitatis decanalis veram et indubitatam (ut dicitur) patronam nobis presentatus existis te admittimus. Teque primitus non solum de [illegible] et canonica obedientia nobis et Successoribus nostris ac Episcopo Oxon pro tempore existenti in omnibus licitis et honestis mandatis per te prestando et exhibendo ac de bene et fideliter observando Statuta et ordinaciones ac licitas et approbatas consuetudines dicte ecclesie cathedralis Christi Oxon predicte quatenus te ratione eiusdem Decanatus concernunt Verum etiam de renunciando et recusando omnem et omnimodam potestatem auctoritatem Jurisdictionem et superioritatem forinsecam ac de recognoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus iuxta et secundum vim formam et effectum Statuti parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi Ad sancta dei Evangelia per te iurato Decanum eiusdem ecclesie preficimus et in eodem instituimus et canonice investimus cum suis dignitatibus prerogativis preeminentiis Juribus et pertinentiis universis Stallum in choro ac locum et vocem in Capitulo dicte ecclesie cathedralis Christi Oxon predicte ad eundem Decanatum sive dignitatem decanalem spectantem et pertinentem ac Decano ibidem hactenus assignari solita et consueta tibi harum serie assignantes et limitantes Juribus nostris Archiepiscopalibus et dicte ecclesie cathedralis Christi Oxon predicte dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith Ultimo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo sexagesimo Septimo Et nostre Consecrationis Anno Octavo

Institucio Decanatus ecclesie cathedralis Christi Oxon

Matheus etc. Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Oxon sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilectis nobis in Christo Vicedecano et Capitulo dicte ecclesie cathedralis Christi Oxon ex fundatione felicissime memorie domini Henrici Octavi nuper Regis Anglie existentis seu eorum vicesgerenti quibuscumque Salutem gratiam et benedictionem. Cum nos alias dilectum nobis in Christo magistrum Thomam Cowper sacre Theologie professorem Ad decanatum sive dignitatem decanalem dicte ecclesie cathedralis Christi Oxon predicte per liberam et spontaneam resignationem magistri Thome Godwyn sacre Theologie professoris ultimi et immediati Decani ibidem in manibus nostris factam et per nos admissam dudum vacantem Ad quam per illustrissimam in Christo principem et dominam nostram dominam Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. dicti Decanatus sive dignitatis decanalis veram et indubitatam (ut dicitur) patronam nobis presentatus extitit admiserimus ipsumque Decanum eiusdem ecclesie prefecerimus et in eodem instituerimus canonice et investiverimus cum suis Juribus et pertinentiis universis Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus

Mandatum ad inducendum

mandamus quatinus memoratum magistrum Thomam Cowper in decanum [illegible] ac recipiatis et admittatis et eundem tanquam decanum [illegible] in ordine [illegible] pareatis et obediatis ipsumque seu procuratorem suum [illegible] in realem actualem et corporalem possessionem dicti decanatus juriumque dignitatum [illegible] inducatis et installetis Necnon stallum in Choro ac locum in Capitulo [illegible] ad decanum [illegible] assignari [illegible] magistro Thome Cowper [illegible] assignetis et limitetis [illegible] in premissis [illegible] Nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem seu Officialem [illegible] Thome Cowper [illegible] debite et autentice certificet [illegible] mandatum fuerit executum [illegible] **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum [illegible] apponi fecimus Dat' in Manerio nostro de Lambehith [illegible] die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo Et nostre Consecrationis Anno Septimo

Administrationes ab intestat decedentium Londini commisse tempore Vacationis

Administratio bonorum Nich[illegible] Wrygge

Quarto die mensis Februarii Anno domini Millesimo Quingentesimo quinquagesimo Nono commissa fuit Administratio bonorum Nich[illegible] Wrigge [illegible] de Thame [illegible] ab intestato defuncti Joanne [illegible] in forma juris consueta in persona Georgii Lordinge [illegible] citra festum Pasche [illegible]

Computus bonorum dicti Nich[illegible] Wrigge

Thaccompte of Jone Wrigge the relict and Administratrix of all and singuler the goodes Cattalle and debtes of Nicholas Wrigge late of Thame in the Countie and diocese of Oxford deceased made as well of all such goodes Cattalle and debtes of the said Nicholas as came to her handes and possession as also of all such payment and other charges as have ben by her layed out and disbursed of the same goodes Cattalle and debts hereafter followeth

The said Accomptaunte doth accompte and chargeth her self with the sume of iiij^li^ [illegible] the value of all and singuler the moveable goodes of the said Nicholas Wrigge deceased comprised and specified in an Inventory thereof made and to this accompt annexed [illegible]

Whereof payed and satisfied by this Accomptaunte for the charges of the funeralls of the said Nicholas Wrigge [illegible] and for other charges [illegible] Item paid and satisfied by the said accomptaunte to Thomas [illegible] of Thame aforesaid Executor of the testament of Robert Redman deceased the some of [illegible] current money of England for the residue of [illegible] for the dewe debt of the said Nicholas Wrigge deceased as by an obligacion wherein the said Nicholas stode bounde to the said Robert Redman for the payment thereof [illegible] Item paid and satisfied by the said Accomptaunte to George Lordinge the some of [illegible] for the dewe debt of the said Nicholas Wrigge as appereth by two severall billes wherein the said Nicholas Wrigge stode bounde to the said George Lordinge for the payment of the said some and exhibited [illegible] Item payed by the said Accomptaunte for the [illegible] of Administracion an obligacion [illegible] for the making of this accompte [illegible] Summa totall of the payments abovesaid [illegible] And so the Accomptaunte is in [illegible] Exhibitus fuit huiusmodi Compotus [illegible] Georgium Lordinge [illegible] Anno domini 1560 [illegible] Joanne Wrigge [illegible] in [illegible] generalis [illegible]

Septimo die mensis Novembris Anno domini 1561 Commissa fuit Administratio Bonorum Willelmi Sharowe nuper de Hampton Poyle Oxon diocesis ab intestato defuncti Miloni Sharowe et Hugoni Sharowe proximis consanguineis dicti defuncti naturalibus et legitimis dicti Willelmi primitus de bene etc. in forma Juris in persona Georgii Harrison notarii xvjti iurat salvo Jure etc. et habent pro Inventario exhibendo festum Hillarii etc. etc.

Willelmus Sharowe

xxo die mensis Maii Anno domini 1564 Commissa fuit Administratio Bonorum Andree Crokford nuper parochie de Henley super Thamesin Oxon diocesis ab intestato defuncti Juliane Crokford eius relicte primitus de bene in forma Juris iurat salvo Jure etc. et habet pro Inventario ijdo festo

Andreas Crokford

xvjo die mensis Octobris Anno domini 1565 commissa fuit Administratio Bonorum Johannis Howell nuper parochie de Istelep Oxon diocesis ab intestato defuncti Willelmo Howell fratri naturali dicti defuncti in forma iuris iurat salvo iure etc. et habet pro Inventario citra festum Natalis domini etc. futur'

Johannes Howell

Vacatio Sedis Episcopalis Cicestren per mortem bone memorie domini Willelmi Barlowe ultimi Episcopi ibidem Anno domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octavo

Cicestren.

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus mm 95 Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Cicestren Sede plena pertinuit ipsa Sede per obitum venerabilis Confratris nostri domini Willelmi Barlowe nuper Episcopi et pastoris ibidem iam vacante notorie dinoscitur pertinere **Dilecto Nobis in Christo** Magistro Thome Yale Legum doctori ac nostro in spiritualibus vicario generali et officiali principali Ricardo Kitson clerico Ecclesie Cathedralis Cicestren Canonico salutem graciam et Benedictionem **Cum** omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Cicestren qui pro tempore fuit nostre Cantuariensis Ecclesie Suffraganeum Sede plena spectabat Ad nos ipsa Sede ut premittitur iam vacante de Jure Prerogativa et consuetudine Ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuarien predicte notorie dinoscitur pertinere **Nos** de vestris sana doctrina Conscientie puritate fidelitate circumspectionis industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate plurimum confidentes vos commissarios et delegatos nostros ac Archidiaconatus Lewen spiritualitatis custodes coniunctim et divisim per firmum ordinamus deputamus et constituimus per presentes **Ad** cognoscendum igitur procedendum statuendum et diffiniendum in omnibus et singulis Causis Negotiis Litibus querelis et Negotiis in Curia Consistoriali Lewen sive ex officio mero mixto vel promoto aut ad quarumcumque partium instantias motis et intentatis et in Curia predicta pendentibus indecisis vel imposterum durante vacatione Sedis predicte movendis et intentandis Ceterisque et ea cum suis incidentibus emergentibus annexis et connexis quibuscumque fine debito terminandis et finiendis Contumaces quoque autem et rebelles cuiuscumque status sive conditionis fuerint (si quos Inveneritis) per censuras Ecclesiasticas compescendum ac de et super vita Moribus et conversatione ac etiam qualitatibus personarum in quibuscumque Locis Archidiaconatus Lewen predicti degentium sive ministrantium modis omnibus quibus id melius et efficacius poteritis inquirendum et investigandum Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam clericos quam Laicos condignis penis usque ad Beneficiorum dignitatum et officiorum suorum privationem si facti atrocitas ita exposcerit fructuumque Redditum et proventuum Ecclesiarum et Locorum quibus presunt Sequestrationem vel quamcumque aliam canonicam et competentem Coertionem inclusive puniendum et corrigendum atque ad probationes recipiendi modis omnibus quibus id melius poteritis reducendum **Testamenta** etiam quorumcumque defunctorum infra Archidiaconatum Lewen predictum decedentium quorum insinuare et Approbare Ad Episcopum Cicestren Sede plena vel alios quoscumque pertinuit probandum approbandum et insinuandum **Administrationesque** Bonorum huiusmodi defunctorum Executoribus in eisdem testamentis nominatis committendum Administrationesque insuper et Sequestrationes bonorum ab intestato sive per viam intestati decedentium personis quibus de iure fuerint committendum expediendum et concedendum **Computum** quoque tam Executorum quam Administratorum et Sequestratorum huiusmodi Audiendum recipiendi et Admittendum Ac **eosdem** Executores Administratores et Sequestratores omnes et singulos legitime acquietandum relaxandum et finaliter dimittendum **Ecclesias** etiam et alia Loca divina per vacatione et pro vacante habendum fore decernendum et declarandum **Pensionesque** legitimas congruas et competentes reddendum vel assignandum assignandum et limitandum **Necnon** clericorum et Beneficiatorum quorumcumque tam pro ordinibus quam Beneficiis per eos adeptis Literas et munimenta quecumque exigendum et recipiendum Easque et ea diligenter Examinandum et discutiendum et si quos non sufficienter munitos in ea parte comperieritis Ab officiis et Beneficiis dimittendum Et sic pro non munitis pronunciandum et declarandum

Commissio pro exercitio Jurisdictionis Archidiaconatus Lewen

Sinodosque et Capitula tam generalia quam specialia cleri et populi huiusmodi pro execucione
premissorum aut reformacione quarumcumque faciendum et convocandum Ac Sinodalia Procuraciones et
alia Iura et Emolumenta spiritualia et Ecclesiastica nobis racione vacacionis Sedis predicte debita
et solum consueta ad usum nostrum petendum recipiendum et exigendum Ac Sinodalia et alia Iura
huiusmodi non solventes aut solvere recusantes per censuras Ecclesiasticas cogendum compellendum et
coercendum Clericos quoscumque coram quibuscumque Justiciariis sive Judicibus secularibus dicti
nostri Regni in causis sanguinis vel super felonia quacumque infra dictum Decanatum Crowden
impetitos seu convictos vendicandum exigendum petendum et recipiendum ac huiusmodi clericis omnibus et
singulis (sicut premittitur) convictis Purgacionem legitimam indicendum et iniungendum Eosque
taliter purgatos iuxta Immunitatem Ecclesiasticam talibus Clericis vel ordini clericali hactenus
indultam immunes et innocentes declarandum Ipsosque a Carceribus et vinculis quociens opus
fuerit Relaxandum et Liberandum omnimodamque et omnimodam Iurisdiccionem et possessionem nostras
continuandum et nomine nostro et Ecclesie nostre Christi Cantuariensis predicte continuandum et conservandum Alium
insuper seu alios in premissis et eorum quolibet Locis vestris Substituendum ac cum omnibus vices
nostras circa premissa in omnibus Locis dicti Decanatus Crowden quociens opus fuerit
committendum ac Substitutos huiusmodi ad vestrum Beneplacitum Revocandum **Et generaliter**
omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa eadem necessaria
fuerint seu quomodolibet oportuna **Vobis** coniunctim et cuilibet vestrum divisim vices
et auctoritatem nostras committimus cum cuiuslibet cohercionis et legitime execucionis potestate Assumpto
vobis et cuilibet vestrum coniunctim et divisim ac Substitutis vestris huiusmodi uno vel pluribus
Dilecto nobis in Christo Johanne Incent Notario publico Registrario nostro primario vel alio in hac
parte Deputato sive Deputatis in Registrarium et Actorum Scribam in hac parte durante hac
nostra commissione **Mandantes** nichilominus quatenus cessante vacacione Sedis predicte Et
alio Episcopo in eadem Sede consecrato et intronizato **De** omni eo quod per vos coniunctim
aut vestrum quemlibet divisim aut Substitutos vestros unum vel plures actum gestum sive
expeditum fuerit **Nos** aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem sive officialem principalem
per Literas vestras patentes manu autentica conscriptas Acta et processus vestros complectentes
debite certificetis prout decet **In cuius rei Testimonium** Sigillum nostrum publicum
apponi fecimus **Dat** in Manerio nostro de Lambhith die mensis
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo octavo Et nostre Consecracionis Anno nono

Commissio ad exercendam Jurisdiccionem ecclesiasticam in Dioc' Cicestren'

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus
Ad quem omnis et omnimoda Iurisdiccio spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Cicestrensem Sede
plena pertinuit ipsa Sede per mortem venerabilis confratris nostri domini Willelmi Barlow
nuper Episcopi et Pastoris ibidem iam vacante notorie dinoscitur pertinere **Dilectis**
nobis in Christo Magistro Thome Yale Legum Doctori ac nostro in spiritualibus Vicario generali et
officiali principali Johanni Jylden et Thome Ffawden sacre Theologie Baccalariis ac
Richardo Kitsonne clerico Ecclesie cathedralis Cicestrensis Canonico Salutem gratiam et Benedictionem **Cum**
omnis et omnimoda Jurisdiccio spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Cicestrensem qui pro tempore fuit
nostre Cantuariensis Suffraganeum Sede plena spectabat Ad nos ipsa Sede ut premittitur iam
vacante de Jure prerogativa et consuetudine et consuetudine Ecclesie nostre Metropolitice Christi Cant'
predicte notorie dinoscatur pertinere Nos de vestris sana doctrina Conscientie puritate fidelitate
Circumspeccionis industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate plurimum confidentes vos
Commissarios et delegatos nostros ac civitatis et Diocesis Cicestrensis predicte spiritualitatis Custodes
coniunctim et divisim preficimus ordinamus deputamus et constituimus per presentes **Ad**
visitandum igitur vice et auctoritate nostris tam in Capite quam in membris Ecclesiam Cathedralem ac
Civitatem et Diocesim predictas Clerumque et populum in eisdem degentem sive residentem **Ad** inquirendum deque
statu Ecclesiarum et Locorum huiusmodi Necnon vita moribus et conversacione ac etiam qualitatibus personarum
in Ecclesiis et Locis huiusmodi degentium sive ministrantium modis omnibus quibus id melius et efficacius
poteritis inquirendum et investigandum Criminosos vero Culpabiles et delinquentes tam clericos
quam Laicos condignis penis usque ad Beneficiorum dignitatum et officiorum suorum privacionem si facti
atrocitas ita deposcerit fructuumque Redditum et proventuum Ecclesiarum et Locorum quibus presunt
Sequestracionem vel quamcumque aliam congruam et competentem coercionem inclusive puniendum
atque ad probaciorem vivendi morem modis omnibus quibus id melius poteritis reducendum **Testa**
etiam quorumcumque defunctorum infra civitatem et Diocesim predictas decedentium quorum Insinuacio
et approbacio Ad Episcopum Cicestrensem Sede plena vel Archidiaconos et alios quoscumque pertinuit
probandum approbandum et insinuandum Administracionesque Bonorum huiusmodi defunctorum Executoribus
in eisdem testamentis nominatis committendum Administraciones insuper et Sequestraciones Bonorum
ab intestato sive per viam intestati decedentium personis quibus de iure fuerint committendum
expediendum et concedendum Compotaque quoque tam Executorum quam Administratorum et
Sequestratorum huiusmodi audiendum recipiendum et admittendum ac eosdem Executores Administratores

Sequestratores omnes et singulos huiusmodi quietand relaxand et finaliter dimittend **Ad procedend** in supli
statuend et diffiniend in omnibus et singulis causis negotiis litibus et querelis negotiis in Curia Consi
Cicestren ex officio mero mixto vel promoto aut ad quarumcumque partium instancias motis et intentatis
tam in Curia predicta pendentibus indecisis vel imposterum durante vacatione Sedis pred movendis et
intentand Ipasque et ea cum suis incidentibus emergentibus annexis et connexis quibuscumque fine debito
terminand et finiend Contumaces autem et Rebelles cuiuscumque status sive condicionis fuerint si quos
inveneritis per Censuras Ecclesiasticas compescend **Ecclias** etiam et alia loca dimissa vacare
et pro vacan habend fore decernend et declarand **Pensiones** quoque licitas congruas et competen
eccl[esiarum] vel resignan assignand et limitand Necnon Clericos et Beneficiatos quoscumque tam
pro ordinibus quam Beneficiis per eos adeptis literas et munimenta quecumque exigend et recipi
endasque et ea diligenter examinand et discutiend et si quos non sufficienter munitos in ea parte
comperieritis ab officiis et Beneficiis amovend Et sic pro non munitis pronunciand et decla
rand Sinodosque et Capitula tam generalia quam specialia Cleri et populi huiusmodi pro excessuum
correctione aut reformatione quacumque faciend et convocand Procurationesque et Sinodalia quecumque
nobis ratione visitationis predicte aut ratione vacationis Sedis pred debit et solui consuet Ad usum
nostrum petend recipiend et exigend Ac Procurationes huiusmodi non solventes aut solvere recusantes
per censuras Ecclesiasticas cogend compellend et coercend Clericos quoscumque Coram quibuscumque
coram quibuscumque Justiciariis sive Iudicibus secularibus dne nre Regine in causis Sanguinis vel Fe
lonia quacumque infra dictas Civitatem et Dioces Cicestren impetitos sive convictos vendicand
exigend petend et recipiend Ac huiusmodi Clericis omnibus et singulis (sic ut premittitur) convictis purga
tiones licitas indicend et iniungend Eosque taliter purgatos iuxta Immunitatem Ecclesiasticam
talibus clericis vel ordini clericali hactenus indultam immunes et innocentes declarand Eisque a carceribus et
vinculis quotiens opus fuerit Relaxand et Liberand Omnemque et omnimodam Jurisdictionem et
possessionem nostras continuand et nomine nostro et Ecclie nre Christi Cantuarien predict
continuand et conservand Alium [illegible] seu alios in premissis et eorum quolibet
locis vestris Substituend ac Substitutos huiusmodi ad vestrum Beneplacitum revocand in omnibus locis
earundem Civitatis et Dioces Cicestren quotiens opus fuerit committend ac Substitutos
huiusmodi ad vestrum Beneplacitum revocand **Et generaliter** omnia et singula faciend exercend
et expediend que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna **Vobis**
conjunctim et cuilibet vestrum divisim vices et auctoritatem nostras committimus cum cuiuslibet congrue et
licite Coercionis potestate **Assumpto** vobis et cuilibet vestrum conjunctim et divisim ac Substitu
tis huiusmodi uni vel pluribus dilecto nobis in Christo Johe Incent Notario publico Registrario
nostro primario aut eius in hac parte deputat in Registrarium et actorum vestrorum Scribam in hac
parte durante hac nostra Commissione **Mandantes** Nihilominus quod cessante vacatione
Sedis predict et alio Epo in eadem Sede consecrato et intronizat de omni eo quod per
vos conjunctim aut vestrum quemlibet divisim aut Substitutos vestros unum vel plures actum gestum
sive expeditum fuerit **Nos** aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem sive officialem principalem
per literas vestras patentes manu autentica conscriptas Acta et processus vestros complectent debite
certificetis prout decet **In cuius rei testimonium** Sigillum nostrum presentibus apponi
fecimus **Dat** in Manerio nostro de Lambehith vicesimo die Augusti Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Sexagesimo Octavo Et nostre Consecrationis Anno nono

Commissio fact Mro Henrico Barkley pro Epor Jurmis Civitat & Dioc Cicestren

Mattheus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus
Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et Ecclesiastica que ad Epum Cicestren Sede plena
pertinuit ipsa Sede iam vacan notorie dinoscitur pertinere **Dilecto nobis in Christo** Magistro
Henrico Barkley Legum Doctori Curie nostre Metropolitice Cantuar de Archubus London
Advocato Salutem graciam et Ben **Cum** omnis et omnimoda iurisdictio spiritualis et Ecclesiastica
que ad Epum Cicestren qui pro tempore fuerit nostre Cant Suffraganeorum Sede plena
spectabat Ad nos ipsa Sede ut premittitur iam vacan de iure prerogativa et consuetudine
Ecclie nre Metropolitice Christi Cant predict notorie dinoscatur pertinere **Nos** de tua sana
doctrina Conscientie puritate fidelitate circumspectionis industria et in rebus feliciter
gerendis dexteritate plurimum confidentes **Te** Commissarium et Delegatum nostrum ac Civit et
Dioces Cicestren pred Spiritualitatis Custodem prefecimus ordinamus deputamus et
constituimus per presentes **Ad visitand** igitur vice et auctoritate nostra tam in Capite quam in
membris Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioces Cicestren predict Clerumque et populum
in eisdem degen sive residen Deque Statu Ecclesiarum et Locorum huiusmodi Necnon vita Moribus et
conversatione ac etiam qualitatibus personarum in Ecclesiis et Locis huiusmodi degen sive ministran
modis omnibus quibus id melius et efficacius poteritis inquirend et investigand Criminosos
vero Culpabiles et Delinquentes tam Clericos quam Laicos condignis penis usque ad Beneficiorum
Dignitatum et Officiorum suorum privationem si facti atrocitas ita poposcerit Fructuumque
Redditum et proventuum Ecclesiarum et Locorum quibus presunt Sequestrationem vel quamcumque
aliam congruam et competentem coercionem inclusive puniend et corrigend Atque ad probatos
emendi mores modis omnibus quibus id melius poteritis reducend **Testa** etiam quorumcumque
defunct infra Civitatem et Dioces pred decedentium Eorum insinuatio et Approbatio Ad

Epi Cicestren Sede plena vel Archivos et alios quoscumque pertinet approband et insinuand Administracionesque Bonorum huiusmodi defuncti Executoribus in eisdem Testamentis nominat committend Administraciones insuper et Sequestraciones bonorum ab intestat sive per viam intestati decedentium personis quibus de iure fuerint committend expediend et concedend Computum quoque tam de Executorum quam Administratorum et Sequestratorum huiusmodi audiend recipiend et admittend Ac eosdem Executores Administratores et Sequestratores omnes et singulos legitime acquietand relaxand et finaliter dimittend **Ad Procedend** insuper statuend et diffiniend in omnibus et singulis causis Negotiis Litibus querelis et Negotiis in Curia Consistoriali Cicestren sive ex officio mero mixto vel promoto aut ad quarumcumque partium instantias motis et intentatis et in Curia predicta pendentibus indecisis vel imposterum durante vacatione Sedis predicte movendis et intentandis Ipsasque et ea cum suis incidentibus emergentibus annexis et connexis quibuscumque fine debito terminand et finiend Contumaces autem et Rebelles cuiuscumque status sive Condicionis fuerint quos inveneritis per censuras Ecclesiasticas compescend Ecclesias etiam et alia loca dimissa vacantia et pro vacantibus habend fore decernend et declarand **Pensionesque** Annuas congruas et competentes reddend vel Resignan et limitand **Necnon** Clericorum et Beneficiatorum quorumcumque tam pro ordinibus quam Beneficiis per eos adeptis Literas et munimenta quecumque exigend et recipiend Easque et ea diligenter examinand et discutiend et si quos non sufficienter munitos in ea parte compererit Ab officiis et Beneficiis dimittend et sic pro non munitis pronunciand et declarand Sinodosque et Capitula tam generalia quam specialia cleri et populi huiusmodi pro executione premissorum aut reformatione quacumque faciend et convocand **Procurationesque** et Sinodalia quecumque nobis racione visitacionis predicte aut racione Sedis predicte debit et solitis consuet ad usum nostrum petend recipiend et exigend Ac Procurationes huiusmodi non solventes aut solvere recusantes per censuras Ecclesiasticas cogend et compellend et recoverand Clericos quoscumque coram quibuscumque Justiciariis sive Judicibus secularibus dicti iure Regni in casu Sanguinis vel super ffelonia quacumque infra dictam Civitatem et Dioces Cicestren impetitos sive convictos vendicand exigend petend et recipiend ac huiusmodi Clericis omnibus et singulis sic ut premittitur convictis Purgacionem legitime indicend et iniungend **Eosque** tales purgatos iuxta immunitatem nostram Ecclesiasticam talibus Clericis vel ordini Clericali hactenus indult immunes et innocentes declarand Eosque a Carceribus et vinculis quotiens opus fuerit relaxand Eosque a carceribus et vinculis quotiens opus fuerit relaxand et liberand omnemque et omnimodam Jurisdictionem et possessionem nostras continuand et nostro iure et Ecclesie nostre Christi Cantuarien predicte continuand et conservand **Alium** insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco tuo substituend ac eis sive eis vices nostras circa premissa in omnibus locis eiusdem Civitatis et Dioces Cicestren quotiens opus fuerit committend Ac substitut huiusmodi ad tuum beneplacitum revocand **Et generaliter** omnia et singula faciend exercend et expediend que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna **Tibi** vices et auctoritatem nostras committimus cum cuiuslibet congrue et legitime coercionis potestate Prioribus Literis nostris Commissionalibus per nos aut nostra auctoritate quibuscumque personis in hac parte antehac factis et concessis in aliquo non obstan quas harum serie Revocamus et pro revocatis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem haberi et censeri volumus Assumpto Tibi ac Substitutis tuis huiusmodi uno vel pluribus Dilecto Nobis in Christo Johanni Incent Notario publico Registrario nostro primario seu alio in hac parte deputato in Registrarium et actorum nostrorum Scribam in hac parte durante hac nostra Commissione Mandando nihilominus Quatenus cessante vacatione Sedis predicte et alio Episcopo in eadem Sede consecrat et intronizat de omni eo quod per te aut Substitutos tuos unum vel plures actum gestum sive expeditum fuerit **Nos** aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem sive officialem Principalem per Literas vestras patentes nostram auctenticum continent Acta et processus vestros complectentes debite certificetis prout decet **In cuius rei testimonium** Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus **Dat** in Manerio nostro de Lambehith xj° die Mensis Maij Anno Domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo nono et consecracionis nostre Anno decimo

Commissio decani ruralis decanatus de Hastinges pro levatione Sinodalium ibidem

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Cicestren Sede plena pertinuit ipsa Sede per mortem venerabilis Confratris nostri domini Willelmi Barlowe nuper Episcopi et ultimi pastoris ibidem iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilecto nobis in Christo Thome Swaynsone clerico Rectori Ecclesie parochialis de ffarlegh Cicestren Dioces Decano rurali decanatus de Hastinges Salutem graciam et Benediccionem **Cum** ex officii debito decani rurales predicte Dioces Cicestren predict pro tempore existent retroactis temporibus a tempore inmemorato Sinodalia nobis Sede Episcopali ibidem iam vacante debit per decanatus suos respective assignat colligere et levare ac de eisdem reddere consueverunt et tenentur **Tibi** igitur Committimus et firmiter iniungendo mandamus Quatenus Sinodalia per Decanatum tuum de Hastinges predict pro Anno iam instante in ffesto sancti Michis Archi proxime futuro debita cum omni celeritate colligas et leves seu colligi et levari facias deque eisdem nobis citra ffestum sancti Luce Evangeliste proxime futurum reddas Et si quos ad dicta Sinodalia solvend astrictos eadem solvere renuentes inobedientes et recusantes ipsos et eorum quemlibet auctoritate nostra Citos seu Citari facias peremptorie Quod compareant et quilibet eorum compareat Coram nobis vel Thoma Yale Legum Doctore et Vicario nostro Commissario nostro in et per totum decanatum Lewen predict aut eorum alteri in Ecclesia parochiali sancti Michaelis Archi in Lewes hora causarum ibidem consuet die Sabbati proxime ante ffestum sancti Luce Evangeliste supradict causam racionabilem si quam prosequantur ac dicti sciant quare pro inobedientia et contumacijs suis huiusmodi penis iuris ordinarijs coherceri et puniri non debeant in debita iuris forma dicturi et allegaturi vlteriusque facturi et recepturi quod iustitia in hac parte suadebit Et quid in premissis feceritis Nos seu Commissarium nostrum generalem circa dictum ffestum Sancti Luce Evangeliste debite certificetis sub pena contemptus **Dat** sub Sigillo ad causas Ecclesiasticas prefati Commissariatus Lewensis eo quod Sigillum nostrum in presenti pre manibus non habemus decimo octavo die mensis Septembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo octavo

Anno dni 1568 Sinodalia infra decanatum de Hastings Ecclia Sancti Clementis in Hastinge Octodecim denar / Ecclia omnium Scorum ibm — xviij d Ecclia de ffarleighe — xviij d Ecclia de Gestlinge — xviij d Ecclia de Pett — xviij d Ecclia de Rya — xviij d Ecclia de Iklesham — xviij d Ecclia Sancti Thome in Winchelsey — xviij d Ecclia de Ore — xviij d Ecclia de Hollington — xviij d Ecclia de Bexhill — xviij d Summa totalis — xvj s vj d /

Act super oblatione Mortuarij Revmo post mortem Episcopi Cicestren

Decimo quinto die mensis ffebruarij Anno dni Millesimo Quingentesimo Sexagesimo octavo in Ecclia Cathedrali divi Pauli London coram venerabili viro Magistro Thoma Yale legum doctore Reverendissimi in Christo patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuar Archiepi eius Vicario in spiritualibus generali et officiali principali in presentia mei Johannis Incent Notarij publici Registrarij principalis dicti Reverendissimi patris Comparuit personaliter Mr Willmus Overton sacre Theologie professor ac vice et nomine Agathe Barlowe relicte et executricis testamenti et ultime voluntatis bone memorie dni Willmi Barlowe nuper Cicestren Epi obtulitque prompt et parat ad satisfaciend et realiter solvend dicto Reverendissimo patri dua Sigilla ac annulum secundum meliorem dicti nuper Epi Cicestren eidem Reverendissimo racione mortis eiusdem nuper Epi de iure consuetudine et prerogativa Ecclie Xpi Cant debit seu saltem ad debito componend pro huiusmodi mortuario **Quam** quidem oblationem prefatus Mr Thomas Yale Vicarius in spiritualibus generalis antedict vice et nomine dicti Revmi patris acceptavit ac dictum magrum Willmum Overton sic presentem monuit ad satisfaciend Reverendissimo infra triduum Et super premissis iussit et requisivit me Notarium publicum et Registrarium antedict unum vel plura publicum seu publica conficere Instrumentum sive Instrumenta etc

A Coppye of a Letter sentt to the Comissary generall of the Diocesse of Chichester

Commende me unto yowe **And** whereas I have of late receyved commaundement from the Quenes highnes and her honorable pryvie Counsaill to take order for a certen vewe to be had and with spede certified of armor to be provided by the Clergie of my Province of Caunterbery accordinge to the proportion and rate prescribed and used in the tyme of the reigne of the late kinge Phillippe and Quene Mary whiche rate and proportion ys discribed in a Schedule herinclosed **These** are to will and require yowe furthwith To gyve order to the Clergie of the Diocese of Chichester for the spedy performance of the Quenes highnes Commaundemente in the premisses willinge and commaundinge them and everie of them forthwithe to accomplisshe the same as to their bounden duetie in that behalf apperteyneth **And** the saide armor in that behalf to be to be taken accordinge to the saide rate and proportion spedelie to certifie unto me at Lambeth with the names surnames and promocons of all that accordinge to the sayde Schedule be chargeable with any suche provision And thus fare ye hartelie well from my howse at Lambeth the Nyneteneth of May Anno dni a Thowsande fyve hundred thre skore and Nyne

Certificatori super excommunicatione Agnete Osborne

Reverendissimo in Christo patri et dno dno **Mattheo** providentia divina Cantuarien Archiepo totius Anglie primati et Metropolitano **Henricus Barcley** legum doctor Custos spiritualitatis in et per totam Diocesim Cicestren sede Episcopali ibm iam vacante auctoritate prefati Revmi patris ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et Ecclesiastica que ad Epum Cicestren sede plena pertinuit ipsa sede iam ut prefertur vacante notorie dinoscitur pertinere legitime fulcit obedientiam tantis reverentia et honore **Cum** Nos in quadam causa diffamationis sive convitij que coram nobis in Iudicio inter Georgium Birnoll parochie de Tarkand Cicestren Dioc et Iur partem agentem ex una et Agnetem Osboorne eiusdem Dioc et Iur partem ream et querelatam partibus ex altera aliquamdiu vertebatur et pendebat indecisa rite et legitime procedend **Sententiam** quandam pro parte dicti Georgij ac contra eandem Agnetem in ea parte dicta tulerimus et promulgaverimus in scriptis diffinitivam per quam inter cetera eandem Agnetem in expensis legitimis ex parte dicti Georgij fact et fiend condempnaverimus ipsamque Agnetem ad solvend expensas taxat citra diem de iure competentem prefat Georgio seu eius parti monitione canonica monuerimus **Necnon** ad agend penitentiam condignam ei per nos legitime iniunctam **Ipsamque** Agnetem huiusmodi monitionibus nostris parere minime curantem pronunciaverimus contumacem ac in penam contumacie sue huiusmodi ad petitionem dicti Georgij excommunicaverimus tam in hijs scriptis iustitia id poscente ipsamque sic excommunicatam fuisse et esse mandaverimus et fecerimus palam et publice denunciari **Que** quidem Agnes Osborne in huiusmodi excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra stetit et perseveravit et adhuc perseverat animo indurato claves sancte matris Ecclie nequiter contempnendo **Vestre** igitur Reverendissime Paternitati humiliter supplicamus quatenus **Ad** reprimend Agnetis sic excommunicat obstinaciam Regie maiestati pro ipsius corporis captione secundum Anglie consuetudinem hactenus in similibus usitat scribere dignemini eo favore ut quam Dei timor a malo non revocet tamen coherceat disciplina Regie Maiestatis **In cuius rei** testimonium Sigillum quo in officio utimur presentibus apponi fecimus **Dat** decimo septimo die mensis Novembris Anno dni millesimo Quingentesimo Sexagesimo nono

Significatio regie maiestati pro excommunicat capiend

Illustrissime in Christo principi et dne nre dne **Elizabeth** Dei gra Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei Defensori etc **Mattheus** permissione divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio ac omnimoda Reverentia obedientiam et subiectionem in eo per quem Reges regnant et Principes dominantur vestre Regie sublimitati tenore presentium significamus **Quod** dilectus nobis in Christo Magr Henricus

Barcley legum doctor Commissarius noster ad exercendum Jurisdictionem Spiritualem et Ecclesiasticam infra Diocesim Cicestrensem Sede Episcopali ibidem iam vacante legitime deputatus in quadam causa diffamationis sive convicii que coram eo inter Georgium Burnell parochie de Charlton dicte Cicestrensis Diocesis partem agentem et querelantem ex una et Agnetem Osborne eiusdem Diocesis partem eandem et querelatam partibus ex altera aliquamdiu vertebatur et pendebat indecisa rite et legitime procedens **Sententiam** quandam pro parte et in favorem dicti Georgii ac contra eandem Agnetem legit tulit et promulgavit in scriptis diffinitivam per quam inter alia eandem Agnetem in expensis legitimis per partem dicti Georgii Burnell in huiusmodi causa factis et fiendis condempnavit Ipsamque Agnetem ad solvendum eidem Georgio vel parti sue dictas expensas citra diem de iure competentem iudicialiter monuit Necnon penam condignam iuxta Juris exigentiam ei imposuit Ipsamque Agnetem Osborne monitionibus dicti Commissarii nostri parere minime curantem pronunciavit contumacem et in penam contumacie sue huiusmodi ad petitionem dicti Georgii Burnell excommunicavit in scriptis iustitia mediante ac pro excommunicata publice et solempniter per literas suas denunciatorias et declaratorias pronunciari et declarari mandavit et fecit **Quequidem Agnes** in eadem excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra post denunciationem eiusdem perseveraverit et adhuc perseverat animo pertinaci et indurato Jurisdictionem Ecclesiasticam vestre regie maiestatis nequiter contempnendo et contempsit in anime sue grave periculum aliorumque Christi fidelium perniciosum exemplum in Ecclesia dei non ferendum **Cum igitur** Jurisdictio Ecclesiastica ulterius non habeat quod faciat in hac parte vestre Regie Sublimitati humiliter supplicamus et rogamus Quatenus ad reprimendam Agnetis sic excommunicate et pro excommunicata publice denunciate obstinatiam reprimendam brachium vestri auxilii secularis extendere ac pro corporis captione et carcerali mancipatione brevia scribere iuxta et secundum huius inclyti Regni vestri Anglie Statuta et Consuetudinem laudabilem in talibus hactenus usitatam graciose dignemini Ut quam dei timor a malo non revocat saltem severior vestre Serenissime Regie Maiestatis animadversio castigat coherceat et ad cor reducat Sicque Clementissimam vestram Regiam Sublimitatem ad populi sui felix regimen diu conservet in prosperis dextera dei omnipotentis **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat   die mensis   Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo nono

alia similis significatio & excommunicat capiendum

Illustrissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe dei gracia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori etc. **Mattheus** permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Omnimodam reverentiam et obedientiam et subiectionem ac graciam et felicitatem perpetuam in eo per quem Reges regnant et principes dominantur Vestre Regie Sublimitati tenore presentium significamus Quod dilectus nobis in Christo Magister Henricus Barcley Legum doctor Custos Spiritualitatis Civitatis et diocesis Cicestrensis Sede Episcopali ibidem vacante auctoritate nostra sufficienter constitutus In quadam causa Subtractionis decimarum que vertebatur coram eo inter Johannem Androwe clericum Rectorem Ecclesie parochialis de Earnley predicte partem eandem et partem agentem et querelantem ex una Elenoramque Tunstall viduam parochie de Earnley predicte partem eandem et querelatam partibus ex altera nuper vertebatur et pendebat indecisa rite et legitime procedens **Sententiam** quandam pro parte prefati Johannis Androwe et contra antememoratam Elenoram Tunstall legit et promulgavit in scriptis diffinitivam per quam inter alia antedictam Elenoram Tunstall in quibusdam decimis per eam iniuste subtractis Necnon in expensis legitimis per partem eiusdem Johannis Androwe in huiusmodi causa factis et fiendis condempnavit Ipsamque Elenoram propter suam manifestam contumaciam in non solvendo eidem Johanni Androwe tam sortem principalem quam expensas huiusmodi in dicta causa adiudicatas et taxatas citra quendam peremptorium terminum sive diem in ea parte prefixum iuxta monitionem legitimam eidem Elenore Tunstall in ea parte factam rite et legitime excommunicavit et pro excommunicata palam et publice denunciari et declarari mandavit et fecit **Quequidem** Elenora in huiusmodi excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra citra denunciationem eiusdem stetit et perseveravit animo pertinaci et indurato Jurisdictionem Ecclesiasticam nequiter contempnendo et contempsit In aliorum Christi fidelium exemplum perniciosum **Cum igitur** Jurisdictio nostra Ecclesiastica ulterius non habeat quod faciat in hac parte vestre igitur Regie Sublimitati humiliter supplicamus Quatenus ad reprimendam Elenore Tunstall contumaciam in hac parte reprimendam brachium auxilii vestri secularis extendere ac ministris vestris pro captione corporis eiusdem Elenore et carcerali mancipatione eiusdem scribere dignemini iuxta Leges et consuetudines laudabiles huius regni Anglie Ut quam dei timor a malo non revocat saltem severior vestre Regie maiestatis castigatio coherceat et ad cor reducat Et sic deus optimus maximus vestram Regiam Maiestatem ad populi sui felix regimen diu conservet in prosperis **In cuius rei testimonium** Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus **Dat** in Manerio nostro de Lambhith decimo sexto die mensis Januarii Anno domini iuxta computationem Ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo nono

aliud certificatorium contra excommunicatum

Reverendissimo in Christo patri et domino domino **Mattheo** permissione divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio Spiritualis et Ecclesiastica que ad Episcopum Cicestrensem Sede plena pertinet ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere vestrove vicario in Spiritualibus generali et officiali principali aut alii cuicunque in hac parte auctoritatem habentibus vester humilis et devotus Henricus Barcley Legum doctor Commissarius vester ad exercendum Jurisdictionem Spiritualem et Ecclesiasticam infra diocesim Cicestrensem Sede Episcopali ibidem varam sufficienter et legitime constitutis cum omnimoda reverentia et obedientia debitis tante honori dicte Reverendissime paternitati tenore presentium certificamus et notum facimus Quod quedam Johanna Shoulder virgo parochie de Chaleigh dicte Cicestren diocesis fuit et est alias propter suam manifestam contumaciam in non comparendo coram nobis certis die hora et loco competentibus iam effluxis ad quos legitime citata extitit ad instantiam Thome [illegible] de Caleigh predicte in quadam causa matrimoniali de iustitia consistorii maioris excommunicationis sententia merito innodata et involuta ac pro excommunicata publice et solemniter denunciata In qua quidem excommunicationis sententia eadem per quadraginta dies et ultra post denunciationem eiusdem perseveravit et adhuc perseverat animo pertinaci et indurato [illegible] et contemnit in [illegible] suarum grave periculum [illegible] fidelium perniciosum exemplum in [illegible] dei non [illegible] Cum igitur mater ecclesia [illegible] ultra non habeat quod faciat in hac parte Reverendissimam paternitatem vestram cum omni humilitate obedientia supplicamus quatenus dicto serenissimo Regie maiestati scribere dignemini ut [illegible] Johanne Shoulder obstinacie reprimende quatenus brachium suum velit auxilii secularis extendere et pro corporis capcione Johanne Sholder capcione scribere sicut in Anglia laudabilem et antiquam consuetudinem in talibus hactenus usitat graciose dignaretur Ut quam dei timor a malo non revocat saltem coherceat animadversio Regie sue Maiestatis Dat sub sigillo quo in hac parte utimur undecimo die mensis Januarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo nono

Vicesimo secundo die mensis Januarii Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo nono Scriptum fuit Regie Maiestati per infrascriptum Reverendissimum patrem pro corporis capcione excommunicate Johanne Shoulder

Honorabilibus viris dominis Baronibus Curie Scaccarii Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. ac eiusdem curie Thesaurario Ceterisque in eadem a consiliis Mattheus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Cicestren Sede plena pertinuit ipsa Sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi Vobis et vestrum cuilibet tenore presentium significamus et certificamus Nos Quod Scrutatis diligenter de mandato nostro iuxta tenorem brevis regii presentibus annexi Registris et Archivis nostris sub custodia Registrarii nostri principalis existentibus et fideliter custoditis comperimus et luculenter invenimus Quod Willelmus Tylman olim in eodem brevi regio nominat nuper Rector ecclesie parochialis de Crowherst in Comitatu Sussex dicte Cicestren diocesis decimo octavo die mensis Junii Anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo octavo prout ex fidedigno testimonio quorundam parochianorum de Crowherst predicte penes Registrum nostrum existente informamur mortem obiit et ab hac luce migravit Quodque prefata Rectoria sive ecclesia parochialis de Crowherst predicte vacavit proxime ante obitum prefati Willelmi Tilman post mortem naturalem Willelmi Savell quondam Rectoris ibidem vicesimo secundo die mensis Septembris Anno domini 1567 vacare contingebat Qui quidem Willelmus Savell dicto vicesimo secundo die mensis Septembris Anno domini 1567 suprascripto infra parochiam de Crowherst predicte mortem obiit et diem suum clausit extremum prout ex fidedigno [illegible] parochianorum de Crowherst predicte nobis fact et penes Registrum nostrum remanente manifeste liquet et apparet Que omnia et singula premissa ita se habere Vobis hac serie duximus significand In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nostro de Lamhith [illegible] die mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo octavo et nostre consecrationis Anno nono

Certificatorium fact Baronibus Scaccarii de morte [illegible]

Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et mandamus quatenus eundem Willelmum Bill vel eius procuratorem legitimum in realem actualem et corporalem dicti decanatus sive dignitatis decanalis iuriumque et pertinentiarum suorum universorum possessionem necnon dictos Willelmum Episcopum Cicestren Humfridum Parkins Iohannem Hardyman Ricardum Cheyney Ricardum Alvey Edmundum Scambler Alexandrum Nowell Willelmum Latymer, Ricardum Ryve, Willelmum Downham, Willelmum Yonge ac Gabrielem Goodman, respective prebendarios antedictos vel eorum procuratores legitimos seu procuratorem legitimum in realem actualem et corporalem possessionem earum respective prebendarum predictarum ac earum iuribus et pertinentiis universis inducatis et installetis ac induci et installari faciatis ipsosque decanum et prebendarios sic inductos et installatos auctoritate nostra defendatis Stallaque in choro locaque in Capitulo decano et prebendariis eiusdem collegii sive ecclesie collegiate ibidem ab antiquo debitat' eisdem decano et prebendariis assignetis. **In cuius** rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipsa apud Westmonasterium vicesimo primo die Iunii Anno Regni nostri secundo. per ipsam Reginam &c. P. Cordell.

Commissio ad installandum decanum et prebendarios ecclesie divi Petri Westmonasterii

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Gilbertus eadem permissione Bathon et Wellen Episcopus, Willelmus Meye decanus ecclesie cathedralis divi Pauli London, ad infrascripta mediantibus literis patentibus illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris &c. sufficienter et legitime fulciti, Universis et singulis dicte domine nostre Regine subditis infra Regnum Anglie ubilibet constitutis Salutem in domino sempiternam. **Literas** patentes prefate illustrissime domine nostre Regine Sigillo magno Anglie sigillat' nobis direct' nuper recepimus in hec verba. **Elizabeth** dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor &c. Reverendissimo in Christo patri Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano ac Reverendo patri Gilberto Bathon et Wellen Episcopo, et Willelmo Meye decano ecclesie cathedralis London Salutem. Cum nos alias Scitum nuper monasterii beati Petri Westmonasterii ac locum et ecclesiam ipsius in quoddam collegium sive ecclesiam Collegiatam, de uno decano presbitero ac duodecim presbiteris prebendariis omnipotenti deo imperpetuum deservituris ordinaverimus creaverimus, ereximus et fundaverimus, necnon dilectum nobis Willelmum Bill sacre theologie professorem ac Elemosinarium nostrum eiusdem Collegii sive ecclesie collegiate decanum, ac Reverendum patrem Willelmum Episcopum Cicestren primum et presentem presbiterum prebendarium, ac Humfridum Parkins sacre theologie doctorem secundum presbiterum prebendarium, ac Iohannem Hardyman sacre theologie doctorem tertium presbiterum prebendarium et Ricardum Cheyney sacre theologie Baccalaureum quartum presbiterum prebendarium ac Richardum Alvey sacre theologie Baccalaureum quintum presbiterum prebendarium, ac Edmundum Scambler sacre theologie Baccalaureum sextum presbiterum prebendarium ac Alexandrum Nowell artium magistrum septimum presbiterum prebendarium, Willelmum Latymer artium magistrum octavum presbiterum prebendarium, Ricardum Ryve artium magistrum nonum presbiterum prebendarium, Willelmum Downham artium magistrum decimum presbiterum prebendarium ac Willelmum Yonge presbiterum undecimum presbiterum prebendarium, ac Gabrielem Goodman artium magistrum duodecimum presbiterum prebendarium fecerimus et ordinaverimus, Eosque decanum et prebendarios decanum et capitulum Collegii sive ecclesie collegiate beati Petri Westmonasterii predict' vocari et nuncupari etiam fecerimus, Eisque collationem, institutionem et inductionem eiusdem imperpetuum contulerimus, creaverimus, ordinaverimus et donaverimus, prout per literas nostras patentes gerentes datum xxj° die May Anno regni nostri secundo, ad quas nos referimus liquet et apparet. Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et mandamus quatenus eundem Willelmum Bill vel procuratorem suum legitimum in realem actualem et corporalem dicti decanatus sive dignitatis decanalis iuriumque et pertinentiarum suorum universorum possessionem, necnon dictos Willelmum Episcopum Cicestren, Humfridum Parkins, Iohannem Hardyman Richardum Cheyney, Richardum Alvey, Edmundum Scambler Alexandrum Nowell Willelmum Latymer, Ricardum Ryve, Willelmum Downham, Willelmum Yonge, ac Gabrielem Goodman respective prebendarios antedictos vel eorum procuratores legitimos seu procuratorem legitimum in realem, actualem et corporalem possessionem earum, respective prebendarum predictarum earum iuribus et pertinentiis universis inducatis et installetis ac induci et installari faciatis, ipsosque decanum et prebendarios sic inductos et installatos auctoritate nostra defendatis, Stallaque in Choro locaque in capitulo decano et prebendariis eiusdem Collegii sive ecclesie collegiate ab antiquo usitat' eisdem decano et prebendar' assignatis / In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes / Teste me ipsa apud Westm' xxj° die Junij Anno Regni nostri Secundo, per ipsam Reginam &c. p Cordell / Nos vero dicte Illustrissime dne nre Regine iussibus pro officii nostri debito obtemperare volentes vobis coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie prenominatum magistrum Willelmum Bill decanum Collegii sive ecclesie Collegiate Sancti Petri Westm' pred' necnon prefat' Reverendum patrem dominum Willelmum epm Cicestren' Humfridum Perkins Johem Hardyman, Richardum Cheyney, Ricum Alvey, Edmundum Scamler, Alexandrum Nowell, Willelmum Latymer, Ricum Rype, Willelmum Downeham, Willelmum Yonge et Gabrielem Goodman presbiteros prebendarios nominatos in literis regiis paten' predictis nominat' et eorum quemlibet per affixionem presentium literarum citatoriarum in valvis exterioribus ecclesie cathedralis divi Pauli London aut ecclesie collegiate divi Petri Westm' predict' vel in aliis locis publicis ubi vobis melius videbitur expedire aliisque viis et modis quibus id melius et efficacius de iure poterit Ita quod Citatio huiusmodi ad eorum et cuiuslibet eorundem noticias de verisimili pervenire poterit Quos nos etiam tenore presentium sic citamus Quod compareat et eorum quilibet compareat coram nobis per se vel procuratores suos sufficien' auctoritatem in ea parte ab eis habentes in ecclesia Collegiata divi Petri Westm' predict' die Lune viz decimo die presentis mensis Junij inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, Installacionem, inductionem et investituram decanat' et prebendar' literarum predict' quatenus eos et eorum quemlibet in hac parte respective concernunt (si sua putaverint interesse) visur' et recepturi ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus literarum Regiarum paten' huiusmodi de se exigunt et requirunt / Et quid in premissis feceritis nos dictis die hora et loco vel circa debite et autentice certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus In cuius rei testimonium Sigillum nostrum Matthei Cantuar' Archiepi antedict' presentibus est appensum Dat' xxj° die mensis Junij Anno dni 1560 Et Regni felicissimi dicte Illustrissime dne nre Regine Anno secundo

Comissio ad celebrand' ordines

Die Sabbati viz xx° die mensis Julij Anno dni 1560 in quodam alto deambulatorio infra manerium Reverendissimi patris dni Matthei permissione divina Cantuar' Archiepi apud Lambehith constitutus personaliter dictus Reverendissimus commisit vices suas Reverendo patri dno Gilberto permissione divina Bathon' et Wellen' epo ad admittend' et promovend' personas subscriptas ad sacros ordines &c. / et promisit de rat' &c. / Act' in presentia mei Johis Incent notarii publici Registrarii primarii dicti Reverendissimi patris / Deinde eodem die in ecclesia paroch' de Lambehith Winton dioc' dictus Reverendus pater dns Gilbertus Bathon' et Wellen' Epus acceptans in se onus commissionis Reverendissimi patris antedicti personas subscriptas ad ordines sacros admisit et promovebat

Diaconi	**Presbiteri**
	Patricius Ferne Norwicen dioc
Edwardus Cowper Herforden dioc	Edwardus Cowper Herforden dioc
Thomas Buckmaster Petriburgen dioc	Thomas Tharker Petriburgen dioc
	Thomas Buckmaster Petriburgen dioc

requisitio fact' regie mati pro captione corporis excommunicati

Illustrissime et Serenissime in Christo principi et dne nre dne Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensor &c / Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Obsequium et felicitatem perpetuam cum omni subiectionis honore in eo per quem Reges regnant et principes dominantur / Vestre Serenissime Regie maiestati tenore presentium significamus Quod quidam Thomas Wasshington clericus Petriburgen dioc nostreque Cantuar' provincie propter multiplicatas et manifestas Contumacias et offensas suas non comparendo coram dilecto nobis in Xpo magistro Thoma Yale legum doctore Vicario nostro in spiritualibus generali certis die hora et loco competentibus, ad quos legitime et peremptorie citatus extitit maioris excommunicationis sententia merito innodatus et involutus sit, ac pro excommunicato publice et solemniter inter divinorum solemnia in ecclesia parochiali de Benyfeld Petriburgen dioc coram populo ad divina audiendum congregato denunciat et publicat, In qua quidem excommunicationis denunciate et publicate sententia, per quadraginta dies et ultra post denunciationem et publicationem huiusmodi perseveravit et adhuc perseverat animo pertinaci et indurato claves sancte matris ecclesie nequiter contemnendo in anime sue grave periculum aliorumque Xpi fidelium exemplum longe perniciosum Cum igitur sancta mater ecclesia ulterius non habeat quod faciat in hac parte Vestre regie Sublimitati humiliter supplicamus et rogamus quatenus ad ipsius Thome Washington sic (ut premittitur) excommunicati et denunciati obstinatiam reprimendam Brachium Vestrum amplius Vestri Secularis extendere et pro corporis sui captione et carcerali mancipatione eiusdem ministris Vestris scribere iuxta et secundum huius inclyti Regni Vestri Anglie Statuta et consuetudinem laudabilem in talibus hactenus usitatam graciose dignemini, ut quos dei timor a malo non revocat saltem ~~tenor~~ severior vestre maiestatis serenissime Animadversio castiget coerceat corrigat et ad cor reducat Sicque Clementissimam Vestram maiestatem ad populi sui regimen diu conservet in prosperis dextera dei omnipotentis In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nostro de Lambehith xxx^to die mensis Augusti Anno dni 1560 Et nostre Consecrationis Anno primo

Matthew

Ordines [illegible] celebrati [illegible] in eccl Cant

Ordines celebrati per Reverendum patrem dnm Willelmum permissione divina Exon Epum vice et auctoritate Reverendissimi in Xpo patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et metropolitani in ecclesia parochiali omnium Sanctorum in Bredstrete decanatus de Archubus London ecclesie Xpi Cantuar iurisdictionis immediate in presentia mei Johis Incent notarii publici Registrarii principalis dicti Reverendissimi patris

Diaconi

Thomas Sharpe Cant dioc
Willmus Stolson Winton
Simon Willmus London
Mattheus Wolton Cantur
Jacobus Dalton Cantur
Johes Tonson
Nicholaus Warrat London
Simon Moore
Xrius Hatfield
Michus Lysington
Laurentius Conte Lincoln
Willmus Lynstrombe Glouc
Rogerus Andrewe Petriburgen
Xrius Weyne London

Diaconi

Thomas Okley
Johes Holland
Gregorius Godday Elien
Thomas Hilles London pbri
Willmus Hodma Cestren

Pbri

Johes Tonson
Johes Danyell
Johes Holland
Simon More
Xrius Hatfield
Michus Lysington
Thomas Lewes Cestren
Georgius Bune Roffen

Pbri

Johes Pygden Eboracen
Thomas More Cicestren
Rogerus Hurte Cantuar
Willmus Hall London
Simon Test Cantuarien

Diaconi et Pbri

Johes Tonson
Simon Moore Eboracen
Xrius Hatfield Lincoln
Michus Lysington Bristollien
Johes Holland Cantuarien

Reverendissimo in christo patri et dno dno Mattheo permissione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie Primati et metropolitano Vester humilis et obediens Stephanus Nevinson legum doctor Reverendi dni Archiepi Cant officialis omnimodas reverent et obedien tanto Rmo patri debit ac cum honore Cum nos dudum ex officio nostro mero in quodam negotio correctionis animarum sive spirituali contra quendam Robertum Dowter laicum parochie de Ashford dioc Cantur dioc ac iurisdictionis predicti dni Archiepi rite et legitime procedentes, nemon–

requisitio facta dno Archiepo ad scribend regie Mati pro capcione corporis excommunicati contra quendam dnm Jasperum Hopkins clicum Rectorem de Westbere eiusdem dioc et Jurisdictionis simili modo etiam procedentem Eosdem Robertum Demer et Jasperum Hopkins ad comparendum coram nobis certis die et loco competen iudicialr per nos monitos et non compar pronunciavimus contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi eos et eorum utrumque ex officio nro in scriptis excommunicavimus iustitia id poscen / Atqz ipsos sic excommunicatos fuisse et esse per certas nras denunciatorias publice denunciari et publicari fecimus Prefati tamen Robertus Demer et Jasperus Hopkins post denunciationem hmoi per quadraginta dies et amplius in hmoi excommunicatione steterunt et perseveraverunt atqz adhuc stant et perseverant animo pertinaci et indurato Jurisdictionem ecclesiasticam nequiter contempnen Vre Exme paternitati significamus Vestram rogan quatinus ad ipsorum Roberti Demer et Jasperi Hopkins sic excommunicat obstinaciam reprimend excellentissime Regie mati pro ipsorum corporum captione iuxta Regni Anglie consuetudinem hactenus in similibus usitat scribere et significare dignetur Vra Exma paternitas, Ut quos timor ecclesiastice pene a contemptu non revocat saltem cohercat, Animadversio pene corporalis a dicta serenissima regia maiestate infligend quam ad populi regimen et Regni huius tranquillitatem diu conservet prosperam clementia salvatoris / In cuius rei testimonium Sigillum officij mei presentibus est appensum dat decimo sexto die mensis Octobris / Anno dni 1560

Significatio Regie mati pro captione corporum duor excommunicator in dioc Cant

Illustrissime Invictissime, et potentissime in Xpo principi et dne nre dne Elizabethe dei gra Anglie Francie et hibernie Regine fidei defensor etc / Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus obsequium, vram et felicitatem cum omni subiectionis honore in eo per quem reges regnant et principes dominantur / Vre Serenissime regie mati tenore presentium significamus Qd dilectus nobis in Xpo magr Stephanus Nevinson legum doctor Officialis Archini Cantuarien sufficienter et legitime deputatus contra quendam Robertum Demer Laicum pochie de Chesford nre Cantuarien dioc et Jasperum Hopkins clicum Rectorem eccle poch de Westbere eiusdem dioc rite et legitime procedens prenominatos Robertum Demer et Jasperum Hopkins propter suas multiplicarias offensas et contumacias in non comparendo coram eo certis die hora et loco competenti ad quos legitime et peremptorie citati fuerunt excommunicavit in Scriptis per eum latis Ac eos et eorum utrumque pro sic excommunicat puce et solemniter per literas suas denunciatorias et declaratorias denunciari et declarari fecit / In qua quidem excommunicatione denunciata et declarata per quadraginta dies et ultra, post et circa denunciationem et declarationem hmoi perseveraverunt et utrumque eorum perseveravit et adhuc perseverant animis pertinacibus et induratis Claves sce matris eccle nequiter contemnendo, in animarum suarum grave periculum aliorumque vre Celsitudinis fidelium subditorum exemplum longe perniciosum / Cum igitur sca mater eccla ulterius non habeat quod faciat in hac parte / Vestre regie Sublimitati humill supplicamus et rogamus Quatenus ad ipsorum Roberti Demer et Jasperi Hopkins et eorum utriusqz sic ut prefertur excommunicatorum et denunciatorum obstinatias et contumacias reprimendas, Brachium velit auxilij vri secularis extendere et pro corporum suorum captione et carcerali mancipatione [illegible] eundem ministris vris scribere, iuxta et secundum huius incliti Regni Anglie Statuta et consuetudinem laudabilem in talibus hactenus usitat graciose dignemini Ut quos dei optimi maximi Timor a malo non revocat saltem severior vre Serenissime regie mate animadversio, castiget coherceat, corrigat, et ad cor reducat / Sicqz Clementissimam vram regiam matem ad populi sui felix regimen diu conservet in prosperis dextera dei omnipotentis / In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apposuimus Dat in manerio nro de Lambeth xvijo die mensis Octobris Anno dni Millesimo Quingen Sexagesimo Et nre Cons Anno primo

Commissio ad admittend magistrum Iohem Gwynne in Advocatum Curie Cant'

Matthew permissione divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus / dilecto nobis in xpo magro Roberto Weston legum doctori Curie nre metropolitice Cantuar de Archubus London Officiali / aut alij eiusdem Curie presidenti cuicumque Salutem gratiam et ben / Literarum Scientia vite probitas morum honestas multaque alia virtutum dona quibus altissimus magistrum Iohem Gwynne legum doctorem haud vulgariter insignivit, nos merito inducunt ut personam eius singulari Studio et favore benevolo prosequamur, hinc est quod nos eundem magistrum Iohem Gwynne intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum advocatorum Curie nre Cantuarien predict exercen admittend et aggregand non gravamur, Ad dispensandum igitur cum eodem magro Iohe in forma Curie nre predict solit et approbat ut in numerum et Collegium Advocatorum Curie nre predce exercentium admitti et in eadem patrocinari valeat / Ipsumque Advocatum huiusmodi admittend et preficiend in eadem, ac in numerum advocatorum eiusdem curie exercentium aggregand vices nras Tenore presentium tibi committimus et specialem elargimur facultatem Statutis et ordinacionibus eiusdem nre Curie in contrarium editis non obstan quibuscumque In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus dat in manerio nro de Lambehith xxvijo die mensis Octobris Anno dni 1560 Et nre Cons Anno primo / — / — / — / —

Commissio ad reformand delicta infra dioc Cantuarien /

Matthew permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus dilectis nobis in christo magistris Stephano Nevinson legum doctori Commissario nro generali Civitatis et dioc nrarum Cantuarien predict et Alexandro Nowell sacre theologie professori Salutem gratiam et ben / De vris sana doctrina Conscientiarum puritate fidelitate et Circumspectionis industria plurimum fisi / Ad inquirend, discutiend corrigend reformand castigand et etiam puniend quecumque Crimina excessus, Culpas et delicta quorumcumque Subditorum tam clericorum quam Laicorum nrarum Cantuarien Civitatis et dioc nuper in visitacione nra Metropolitica infra easdem Civitatem et dioc vice et auctoritate nris exercit comperta detect et denunciat Quorum Correctio punitio et castigatio ad forum ecclesiasticum de iure vel Consuetudine pertinere dinoscuntur ac penitencias salutares congruas et condignas pro huiusmodi excessibus Criminibus et delictis eis pro modo culpe etiam iniungend et peragi faciend et mandand / Necnon in pietatis opera pro vris sanis conscientijs (quas coram altissimo oneramus) mutand et sine Scandalo et offendiculo cuius vel hois commutand / Cuiuscumque insuper fructus redditus et proventus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum infra Civitatem et dioc nras Cantuar predictas in casibus a iure Consuetudine vel Statutis huius regni Anglie permissis et approbatis sequestrand seu sequestrari faciend, Sequestrataque huiusmodi custodiend seu faciend per alios custodiri, sic huiusmodi Sequestra sic per vos aut vrum alterum interponend, revocand et relaxand quotiens et quando id vobis aut vrum alteri melius videbitur expedire Ceteraque omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna / Vobis coniunctim et vrum alteri per se divisim vices nras committimus cum cuiuslibet Coercionis canonice potestate / Assumpto vobis coniunctim et vrum alteri per se divisim dilecto nobis in xpo magro Iohe Incent notario publico registrario nro primario vel eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum nrorum Scribam in hac parte durante hac nra Commissione / Mandando nichilominus quatenus de omni eo quod per vos aut vrum alterum in hac parte vigore Commissionis nre huiusmodi actum gestum sive expeditum fuerit / nos aut Vicarium nrum in spiritualibus generalem sive officialem principalem per literas vras patentes sub forma autentica conceptas Acta et processum vras complectentes certiores facere curetis prout condecet / In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus dat in manerio nro de Lambehith xjo die mensis Novembris Anno dni / 1560 Et nre Cons Anno primo

We the Churchewardens and other the parisheoners of ffeversham and Lodelane within the Countie of Kente within the diocis of Canterbury whose names hereafter ensue signifie unto the right Reverend father in god the Archebusshop of Canturburies grace primate of all England to his Chauncellor and to all other his Officers in spirituall Causes That John Wedge late pson of Lodelane aforesaid did take possession of the same parishe churche of Lodeland by openinge of the dore of the churche and in tollinge the belles there the last daye of August in the yere of our lord god one thousand fyve hundred fyftie and fower whoe dyed at ffevsham aforesaied the xiiijth daye of August in the yere of our lord god one thousand fyve hundred fyftie and seven In witnes whereof we have unto this our present Certificat setto our names the sixte daye of Aprill in the yere of our lord god one thousand fyve hundred and threescore John Ayland John West Robert Coldwell Henry Whytpot Thomas Tunstare John Gilles of Lodelane John Hogge Rychard Lawrans

Certificatorium fact Baronibus Scacij de Rcor de Lodeland Cant dioc

Matheus permissione diuina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus honorabilibus viris dnis Thesaurario et Baronibus Curie Scaccij Illustrissime in xpo principis et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie ffrancie et hibernie Regine fidei defensoris &c et ceteris in eadem a consiliis Salutem in dno sempiternam et fidem indubiam putibus adhibere Vobis harum serie significamus et certificamus innotescimus Qd scrutat diligenter de mandato nro Registro nro principali sub custodia Registrarii nri principalis existen comperimus et invenimus matriculatum et inactitatum Qd vicesimo tercio die mensis Augusti Anno dni millimo quingentesimo quinquagesimo quarto ultimo preterit quidam Johes Wedge clericus ad Ecclesiam porh de Lodeland nre Cantuarien dioc ad presentacoem Anthonii Sandes Armigeri dce Vicarie perpetue (ut dicebatur) patroni admissus fuit ac in eadem institutus canonice et investitus cum suis Juribus et ptinen universis Qui quidem Johes Wedge sic (ut premittitur) admissus institutus et investitus xiiijo die mensis Augusti Anno dni Millimo quingen quinquagesimo septimo ultimo preterit infra pochiam de ffeversham nre Cantuarien dioc ab hac luce (dno volente) migravit Cuius Cadaver (ut fidedigno informamur testimonio) infra porh de ffeversham predict ecclesiastice traditum fuit sepulture Que omnia et singula ita se habere vera esse Vobis per has tras nras testimoniales ad petitoem dci Anthonii Sande interesse in hac parte (ut dicitur) habentis duximus significand putibus apponi fecimus Dat decimo die mensis Maii Anno dni Millimo Quingen Sexagesimo Et nre Cons Anno primo

Sequestratio fructuum ecclie porhie de Hardes parva Cantuar dioc

Matheus permissione diuina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus dilecto nobis in xpo magro Willmo Darrell clerico Artium magro Saltm gram et ben Cum nos ex fidedigna relatione acceperimus ecclia porh de Harde parva nre Cantuar dioc et Jurisdictionis aliquamdiu vacua et Rectore idoneo destituta extitit prout etiam vacat in puti Cuius pretextu dca ecclia porh penitus insofficiata existit Cura ibm neglecta sit prout etiam de verisimili erit in futur nisi de celeri remedio in hac parte congrue provideatur Nos igr volentes premissis commodantibus dicte ecclie preterire sed eis pro posse nro subvenire volentes, omnes et singulos fructus redditus, decimas proventus obventiones Commoditates et emolumenta ecclesiastica quecunque ad dictam eccliam porhiam et eius Rectorem pro tempore existen quovismodo spectan et ptinen ex officio nro duximus sequestrand Ac custodiam tam ecclie porh predict quam sequestri hmoi Tibi committend Justicia ita exigent prout sic sequestramus et Tibi committimus per putes Ad publicand igr hmoi Sequestrum nrm sic per nos interpositum omnibus et singulis quorum interest in hac parte, necnon ad colligend levand et percipiend omnes et singulos fructus redditus decimas proventus obventiones Commoditates et emolumenta ecclesiastica quecunque ad dcam eccliam porhiam quoquomodo spectan et ptinen eaque et ea sic collecta levata et percepta sub

tuto

Sequestro et Custodia custodiend et conservand, Et que Temporis mora de verisimili futura sunt deteriora iusto pretio alienand et vendicioni exponend, aliaque de collectis levatis et perceptis hmoi unde dict pochie in divinis et aliis requisitis debite deserviri, et onera eidem incumbentia supportari faciend et procurand, Ac de residuo sic collect levat et percept fidelem nobis Compotum sive Ratiocinium quum ad hoc congrue fueris requisitus iusto reddend et faciend, Ceteraque omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi plena in dno tenore presentium committimus potestatem Teque Custodem dictis ecclie et Sequestri nri predict preficimus et constituimus per presentes tantisper duratur quoad eas duxerimus revocand, **In cuius** Rei testimonium Sigillum nrum presentibus presentibus apponi fecimus Dat in manerio nro de Lambehith xij° die mensis Octobris Anno dni millesimo quingen° Sexagesimo Et nre Cons Anno primo

Lre missive Reverendissimi Epo London inscripte

After my right hartie commendacons to your Lordship premised thes shalbe to desire and require you for certaine consideracons conducent to the generall Reformacon of the Clergie of the province of Cantorbery, to certefie me on thisside the first daie of februarie next ensuing or so spedelie as you maye convenientlie of the names and Surnames of all and singuler deanes Archedeacons, Chauncellors, Chaunters and others having any dignitie in your Cathedrall Churche withall the prebendaries of the same And also of all and singuler psons and vicars withe in yor dioces, And howe many of them be resident and where the absente do dwell and remaine, howe many of them aswell of your Cathedrall Churche as of others Benefices in your dioces be neither preste nor deacons noting also the names of all suche as be lerned and hable to preache and whiche of them being alreadie licensed do preache accordinglie, And finallie howe many of them do comonlie kepe hospitalitie, And thus trusting of yor Lordshipps good diligence herein I wishe you most hartelie well to fare, ffrom my mannor of Lambehith the xviijth of November 1560 yor Loving brother Matthewe Cant
To the Right Reverend father in god the Busshop of London, Md that there was sent a lre of this tenor to everie Busshoppe of the province of Canturbery

Lre missive Reverendissimi inscripte Decano de Arcubus et Auditori Causarum Curie Cantuar

I Comaund me unto you and being informed that diverse malitiouse psons abusing aswell their Busshoppes and their officers as others their ordinaries do surmyse untrue griefe and Injuries to be done to them by their busshoppes and other ordinaries and thereuppon do appeale and gett from you Inhibicons and citacons to the greate vexacon and trouble bothe of their Ordinaries and also of their neighbors the Quenes maiesties poore subiectes and specialie in causes of correction and Reformacon of their Evill lyves and manners for the redresse whereof we will and charge you that uppon yor acceptacon of any suche appeale you cause an acte to be made of yt in the Recorde of yor courte specifieng all Circumstances thereof and withall you take a corporall othe of all suche proctors as shall exhibite the same that as farre as he dothe knowe or beleve the greif or cause pretended is true and iuste causing also the same proctor to exhibite his proxie and to make himselfe partie to prosequute the same cause aswell as to appeale so that if the partie appealed be cited and do appere at daie and place appointed that forthewith he be dysmyssed with suche charges as the Lawe in that case dothe beare, unlesse the partie appealing then presentlie do prosequute his appeale with effecte and that in every one of your Inhibicons you do appointe a reasonable daye certen to the partie appealing to prosequute his Appeale, whiche yf he then do not effectuallie you to remitte the cause againe to the first courte withe charges reasonable Cutting of in all matters frivolouse and frustratorie delayes and furnysshing all causes with suche expedicon as in anie wyse the Lawes may suffer, anie style or usage in any of yor courtes used to the contrarie notwithstanding And yf thes notes furnysshed shall seme sufficient Remedie for the said abuses after a tryall I wold have you to frame theffecte thereof in forme of Lawe by me to be authorised for a perpetuall rule to be observed in yor courte, And thus fare you well from my manor of Lambehith the vth of November Anno 1560 To mr doctor yale my Chauncellor and Iudge of my Courte of Audience Md that a lre of the like tenor was sent to mr doctor weston dean of the arches of the same date

Requisitio ad scribend pro Captione Corporis excommunicati

Reverendissimo in xpo patri et dno dno Mattheo permissione divina Cantuar. Archiepo totius Anglie Primati et metropolitano Ac Custodi spualitatis et omnimode Jurisdictionis spiritualis et ecclesiastice que ad epatum Winton sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur / David Lewes legum doctor Officialis dni Archini Winton sufficienter et legitime deputatus omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore, Vestre Reverendissime paternitati tenore presentium significamus qd nos in quadam causa matrimoniali que coram nobis in judicio inter Johem Gold partem agen et querelan ex una et Agnetem Maynford dni Archidiaconatus Winton partem ream et querelatam partibus ex altera vertitur et pendet indecisa rite et legitime proceden prenominatam Agnetem Maynford propter manifestam contumaciam suam in non comparend coram nobis certis die hora et loco competen iam effluxis ad quos legitime et peremptorie citata extitit ulteriorem processum in dicta causa fieri iuxta formam retroactorum visum et auditum ad peticionem ptis dci Johis Gold excommunicavimus in scriptis Justitia mediante, Eamque Agnetem sic (ut premittitur) per nos excommunicatam fuisse et esse per literas nras denunciatorias et declaratorias palam et publice denunciari et declarari fecimus, Que quidem Agnes Maynford in dicta excommunicationis sua per quadraginta dies et ultra post denunciationem eiusdem stetit et perseveravit prout etiam stat et perseverat in presenti animo pertinaci et indurato Claves sancte matris ecclesie nequiter contemnendo et contemnit in anime sue grave periculum et aliorum Christi fidelium exemplum non ferendum / Unde nos David Lewes Officialis antedictus paternitatem vram Reverendissimam humiliter et obnixe rogamus quatenus ad ipsius Agnetis Maynford sic excommunicat et pro excommunicata denunciat obstinatam reprimendam excellentissime regie mati pro ipsius Agnetis corporis captione et carcerali mancipatione eiusdem scribere dignetur vestra paternitas Reverendissima ut quam dei Timor a malo non revocet saltem dicte Serenissime dne nre Regine severior animadversio castiget, corrigat et ad cor redeat / In cuius rei testimonium Sigillum Officii nri presentibus apposuimus, Dat xvto die mensis Novembris Anno dni 1560

Differenc betweene the Vicar generall & Mr of the Faculties about Licenses to marry in time prohibited, determined by his gr:

Md that the xvijth daie of November Anno dni 1560 information was geven to the most Reverend father in god Matthewe Archebusshop of Canterburie by Willm Cooke the Quenes maiesties Clarke of the faculties and Willm Larke Clarke of the faculties to the said most Reverend father that Mr doctor Yale Chauncellor to the said Archebusshoppe did by the auctoritie of the same Archebusshop graunte licenses to marye in the tyme by the lawes prohibited which (as the said Cooke and Larke affirmed) the said Archebusshop could not graunte as Archebusshop of Canturbery but that the same apperteyned onelie to the office of the faculties wherevppon the Archebusshop the daye and yere abovesaid called before him at his manor of Lambehith the said doctor Yale his Chauncellor and John Incent his principall Regyster where and when in the presence of the said Cooke and Larke Recordes were shewed by the said doctor Yale and John Incent that the predecessors of the said Archebusshop viz Warham Cranmer and Cardinall Poole late Archebusshoppes of Canturbury had from tyme to tyme graunted licenses to marye in the tyme prohibited / vppon the sight whereof the said Cooke and Larke had nothing to saye or allege for themselves whereuppon it was for that tyme permitted by the said Archebusshoppe that his Chauncellor for the tyme being mighte and should hereafter graunte licenses for mariage in the tyme prohibited by his Archiepiscopall auctoritie as before untill the said Cooke and Larke can shewe further matter to the contrarie /

Requisitio ad scribend pro liberatione Corporis excommunicati a Carceribus

Reverendissimo in xpo patri et dno dno Mattheo miseracione divina Cant Archiepo totius Anglie Primati et metropolitano Ac Custodi spualitatis et omnimode Jurisdictionis spiritualis et ecclesiastice que ad epatum Winton sede plena pertinuit ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur vester humilis David Lewes legum doctor officialis venerabilis viri magri Johis Watson Artium magri Archini Archidiaconatus Winton in curia cause Winton ad infrascripta legitime deputatus omnimodas obedientiam et reverentiam tanto Rmo patri debitas cum honore / Cum nos rite et legitime proceden ac servatis ser per nos de iure in hac parte servandis excois sentenciam alias per nos contra Agnetem Maynsforde de Burgo de Southwarke Archidiaconatus Surr predict, propter suam contumaciam in non comparendo certis die et loco competen iam effluxis Cuidam Johi Gold dni Archidiaconatus in quadam causa matrimoniali de iusticia respon, latam prestit primitus per magrum Georgium Harrison eius procuratorem legitime constitutum de parendo iuri, ac stando mandatis ecclie Juramento corporali relaxavimus / Et ipsam ab huiusmodi excois sententia absolvimus Justicia id poscen, vre igitur benignitati supplicamus quatinus Regie mati pro ipsius Agnetis corporis a carceribus, quibus occasione dce excois sue mancipata existit liberacione, secundum Regni Anglie consuetudinem scribere dignemini cum favore ac cetera peragere que de laudabili consuetudine huius Regni Anglie in casu consimili fieri consueverit / In Cuius rei testimonium Sigillum Officialitatis nre presentibus apposuimus / Dat secundo die mensis Decembris Anno Dni 1560 — /

Excellentissime in xpo principi et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori &c / Matheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Ad quem vis et visitaco iurisdictio spualis et ecclesiastica que ad Winton sede plena pertinuit ipa Sede iam vacan notorie dinoscitur pertinere debitam obediam subiectionem et Salutem perpetuam in eo per quem Reges Regnant et principes dominantur / Vre Regie Sublimitati tenore presentium significamus Qd dilectus nobis in xpo magr David Lewes legum doctor Officialis dni Archini Surr sufficienter constitutus / in quadam causa matrimoniali que coram eo inter Johem Gold partem agen et querelan ex una et Agnetem Maynsford Archidiaconatus Surr dict Winton dioc ptem ream et querelatam partibus ex altera vertitur et pendet indecisa rite et legitime proceden pronunciatam Agnetem Maynsford a quadam Snia excoicationis contra ipsam propter suam manifestam contumaciam in non comparendo coram eod magro David Lewes certis die hora et loco competen iam effluxis ad quos legitime et peremptorie citata extitit / [illegible] processum in dca causa fieri iuxta formam retroactorum visis et auditis alias latam, prestito primitus per magrum Georgium Harrison procuratorem suum in hac parte legitime constitutum Juramento corporali in animam eiusdem Agnetis de parendo iuri et stando mandatis ecclie absolvit Justicia mediante / Unde nos Matheus Archiepus Cant antedict vre Regie Celsitudini humiliter supplicamus Quatenus pro corporis ipsius Agnetis Maynsford a Carceribus quibus occasione dce excoicationis Snie mancipata existit liberacione secundum leges et Statuta Regni vri Anglie ministris vris scribere dignetur excellentissima vra Maiestas quam ad populi vri regimen diu conservet incolumen dextera dei omnipotentis / In cuius rei testimonium Sigillum nrm presentibus appoi fecimus Dat in Manerio nro de Lambehith tertio die mensis decembris / Anno Dni 1560 Et nre Conss Anno Secundo /

Significatio Regie mati pro liberacione Corporis excoicati in Carceribus mancipati

Robertus Elyot in legibus Bacc venerabilis viri magri Johis Cottrell legum doctoris Archini Dors in Archinat Dors Officialis legitime deputat Universis et singulis xpi fidelibus tenore presentium innotescimus Qd Thomas Claughton clicus nup Rector ecclie parochialis de Durweston, quamquidem ecclesiam poss per quadraginta Annos et ultra possidebat octavo die mensis Augusti Anno dni millimo quingen quinquagesimo nono apud Durweston pred diem suum clausit extremum / et ibid sepultus est quem successit immediate Rector Thomas Stockton clicus qui in eadem ecclia realiter inductus fuit quarto die mensis Februarii Anno predicto iuxta Computacionem Anglicane ecclie / qui etiam ab hac luce viam universe carnis [illegible] Aprilis Anno dni millimo quingen Sexagesimo iam nuper migravit prout nobis evidenter constat / In cuius rei testimonium Sigillum officii nri quo in Archinatu predicto utimur presentibus appon fecimus / Dat decimo die mensis Junii Anno dni millimo quingen Sexagesimo / —

Certificatorium de dni obitus Rectoris de Durweston

Licencia fact Simoni Underwood ad predicand

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto nobis in xpo Symoni Underwood clerico Artium magro Salutem graciam et ben. Ad predicand et exponend verbum dei iuxta Talentum tibi a deo creditum in quibuscumque ecclesiis et locis ecclesiasticis infra Provinciam nram Cantuarien ubilibet constitutis sermone vulgari vel Latino Tibi de cuius ergo Sacrosanctum dei Evangelium zelo sacrarum literarum scientia, viteque et morum integritate plurimum in dno confidimus plenam et liberam tenore pntium concedimus potestatem Te nihilominus admonentes ut sacras literas pure et sincere ac prudenti simplicitate diligenter exponas ita ut Scandali et Tumultus occasio inde nullis prebeatur In cuius rei testimonium Sigillum nrm pntibus apponi fecimus Dat in manerio nro de Lambehith Undecimo die mensis Januarii Anno dni iuxta Computacionem ecclie Anglicane millimo Quingen Sexagesimo Et nre Consecr Anno secundo

Certificator fact Baronibus Scii sup resignacoem magri Nowell de ecclia de Saltewood Cant dioc

Honorabilibus viris dnis Baronibus et Thesaurario Curie Scaccarii Illustrissime in xpo principis et dne nre dne Elizabeth dei gra Anglie Francie et hibernie Regine fidei defensor &c Ceterisque in eadem Curia Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in dno Vobis tenore presentium significamus et certificand innotescimus, Quod decimo septimo die pntis mensis decembris Anno dni millimo Quingen Sexagesimo venerabilis vir magr Alexander Nowell Artium magr nuper Rector ecclie pochie de Saltwood unacum capella de hide eidem annex nrarum Cantuar Provincie dioc et iurisdiccionis eandem Ecclesiam ex certis causis veris iustis et legitimis eum et animum suum in hac parte (ut asseruit) moven in pntia Johis Incent notarii pub Registrarii nri Principalis in manus nras pure, sponte, simpliciter et absolute resignavit cum suis iuribus et pertinentiis universis, dictamque ecclesiam re et verbo vacuam dimisit, iuri quoque titulo et possessioni suis in eadem competentibus quoque cessit atque ab eisdem recessit totaliter et expresse prout ex instrumento pub desuper confect atque in Registro nro remanen diffusius liquet et apparet In cuius rei testimonium Sigillum nrm pntibus apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambehith xvijmo die mensis decembris Anno dni millimo Quingen Sexagesimo Et nre Consecr Anno Secundo

Sequestratio fructuum vicarie sive capelle de Wymyngweld Cantuar dioc

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus **dilecto** nobis in xpo Vincentio Fletcher de Kingston in Com Kancie nre Cantuar dioc yoman Salutem graciam et ben. Cum nobis de fide digna relatione acceperimus vicaria sive capella de Wymyngweld nre Cantuar dioc per Capellanum sive vicarium manualem et amovibilem inserviri solita aliquamdiu vacua et vicario sive Capellano solatio destituta extitit prout etiam vacat in pnti Cuius pretextu dca vicaria sive capella penitus inofficiata et animarum Cura ibidem neglecta existit prout etiam verisimili erit in futurum, nisi de celeri remedio in hac parte congrue provideatur Cumque preterea mansum dce vicarie temporis iniuria vetustum dilapidatum et quasi funditus prostratum existit in dce vicarie et dni vicarii pro tempore existentis et parochianorum ibidem dampnum et grave preiudicium: Nos igr nolentes premissa conniventibus oculis preterire, sed eis pro posse nro subvenire volentes, omnes et singulos, fructus, decimas redditus proventus obventiones, Commoditates et emolumenta ad dcam vicariam sive capellam et dnum vicarium sive Capellanum pro tempore existen, qualitercumque spectan et pertinen ex officio nro duximus sequestrand et huiusmodi Sequestri in Custodiam Tibi committend de iustitia ita exigente, prout etiam sic sequestramus et Tibi committimus per pntes. Ad publicand igitur huiusmodi Sequestrum nrm sic per nos interpositum omnibus et singulis quorum interest in hac parte, necnon ad colligend levand et percipiend omnes et singulos fructus decimas obventiones Commoditates et emolumenta ecclesiastica, quecumque ad dcam vicariam sive capellam quoquo modo spectan et pertinen, easque et ea sic collect levat et percept sub salvo et tuto Sequestro custodiend et conservari faciend

Ac que temporis mora de verisimili deteriora sunt futura iusto precio alienand et vendicioni exponend, Atque de collectis levatis et perceptis huiusmodi curat dicte vicarie sive capelle in divinis et aliis requisitis debite deserviri ac mansum predictum reparari et reedificari et onera quecumque eidem incumbentia supportari faciend et procurand, Atque de residuo sic collect levat et percept fidelem nobis compotum sive raciocinium, quum ad hoc congrue fueris requisitus iuste reddend et faciend, Ceteraque omnia et singula alia faciend gerend et expediend que de iure in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi vices nostras committimus per presentes Tantisper duratur quousque eas duxerimus revocandas. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nostro de Lambehith Tercio die mensis Januarii Anno domini millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo Et nostre consecrationis Anno Secundo

Sequestratio fructuum vicarie de Estfarley decanatus de Shorham

Matheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, dilecto nobis in Christo Richardo Roberte clerico Salutem graciam et benedictionem. Cum dudum ex fidedigna relatione acceperimus, vicaria perpetua ecclesie parochialis de Estfarley decanatus de Shorham nostre et ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuar iurisdictionis immediate aliquamdiu vacua et vicarii solatio destituta extitit prout etiam vacat in presenti, Cuius pretextu dicta vicaria penitus inofficiata et animarum cura ibidem neglecta est, prout etiam de verisimili erit in futurum nisi de celeri remedio in hac parte congrue provideatur. Nos igitur nolentes premissa conniventibus oculis pertransire sed eis quantum possumus subvenire volentes omnes et singulos fructus redditus proventus decimas obventiones, commoditates et emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictam vicariam et eius vicarium pro tempore existentem quomodolibet spectantia et pertinentia ex officio nostro duximus sequestrand, Ac custodiam tam vicarie predicte quam sequestri nostri huiusmodi Tibi committend, Iusticia ita exigente, prout sic sequestramus et tibi committimus per presentes, Ad publicand igitur huiusmodi sequestrum nostrum sic per nos interpositum omnibus et singulis quorum interest in hac parte, Necnon ad colligend levand et percipiend eos et singulos fructus, redditus decimas proventus obventiones commoditates et emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictam vicariam quoquo modo spectan et pertinen, eosque eas et ea sic collect levat et percept sub salvo et tuto sequestro et custodia custodiend et conservand, Et que temporis mora de verisimili futura sunt deteriora iusto precio alienand et vendicioni exponend, Atque de collectis levatis et perceptis huiusmodi curari dicte vicarie in divinis et aliis requisitis deserviri, et onera eidem incumben debite supportari faciend et procurand, Atque de collectis levatis et perceptis huiusmodi fidelem nobis compotum sive raciocinium quum ad hoc congrue fueris requisitus iuste reddend et faciend, Ceteraque omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna tibi plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem, Teque custodem vicarie et sequestri nostri predict preficimus et constituimus per presentes tantisper duratur quousque eas duxerimus revocand. **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nostro de Lambehith Sexto die mensis Februarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane millesimo Quingentesimo Sexagesimo Et nostre consecrationis Anno Secundo

Mandatum directum Episcopo London ad publicand quasdam literas missivas regias per Archiepiscopum Cant

Matheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, Venerabili Confratri nostro domino Edmundo eadem permissione London Episcopo Salutem et fraternam in domino charitatem. Cum Serenissima domina nostra Elizabetha dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc per literas suas missivas dat apud Westm xxii° die mensis Januarii ultimo preterit Anno Regni sui Tercio nobis ac fraternitati vestre et aliis Commissariis suis ad causas ecclesiasticas decidendas per literas suas Regias patentes magno Sigillo Anglie sigillatas deputatis et assignatis inter alia dederit in mandatis quatenus nos ad dei optimi maximi gloriam illustrand, et ecclesie Anglicane honorem, et ad tollend dissentiones et controversias inter subditos dicte domine Regine et consensum vere Religionis firmand, iuxta tenorem cuiusdam Statuti in Parliamento Anglie tenti apud Westm Anno primo Regni eiusdem domine nostre Regine editi, quedam decreta sive ordinaciones conderemus.

interpretaciones seu reformaciones conscriptas et factas Ac nobis Mattheo Archiepo Cant
antedict per easdem lras suas missivas firmiter precipiend mandavit, Quatenus dictas
Ordinaciones correctiones seu reformationes predict in et per totam Provinciam nram
Cantuarien publicari et execucioni demandari faceremus prout in lris Regiis missivis
antedict quarum tenores pro hic insertis haberi volumus) inter alia latius continetur
et describitur, Nos vero affectantes ex animo eiusdem dne nre Regine lris et mandatis ob
temperare, volentesq pro nro erga suam Celsitudinem regiam officio demandatis et commissis
nobis a sua Celsitudine negotijs omnem nram curam et solertem adhibere diligentiam, fraterni
tati vre ex parte sue regie maiestatis firmiter precipiendo mandamus Quatenus receptis pnti
bus cum omni qua poteritis celeritate et matura diligentia, Ordinaciones correctiones seu
reformaciones kalendarij simul cum tabulis preceptorum dei per nos et alios Regios Com
missarios auctoritate et vigore dict lrarum suarum Regiarum missivarum iuxta formam Sta
tuti predict facte conscript et stabilitas quorum exemplaria in papiro impressa vobis pnti
bus annexa transmittimus, vobis et singulis venerabilibus Confratribus nris provincie nre
Cantuarien Coepis et Ecclie nre Xpi Cantuarien suffraganeis publicetis et declare
tis eisq et eorum cuilibet ex parte dne nre Regine firmiter precipiatis, Quatenus
ipsorum singuli in suis cathedralibus Ecclijs necnon Civitatum et dioc suarum poch Ecclijs
Ordinationes seu reformationes kalendarij et tabulas preceptorum dei predict in
omnibus et per omnia iuxta prescript lrarum regiarum inviolabiliter observari et per
impleri sedulo et accurate curent cum effectu et fieri non postponant Cuiq a vobis
frater charissime in Ecclia vra cathe ac in et per Civitatem et dioc vras London pro
via fieri et perimpleri volumus et mandamus Dat in manerio nro de Lambehith
decimo quinto die mensis februarij Anno dni millimo quingen sexagesimo Et nre Cons
Anno secundo / Copia lrarum missivarum dce regie maiestatis registratur in folio 215 preceden

Lra facta Archiepo Ebor ut possit confirmare et consecrare suos epos suffraganeos infra Provinc Cantur

Mattheus permissione divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas
et metropolitanus venerabili confratri nro ac Rmo pri dno Thome eadem permissione
Eboracen Archiepo Anglie Primati et metropolitano Salutem et fraternam in dno charitatem
Ut quascumq electiones de psonis quorumcumq in epos et pastores quarundumq Ecclesiarum cathe
dralium vre Eboracen Provincie factas et celebratas iuxta iuris et Statutorum huius
Regni Anglie exigentia approbare et confirmare, eisdemq psonis omnibus et singulis
sic (ut premittitur) electis et confirmatis munus consecrationis (adhibitis de more et
Ritu ecclie Anglicane in hac parte adhibendis) impendere in quacunq Ecclia Capella sive
Oratorio per provinciam nram Cantuarien ubilibet constitut quociens die congruo ac ad
vrum Arbitr eligend libere et licite possitis et valeatis licentiam et facultatem nras hac
vice impartimur et concedimus per pntes Iuri contrarium facien non obstan quibuscumq
Iuribus nris Archiepalibus et Ecclie nre metropolitice Xpi Cantur predict dignitate et
honore in omnibus semper salvis In cuius rei testimonium Sigillum nrum pntibus appo
suimus Dat in manerio nro de Lambehith xxij° die mensis februarij Anno
dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane 1560 Et nre cons Anno secundo / —

Comissio ad admittend magrm Thoma Wilson legum doctore in Advo
catu Curie Cant /

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas
et metropolitanus, dilecto nobis in Xpo magro Roberto Weston legum doctori Curie nre metro
politice Cantuar de Arcubus London Officiali, aut alij eiusdem Curie Presidenti cuicumq
Salutem gratiam et ben, Lrarum Scientia vite probitas morum honestas, multaq alia
virtutum dona quibus altissimus magrum Thomam Wilson legum doctorem haud vul
gariter insignivit, Nos merito inducunt, ut psonam eius singulari studio et fa
vore benevolo prosequamur, Hinc est Qd nos eundem magrm Wilson intuitu
meritorum suorum huiōi in numerum Advocatorum Curie nre Cantuar predict exer
centium admittend et aggregand non gravamur, Ad dispensand igr cu eodem
magro Thoma Wilson in forma Curie nre predict solita et consueta, ut in numerum
et Collegium Advocatorum Curie nre predict exercentium admitti et in eodem
exercitari valeat, ipsumq Advocatum huiōi admittend et preficiend in eadem, ac in-

annuatim Advocatorum eiusdem Curie exercentium aggregandum Quibus vero tenore presentium tibi
committimus et specialem elargimur facultatem Statutis et ordinationibus eiusdem nostre Curie in
Contrarium editis non obstantibus In cuius Rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus
Dat in manerio nostro de Lambehith xxviij° die mensis februarij Anno domini iuxta computa
tionem ecclesie Anglicane 1560 Et nostre Consecrationis Anno Secundo

This is the last will and testament of humfrey Alcokson made and de
clared the xxiiij daye of Januarie 1560 in the presence of Andrewe Peirson Clerke
Geffrey Eton gent and Richard Bestley Clerke / **Furst** I bequeathe my soule to almightie god /
And I will all my goodes to be sold by my executors and therewith to paie my debtes / And that that
shall remaine after my debtes paied shalbe disposed in good workes of Charitie at the discretia
tion of myne executors / And I make mr Alexander Nowell deane of St Paules in London and
mr Thomas Wattes Prebendarie of the same Churche myne executors with auctoritie to collecte
and receave my debtes / The debtes which humfrey Alcokson oweth / First he oweth
to Thomas Alyn of London Skynner iiijli vs / Item to John Lolle of London merchaunt iiijli vjs
viijd / Item to mr Edward Leds of the faculties xxs / Item to A draper at a wine house
in watlingstrete as appeareth by his booke xxvjs viijd / Item to Sir Bestley xxs vjd /
The debtes owing to humfrey Alcokson / First Reinold Robson oweth him xlvjs viijd / Item
for occupieng of his house yf the cause be good   Item for the half yeres rent of his
manor of Walton due at Michaelmas last xvjli xiijs / Item three bibles englishe of Gene
va printe being with him that maried mr Whitchurches daughter / declared in the
presence of Andrewe Pson Clerke Geffrey Eton gent Thomas Harker clerke and
Sir Bestley Clerke the xxiiij of Januarye 1560

Testamentum humfridi Alcokson /

Vicesimo nono die mensis februarij 1560 Commissa fuit Administratio bonorum
humfridi Alcokson clerici advocati defuncti nuper infra Manerium Reverendissimi domini Matthei Cant
Archiepiscopi de Lambehith dioc xpi Cantuar ecclie immediate per viam intestati decedentis eo
quod magistri Alexander Nowell et Thomas Wattes executores nominati in testamento dicti
humfridi onus executionis eiusdem coram eodem Reverendissimo domino expresse recusaverunt / Thome
Allen parochie sancte marie Bothawe Civitatis London Pellipario et Johi Lolle parochie
sancti Christofori iuxta le Stocke eiusdem Civitatis Haberdassher eo quod nullus Consanguineus
dicti defuncti inventus fuit qui Administrationem huiusmodi in se acceptare voluit primitus de
bene et fideliter administrando &c / Ac de solvendo ere alieno dicti defuncti &c / necnon legata
in suprascripto testamento specificata &c / ad sancta dei Evangelia Iuratis &c Salvo
iure &c / Et habent pro Inventario citra festum pentecost proximum / —

Commissio Administrationis bonorum humfridi Alcokson

Honorabilibus viris dominis Baronibus Curie Scaccarij Illustrissime in Christo principi
ac domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie francie et hibernie Regine fidei defensoris &c Ac
eiusdem Curie Thesaurario ac ceteris in eadem a Consiliis / Mattheus permissione divina
Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Salutem in domino sempiternam
et fidem indubiam presentibus adhibere / Breve supradicte Illustrissime domine nostre Regine presentibus
annexum nuper cum ea qua decuit reverentia, obedientia et Subiectione humili recepimus Cuius quidem
brevis vigore pariter et auctoritate Scrutato diligenter Registro et Archivis nostris sub custo
dia Registrarij nostri Primarij existentibus et fideliter custodite Nomina et cognomina omnium et singulorum
clericorum ad promotiones et beneficia ecclesiastica infra diocesim nostram Cantuar predictam
vacantia a nono die mensis decembris Anno domini 1559 ultimo preterito videlicet a die Con
firmationis nostre in Archiepiscopum Cantuariensem usque ad festum natalis domini nostri ultimo preterit
admissorum una cum annotatione et descriptione dierum mensium et annorum Admissionum et
institutionum eorundem clericorum ad beneficia huiusmodi in Schedula presentibus affixa describi feci
mus et mandavimus / In Cuius Rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus
Dat in Manerio nostro de Lambehith decimo nono die mensis Aprilis Anno domini millesimo
Quingentesimo Sexagesimo primo / Et nostre Consecrationis Anno Secundo — / — /

Certificatorium factum Baronibus
Scaccarij super admissione clericorum
ad beneficia infra diocesim nostram
Cant predictam a ix° die decembris
1559 usque ad festum natalis
domini 1560

Certificatorium super admissione Christofori Parkins ad vicariam de Eston Winton dioc

Honorabilibus viris dominis Baronibus Curie Scaccarii Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie francie et hibernie Regine fidei defensoris &c et eiusdem Curie Thesaurario ac ceteris in eadem a Consiliis / Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere / Vobis tenore presentium significamus et certificando innotescimus Quod scrutatis diligenter Actis Registris et munimentis tempore vacationis Sedis Archiepiscopalis Cantuarien habitis et factis in Custodia Registrarii nostri principalis existen et fidelis custodite comperimus et invenimus in eisdem inter alia inactitatum Quod xxi° die mensis Novembris Anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono Et Regni dicte domine nostre Regine Elizabeth Anno secundo Quidam Christoforus Parkins clericus ad vicariam perpetuam de Eston Winton dioc per mortem naturalem Edmundi Stuard legum doctoris (ut dicebatur) vacan per Willelmum Browne notarium publicum veri ipsius vicarie patronum presentatus ad eandem vicariam admissus extitit et in eadem institutus canonice et investitus cum suis iuribus et pertinentiis universis Ac licet Quidam Johannes Deverex clericus ad eandem perpetuam de Easton aliqualiter admissus fuerat seu in eadem institutus De quo in Registris Archivis Actis et munimentis predictis minime constat Unus tamen Johannes Deverex sit admissus et institutus dictam vicariam perpetuam gavisus non est neque eadem ullo modo fruebatur Eo quod prefata vicaria perpetua de Eston continue citra admissionem prefati Christofori Parkins ad eandem qui dicto Edmundo Stuard legum doctori in eadem vicaria immediate successit) de persona eiusdem Christofori plena extitit prout etiam in presenti existit Que omnia et singula ita se habere et vera esse Vobis harum serie ad petitionem domini Johannis Deverex duximus significand In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nostro de Lambehith xxi° die mensis Aprilis Anno domini millesimo quingentesimo Sexagesimo primo Et nostre Consecrationis Anno Secundo /

Certificatorium factum Baronibus Scaccarii super admissione Willelmi Hall ad vicariam de Stanmer &c /

Honorabilibus viris dominis Baronibus Curie Scaccarii Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie francie et hibernie Regine fidei defensoris &c / et eiusdem Curie Thesaurario ac ceteris in eadem a Consiliis / Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere / Ad universitatis vestre notitiam deducimus et deduci volumus per presentes Quod infra decanatus de Southmalling et Pagham in Com Sussex nostre peculiaris iurisdictionis sunt due separales promotiones spirituales seperatim divise viz Rectoria de Stanmer et Rectoria de Tangmer Quodque nos vij° die mensis Augusti Anno domini millesimo quingentesimo Sexagesimo ultimo preterito quendam Willelmum Hall clericum ad dictam Rectoriam sive vicariam porcialem de Stanmer tunc per mortem naturalem Johannis Sexton ultimi et immediati Rectoris et Incumbentis eiusdem vacantem admisimus ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituimus canonice et investimus cum suis iuribus et pertinentiis universis, Quodque preterea in conscribend litteras admissionis et institutionis dicti Willelmi Hall ad vicariam predictam error intervenit manifestus viz loco Rectoris sive vicarie perpetue de Stanmer predicte (que tunc modo premisso vacabat) inscribebatur in litteris predictis Rectoria de Tangmer antedicte que tunc de persona alterius Rectoris plena extitit et in presenti etiam plena existit Ac eo pretextu prefatus Willelmus Hall prefatam vicariam porcialem de Tangmer non est assecutus nec eandem obtinuit aut obtinet in presenti, Que omnia et singula ita se habere et vera esse vobis harum serie iuxta tenorem brevis regii presentibus annex duximus significand per presentes In cuius Rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nostro de Lambehith xviij° die mensis Aprilis 1561 et nostre Consecrationis Anno Secundo

Certificatorium in Curia Scaccarii super Resignatione vicarie de Welcombe, super admissione clerici ad eandem vicariam

Honorabilibus viris dominis Baronibus Curie Scaccarii Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie francie et hibernie Regine fidei defensoris &c et eiusdem Curie Thesaurario ac ceteris in eadem a Consiliis / Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere / Ad universitatis vestre notitiam deducimus et deduci volumus per presentes Quod Scrutatis diligenter Registris et Archivis nostris in Custodia Registrarii nostri primarii existen comperimus et invenimus luculenter in eisdem inter alia Quod vicesimo die mensis Januarii Anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo ultimo preterito Quidam Arthurus Sentleger clericus nuper vicarius vicarie perpetue de Welcombe Cantuarien dioc eandem vicariam perpetuam Resignavit

Ac postea quidam Johes Tornesley als Reade clicus in Brevi Regio p̄ntibus annexo nominatus vicesimo nono die dicti mensis Januarij Anno dñi predco, ad eandem Ecclesiam poch de Welcombe per resignacionem prefati Arthuri Benter tunc vacantem admissus fuit ac in eadem institutus canonice et investitus cum suis juribus et pertinen universis. Qui quidem Johes Tornesley als Reade infra poch de Welcombe predict septimo die mensis Martij Anno dñi millesimo quingentesimo quinquagesimo nono ultimo preterit (ut fidedigno informamur testimonio) mortem obiit. Que omnia et singula ita se habere et vera esse vobis harum serie iuxta tenorem Brevis Regij predict significamus per p̄ntes. In cuius rei testimonium Sigillum nrum p̄ntibus apponi fecimus. Dat in manerio nro de Lambehith Sexto die mensis Maij Anno 1561 Et nre Cons Anno Scdo

Comissio ad admittend magrum Willmum Drurye legum doctorem in Advocatum Curie Cantuar

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto nobis in xpo magro Roberto Weston legum doctori Curie nre Metropolitice Cantuarien de Arcubus London officiali aut alij eiusdem Curie Presidenti cuicunqz Salutem gratiam et ben. Exarum scientia vite probitas morum honestas, multaqz alia virtutum dona quibus altissimus magrum Willmum Drury legum doctorem haud vulgariter insignivit, nos merito inducunt ut psonam ipius singulari studio et favore benevolo prosequamur. Hinc est qd nos eundem magrum Willmum intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum Advocatorum Curie nre Cantuarien predce admittend et aggregand non gravamur. Ad dispensand igr cum eodem magro Willmo Drurye in forma Curie nre predce solita et consueta, ut in numerum et collegium Advocatorum Curie nre predce admitti et in eadem post Annum postulari valeat tempusqz Advocatum eiusdem Curie nre admittend et in numerum Advocatorum Curie predce aggregand vices nras Tenore p̄ntium Tibi Committimus et specialem elargimur facultatem Statutis et ordinacionibus eiusdem nre Curie in Contrarium editis non obstan quibuscunqz. In cuius rei testimonium Sigillum nrum p̄ntibus apponi fecimus Dat in manerio nro de Lambehith Quarto die mensis Maij Anno dñi 1561 Et nre Cons Anno Secundo

Comissio ad admittend magrum Jacobum Lewis in Advocatum Curie Cantuar

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto nobis in xpo magro Roberto Weston legum doctori Curie nre Metropolitice Cantuarien de Arcubus London Officiali aut alij eiusdem Curie Presiden cuicunqz Salutem gratiam et ben. Exarum scientia vite probitas morum honestas, multaqz alia virtutum dona quibus altissimus magrum Jacobum Lewys legum doctorem haud vulgariter insignivit, nos merito inducunt ut psonam ipius singulari studio et favore benevolo prosequamur. Hinc est qd nos eundem magrum Jacobum Lewys intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum Advocatorum Curie nre predce admittend et aggregand non gravamur. Ad dispensand igitur cum eodem magro Jacobo Lewys in forma Curie nre predce solita et consueta, ut in numerum et collegium Advocatorum Curie nre predce admitteretur et in eadem post Annum postulari valeat tempusqz Advocatum eiusdem Curie nre admittend et in numerum Advocatorum Curie predce aggregand vices nras Tenore p̄ntium Tibi committimus et specialem elargimur facultatem Statutis et ordinacionibus eiusdem nre Curie in Contrarium editis non obstan quibuscunqz. In cuius rei testimonium Sigillum nrum p̄ntibus apponi fecimus Dat in manerio nro de Lambehith vj° die mensis Maij Anno dñi 1561 et nre Cons Anno Secundo

Petrus Jonson

Mattheus miseracione divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto nobis in xpo magro Roberto Weston legum doctori Curie nre Cant de Arcubus London Officiali aut alij eiusdem Curie Presiden cuicunqz Salutem in auctore Salutis. Exarum cognitio, peritia in rebus gerendis clarumqz suarum virtutum et probitat dona quibus dilectus filius Petrus Johnson in legibus Bacchalaureus et notarius publicus laudabiliter insignitur nos merito inducunt ut psonam ipius singulari quadam benevolentia et honestatis titulo prosequamur. Hinc gratiam impertimur specialem. Ad dispensand igitur cum eodem dilecto filio Petro Johnson, Idqz hoc tam pro nobis quam successoribus nris p̄nti scripto nro concedend et confirmand ut in numerum procuratorum generalium dicte nre Curie tunc temporis presentari recipi et admitti cum primo et proximo post dat p̄ntium locus sive officium alicuius procuratorum nostrorum prefate nre Curie de Arcubus per predecessores nros Archiepos aut sede eius vacan decanum et capitulum ecclie xpi Cant hactenus admissorum procuratorum et iam vacan morte sive alio quovis modo et casu vacare contigerit ac officium in eadem procuratoris officium p̄ntis exercere cum libertate valeat tempusqz procuratorum dicte Curie sub modo et condicione predict admittend et recipiend in eadem Curia Aggregand Tibi prefato Officiali aut alij eiusdem Curie presidenti cuicunqz vices nras Committimus et plenam in dno tenore p̄ntium concedimus facultatem Statutis et ordinacionibus predce nre Curie in Contrarium forsan edit non obstan quibuscunqz. In cuius rei testimonium Sigillum quo in similibus utimur p̄ntibus apponi fecimus Dat apud manerium nrum de Croydon xvij° die mensis Maij Anno dñi 1561 Et nre Cons Anno Scdo

Exemplificatio quarundam literarum super Titulo perpetualis vicarie de Lidlinch Bristollien dioc per viam Transumpti

Universis et singulis sancte matris ecclesie filiis presentes literas testimoniales sive hoc presens publicum instrumentum visuris lecturis vel audituris aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futurum Thomas Hale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Mathei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis sufficienter et legitime constitutus Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi Ad universitatis vestre noticiam deducimus et deduci volumus per presentes Quod die hora et loco in calce presentis publici instrumenti descriptis, coram nobis in dilecti nobis in Christo Johannis Incent notarii publici dicti Reverendissimi patris Registrarii principalis ac testium inferius nominatorum presentia Constitutus personaliter magister Willelmus Saye notarius publicus Ac procuratorum generalium alme Curie Cantuar unus exhibuit procuratorium suum literatorie pro Ricardo moderno vicario perpetuo de Lydlynch tunc Sar nunc Bristollien dioc et fecit se partem pro eodem et exhibuit quasdam literas testimoniales de et super perceptione, titulo et possessione quarundam decimarum et porcionum in dictis literis nominatarum fact per Commissarios generales Reverendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi quondam Cantuarien Archiepiscopi ad visitationem suam metropoliticam in dioc Sar exercend specialiter deputat ac sigillo officii eorundem Commissariorum in cera rubea ut apparuit sigillat Quarum quidem literarum verus et integer tenor talis est

Quorum interest noverint universi Quod cum dominus Willelmus Wisdome vicarius ecclesie de Lydelinche Sar dioc coram nobis Reverendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi dei gratia Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et Apostolice Sedis legati, dioc Sar iure suo metropolitico nuper actualiter visitant, Commissariis generalibus ad infrascripta sufficienter et legitime deputatis, de et super perceptione Titulo et possessione decimarum et porcionum inferius conscript, ad ecclesiam suam parochialem predictam (prout dicebat) pertinentium ab antiquo fuisset iudicialiter ex Officio nostro impetitus, videlicet omnium et singularum decimarum maiorum et minorum apud Stoke infra parochiam ecclesie de Hasilber de terris illis que nuper fuerunt de feodo domini de Plumber provenientium, ac decimarum garbarum et feni de dominio de Knyghtstrete infra parochiam ecclesie de Marnehull sit tam de terris dominicis quam de terris Tenentium ibidem qualitercumque provenientium, decimarum insuper garbarum de dominio de Knolton infra parochiam de Horton situat quod nunc obtinet quidam Rogerus Boteler, necnon, decimarum maiorum, et minorum de dominio de Budebinys infra parochiam de Porley dicte Sar dioc situat, idem Willelmus vicarius de Lydelinch suam perceptionem, Titulum et possessionem Canonicos suos de et in decimis et porcionibus memoratis, per testes fidedignos coram nobis in forma iuris iuratos examinatos ac per alia documenta legitima coram nobis exhibita, sufficienter docuit et probavit, Unde nos cause cognitione et iuris ordine observatis in hac parte rite procedentes, pro iure, et possessione ac Titulo dicti Willelmi vicarii quo obtinet in ecclesia decimis et porcionibus supradictis easdem decimas, et porciones ad ecclesiam parochialem de Lydelynche predictam et dictum Willelmum Wisdom eiusdem ecclesie vicarium pertinere et pertinere debere etiam in futurum pronunciamus et declaramus, necnon eundem Willelmum Wisdom, tanquam vicarium ecclesie, decimarum, et porcionum earundem possessorem et in hac parte sufficienter munitum ab impetitione Officii nostri quantum ad omnia et singula premissa dimittimus per decretum / In cuius rei Testimonium Sigillum officii nostri presentibus duximus apponendum / Dat apud Manston dicte Sar dioc xxiij° die mensis Septembris Anno domini millesimo Tricentesimo, Nonagesimo Et allegavit idem pars sua quod ipse habet huiusmodi literas in diversis locis multum inter se et longo intervallo distantibus et pluribus temporibus occupare et exhibere Quare ne per viarum discrimina seu alios fortuitos casus pereant seu earum facultas ei cum opus fuerit subtrahatur petiit quatinus nos easdem literas diligenter inspicere palpare legere, et considerare Et si eas sanas integras, ac omni carentes vicio inveniremus tunc easdem per notarium publicum exemplificari atque in publicam transumpti formam redigendas fore decernere dignaremur / Ad cuius peticionem nos Thomas Hale vicarius in spiritualibus generalis antedictus literas predictas in notarii predicti presentia diligenter inspeximus palpavimus legimus et consideravimus Et quia tam per antiquitatem et vetustatem literarum et characterum earundem quam per sigilli appensi impressionem licet vetustate aliqualiter attritam videtur nobis autenticis sintque preterea ipse litere sane et integre non rase non cancellate nec in aliqua earum parte viciate vel suspecte Ideo nos easdem literas testimoniales in publici transumpti formam ac per eundem notarium predictum transumendas ac redigendas fore Talemque et tantam fidem eidem transumpto ubilibet tam in iudicio quam extra quanta ipsis originalibus adhibendam fore decrevimus In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium verum et integrum tenorem literarum testimonialium predict' in se continen' exinde fieri ac per notarium publicum et Registrarium prenominatum subscribi necnon Sigilli dicti Reverendissimi patris appensione communiri ad peticionem dicti procuratoris fecimus et mandavimus / Acta fuerunt hec omnia et singula prout suprascribuntur et recitantur in Edibus solite habitacionis prefati Thome yale legum doctoris Vicarii in spiritualibus generalis antedicti infra port' sancti Gregorii Civitatis London situatis undecimo die mensis Junii Anno domini Millesimo quingentesimo Sexagesimo primo presentibus tunc et ibidem discretis viris magistris Roberto Allen et Christofero Clerke notariis publicis Almo Curie Cantuar' procuratoribus generalibus Testibus ad premissa videndum audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis /

Et ego Johes Incent Cantuarien' dioc' publicus auctoritate [illegible] notarius atque prefati Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuar' Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani Registrarius primarius Quia supradicti earum testimonialium exhibicioni, earumque inspectioni ac ceteris premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub Anno domini mense die et loco predict' coram prenominato venerabili viro magistro Thoma yale legum doctore Vicario in spiritualibus generali antedicto agebantur et fiebant una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum instrumentum verum et integrum tenorem earum testimonialium predict' in se continen' manu aliena (me interim aliis impedito negotiis) fideliter scriptum exinde fieri et in hanc publicam et autenticam formam redigi feci et eandem necnon Signo nomine Cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi una cum appensione Sigilli dicti Reverendissimi patris domini Archiepiscopi Cantuar' in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus

By the Quene

Most Reverend father in god we grete you well / Althoughe we knowe there nedeth no meanes to provoke you to further the reedifieng of the churche of St Poules in our Citie of London, being the same bothe in respecte of Christian religion and for honor of our Realme a right necessarie worke to be finisshed and that with speede, whereby the use of prayer and divine service may be restored the same and renowme by suche a worke dulie recovered, yet to ioyne our authoritie with yor devotion and good will we do auctorise you by waye of any manner of synall or other good conference withe the Bisshoppes of your province and the principall members of the clergie thereof to devise uppon some contribution of money and relief to be levied and collected of the same clergie wherein we meane nether to prescribe to you the manner of levieng nor the some to be contributed, But referre the same to your wisdome and the consideracon of so greate a worke, And yf you shall thinke meete to be informed therein uppon any speciall doubte, then to resorte to our counsell who in that behalfe shall geve you knowledge and advise of that whiche shall be convenient / yeven under our Signet at our Manner of Grenewiche the xxvjth of June the third yeare of our reigne To the Right Reverend father in god the Archebisshop of Canturbery

Lre missive dne Regine superius inscripte

After my right hartie commendacions unto your Lordship premised having receaved the Quenes maties lres the tenor whereof I send to you herewith I have thought good for the better accomplisshement of her maiesties pleasure herein to require your Lordship that not onelie uppon conference with the clergie of your diocese you do resolve your selves uppon suche reasonable imposition and contribucon to be collected and answered of our said Clergie towardes the reedifieng of the churche of Paules As maye seme correspondent to their severall states and prefermente in lyvinge But also that you do with all convenient spede signifie the tenor of the Quenes maiesties said lres to the Residue of the Bisshoppes of my province Requiring them to doe the like in their severall dioces Doing your Lordship further to understand that I thinke this Rate to be the best that will be accepted that the clergie of your diocese of London shold paie and contribute the twentith parte of their spuall promotions / And the Clergie of every other diocese of my province being not in their first fruite to paye onelie the thirtieth parte and they whiche be in their first fruites to paie onelie the fortith parte of their said promotions according to the Rate taxed in the Quenes maties Bookes Alwaies provided that Stipendaries and Curates and all suche beneficed men whiche by order of the Statute paie no first fruite be not in any wyse charged herein unlesse it be by your good persuasion And that withall yor Lordship for your selfe As also all other my brethern the Bisshoppes of my province by yor commaundement to send me your and their Resolute order and Answere herein with suche convenient spede as you and they maye / And thus I bid you most hartelie well from my Manner of Croidon the first daie of Julye / 1561 Your loving Brother Matthewe Cantuar' To the Right Reverend father in god the Bisshop of London geve these

Lre missive Reverendissimi inscript' Epo London

Lre missiva Reverendissimi Vicecomiti Oxon directa

After my right hartie commendacons premised, fforasmuche as within the dioces of Oxford there is no convenient prison for the suche Clerkes convicte as shalbe committed to the Custodie of the Ordinarie I have thought good to requeste your ffrendeship in this behalfe That yowe wolde vouchsafe to permitte suche convicte prisoners as I shalbe charged withall within the same dioces to be salvelie kepte in your comon Gayle at Oxford wherein like as yow shall doe me a frendelie turne so will I be readie to requite the same uppon occasion ministred, And thus fare yow hartelie well from my manner of Croidon the Second of July 1561 To the worshipfull Mr ffabyane Shirif of the Countie of Oxford and Barkshire these — — —

Commissio magistri Thome Yale Vicarii in spiritualibus generalis &c

Nono die mensis Julii Anno domini 1561 in Edibus magistri Thome Yale legum doctoris infra parochiam sancti Gregorii Civitatis London notorie situatis coram eodem magistro Yale in presentia mei Johannis Incent notarii publici Registrarii &c Comparuit personaliter Edwardus Orwell notarius publicus ac ex parte Reverendissimi in Christo patris domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi &c produxit eidem magistro Thome Yale literas Commissionales eiusdem Reverendissimi patris de officio Vicariatus in Spiritualibus generalis dicti Reverendissimi patris et Auditoris causarum et negociorum Curie Audientie Cantuar eidem magistro Thome Yale pro termino vite sue naturalis factas et concessas sigillo suo Archiepiscopali (ut apparuit) sigillatas et per decanum et capitulum ecclesie cathedralis et metropolitice Christi Cantuar sub eorum communi sigillo confirmatas et approbatas Quarum quidem literarum Commissionalium verus tenor sequitur et est talis in hec verba **Mattheus** permissione divina Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, dilecto nobis in Christo magistro Thome Yale legum doctori Salutem gratiam et benedictionem, Ad cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis causis ecclesiasticis in Curia Audientie nostre Cantuarien tam ex officio mero mixto vel promoto, quam ad quarumcunque partium instantias vel promotiones motis et movendis aut ad ipsam Curiam nostram rite devolutis vel devolvendis ac de iure more vel consuetudine in eadem tractand et ventiland, ipsasque et ipsa discutiend, decidend et fine debito terminand Criminaque delicta, et excessus quorumcunque subditorum tam infra dioc nostram Cantuar ac peculiares iurisdictiones nostras quam provinciam nostram Cantuarien degen sive commoran et delinquentium, quorum correctio, punitio et reformatio ad nos et forum ecclesiasticum de iure legibus et statutis huius inclyti Regni Anglie pertinere dinoscuntur debite corrigend castigand et puniend ac penas salutares et condignas eis pro commissis huiusmodi iniungend Illosque necnon beneficiatos subditos quos ab officiis vel beneficiis ecclesiasticis de iure vel huius regni Anglie Statutis removeri amovendos rite amovend, ac eos beneficiis et officiis suis ecclesiasticis huiusmodi privand et destituend Necnon quoscunque clericos ad quecunque Beneficia ecclesiastica tam infra dioc nostram Cantuarien et quascunque peculiares iurisdictiones nostras et ecclesie nostre Christi Cantuarien iurisdictioni nostre immediate, quam etiam alibi infra quascunque dioc nostre Cantuarien provincie quam et quotiens easdem dioc pastorum solatio destitutas fore et vacuas devenire contigerit sit et fuerit, ad presentationem eorundem Beneficiorum presentationes examinand et de instituend Curamque et regimen animarum parochianorum eorundem ei vel eis quem vel quos idoneos repereris committend ipsosque per te sic instituend in realem actualem et corporalem possessionem eorundem Beneficiorum induci et investiri per mandat cuiuslibet dioc faciend et mandand, Ad visitand preterea tam in capite quam in membris ecclesiam nostram cathedralem et metropoliticam Christi Cantuarien ac Civitatem et dioc nostram Cantuarien predict Necnon quascunque alias ecclesias cathedrales, ac Civitates et dioc nostre Cantuarien provincie, ac alias quascunque ecclesias et loca ecclesiastica quecunque tam exempta quam non exempta in et per easdem Civitates et dioc nostras Cantuarien ac provinciam nostram Cantuar constitut Clerumque et populum in eisdem degen, sive residen quotiens et quando visitatio eorundem ad nos de iure prerogativa vel consuetudine dinoscitur pertinere, deque statu ecclesiarum et locorum huiusmodi, necnon vita moribus, conversatione et qualitatibus personarum in eisdem et locis huiusmodi degen sive residen modis omnibus quibus id melius et efficatius poteris inquirend et investigand Necnon omnia et singula alia faciend, exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, et que nos metipsi in hac parte in persona nostra propria facere et exequi possemus vel deberemus, Tibi de cuius sana doctrina fidelitate circumspectionis industria, ac in rebus fideliter gerendis dexteritate, plurimum in domino confidimus vices nostras committimus et plenam tenore presentium concedimus potestatem, speciali facultate quascunque electiones quorumcunque episcoporum nostre Cantuar provincie iuxta leges et Statutorum huius inclyti Regni Anglie exigentiam rite confirmand et approband et quascunque Censuras ecclesiasticas etiam fulminand Teque causarum et negociorum Curie Audientie nostre Cantuar Auditorem Vicarium in Spiritualibus generalem et officialem principalem nostrum et dicte nostre [illegible] omnibus et singulis feodis vadiis proficuis, commoditatibus et emolumentis eidem Officio ab antiquo spectantibus ac spectare et pertinere debentibus, durante vita tua naturali ordinamus deputamus, et constituimus per presentes Proviso tamen semper quod quotiens et quandocunque contigerit eodem Archiepiscopalem

Cantuarien aliquo modo [illegible] durante [illegible] predict [illegible] Archiepi Cantuarien [illegible] officij predict non aliqualiter se extendat [illegible] sive deputat suum durante [illegible] quod exercitium officij predict [illegible] inde provenien pro toto tempore huius vacationis [illegible] licebit decano et capitulo eccl[es]ie Xpi cath et Metropolitice Cantuarien predict [illegible] et sua sive dare et concedere officium predict et exercitium eiusdem [illegible] officij provenien alicui alij persone sive aliquibus alijs personis durante huius vacationibus sive quarumcumque vacationibus Sedis Archiepalis predict aliquo in contrario Script [illegible] non obstan In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nro de Croydon vicesimo octavo die mensis Julij Anno dni millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo et nre Consecr Anno Secundo

Et nos decanus et Capitulum eccl[es]ie cath et Metropolitice Xpi Cantuarien supradictas lras commissionales per prefatum Reverendissimum in Xpo patrem dnm Mattheum Archiepm Cantuarien pro magro Thome Yale legum doctori per terminum vite naturalis eiusdem magri Thome Yale factas Ac omnia et singula in eisdem lris Commissionalibus contenta et specificata prout in eisdem scribuntur specificantur et recitantur quantum in nobis est quo ad ius nrum ratificamus approbamus et confirmamus [illegible] iuribus prerogativis et consuetudinibus nris et dicte eccl[es]ie cath et Metropolitice Xpi Cantuarien predict quotiens et quando Sedem Archiepalem ibm vacare contigerit et ad semper salvis et reservatis In cuius rei testimonium Sigillum nrum commune presentibus apposuimus Dat in domo nra capitulari ultimo die mensis Julij Anno dni millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo

Confirmatio Capli Cant

Quibus per me Johem Incent Registrarium antedictum de mandato dci magri Yale publice perlectis ipse ob reverentiam et honorem dci Rmi patris acceptavit in se onus executionis huiusmodi Commissionalium lrarum et devenit procedend fore [illegible] iuxta vim formam et effectum earundem presentibus tunc et ibm magris Nicholao Robinson sacre theologie Bacho et Willmo Saye notario publico Alme Curie Cantuar procuratorum generalium [illegible] testibus &c

I Commend me unto you And whereas a declaracon of certaine principall pointes of Religion was of late sett forthe aswell by myne order As also by my lord of Yorke his grace wth the rest of our Brethern the other Bisshoppes of this Realme the copie whereof I send to you herein enclosed These shalbe to will and requier you to se the same by your officers published within that my diocess of Canterbury at suche tymes and in suche order as you shall thinke most convenient so that the same maye be effectuallie executed and observed Accordinglie willing you further to se the same redde and declared at tymes therein mentioned by all suche clerke as it dothe concerne Assuring your self of myne assistaunce against the contemptuous thereof. And thus fare you hartelie well From Lambehith the fourth of August 1561 Copia lrarum missivarum Rmi script Archino Cantuar

Lre missive Reverendissimi script Archino Cant

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Xpo magro Johi Parke in legibus Bacho salutem gratiam et benedictionem De tuis sana doctrina conscientie puritate circumspectionis industria et prudentia in rebus gerendis fidelitate plurimum in dno confidentes Te decanum decanatus nri de Risborowe nri et dicte nre Metropolitice Xpi Cantuarien iurisdictionis immediate preficimus et constituimus per presentes Tibique ad visitand ecclias et capellas omnes et singulas, Clerumque et populum decanatus predicti prout ab antiquo visitari consuevit et procurationes debitas recipiend Necnon ad inquirend super quibuscunque criminibus excessibus et delictis ibm commissis vel imposterum committend quorum cognitio correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine aut huius Regni Anglie Statutis poterunt pertinere Ipsaque et ea debite corrigend reformand et puniend Ac etiam ad cognoscend procedend, statuend et diffiniend in omnibus causis et negocijs in dicto decanatu iurisdictionis nre motis mutatis et intentatis iam pendentibus indecisis seu imposterum movend et intentand sive ad instantiam partium sive ex officio mero vel promoto, ac ea cum suis incidentibus emergentibus annexis et connexis quibuscumque audiend discutiend et fine debito terminand Testamenta etiam omnium et singulorum in dicto decanatu decedentium insinuand et approband Ac administrationes omnium et singulorum bonorum quorumcumque testantium huiusmodi sive

Comissio magri Johis Parke decani de Risborowgh

ab intestato aut pro intestatis decedentium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis seu illi vel illis cui seu quibus de iure vel consuetudine aut huius Regni Anglie Statutis committi debeant committend. Ac computum calculum sive raciocinium executorum et bonorum Administratorum huiusmodi audiend. examinand. admittend. et approband. Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori compoto in hac parte (si et quatenus videbitur expediens) dimittend. Ceteraque omnia et singula alia ad officium decani huiusmodi et exercitium iurisdictionis spiritualitatis dicti decanatus de iure aut consuetudine spectand. et que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciend. exercend. et expediend. Tibi harum serie vices nostras committimus cum cuiuslibet cohercionis canonice potestate tantisper duratur. quoad eas duxerimus revocand. Assumpto Tibi dilecto nobis in Christo magistro Iohe Incent Registrario nostro principali vel eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum tuorum Scribam in hac parte durante hac nostra commissione. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambehith xxo die Augusti Anno dni Millesimo Quingen. Sexagesimo primo Et nostre Cons. Anno Secundo

lre missive pro contri
butione fiend. pro
reparatione ecclie
pauline london

I Commend me unto you And having receaved the Quenes maiesties lres the tenor wherof I send to you herewith, I have thought good for the better accomplishement of her maties pleasure therein to will and require you with suche convenient spede as you maye to call togethers the clergie of my diocese And uppon conference with them to resolve your selves uppon suche reasonable imposition and contribucion to be collected and gathered of them towarde the reedification of the churche of Paules as maye seme reasonable to their severall states and preferrmente in lyvinges Doing you further understand that I thinke this rate to be the best that will be accepted that the clergie of my said diocese being not in their first frutes shold contribute and paie the thirtieth parte of their severall promotions And they whiche be in their first frutes to paie onelie the fortieth parte according to the rate taxed in the Quenes maiesties bookes And suche Stipendarie priestes as receave twelve poundes wagges by yere and upwarde likewyse to paie the fortieth parte of their said yerelie Stipendes Alwaies provided that suche Beneficed men whiche by order of the Statute paye not first frutes be not in any wyse charged herein except it be by your good perswasion And that you do send me your resolute order and answer herein with suche convenient spede as you maye From my manor of Lambehith the xviijth of September 1561 Your frend Matthewe Cantuar To master doctor Nevenson Commyssarie generall of my diocese of Cantorbury yeve thes

alie lre missive direct
Epo London

After my right hartie commendacons to your Lordship premised these shalbe to desire and require you for certaine consideracons conducent to the generall reformacon of the clergie of the province of Canterbury to certefie me on this side the first daie of Februarie next ensuing or so spedilie as you may convenientlie of the names and surnames of all and singler deanes Archedeacons Chauncellors Chaunters, and others having any dignitie in your cathedrall with all the prebendaries of the same And also of all and singler psons and vicars within your diocese And howe many of them be resident and where the absente do dwell and remaine howe many of them aswell of your cathedrall as of other benefices in your diocese be neither preste nor deacons nothing also the names of all suche as be lerned and hable to preache of what degree and whiche of them being alreadie licensed do preache accordinglie And finallie howe many of them do comonly kepe hospitalitie And thus trusting of your lordships good diligence herein I wishe you most hartelie well to fare From my manor of Lambehith the xviijth of November 1560 your loving brother Matthewe Cantuar Md that there was a letter of this tenor sent to every busshop of the province of Canterbury Md that there was two of this tenor sent to the busshops of Winton and Peterborough and to the commissaries of Glocester and Oxford dated the xviijth of Septembris 1561

alie similes lre
missive Epo London

After my right hartie commendacons unto your Lordship premised where by lres dated the xviijth daye of November last I required you for certaine consideracons conducent to the generall reformacon of the clergie of my province of Canterbury to certefie me before the first daye of Februarie then next ensuing or so spedelie as you might convenientlie of the names and [illegible]names of all and singler deanes Archedeacons Chauncellors Chaunters and others having any dignitie in your cathedrall Church[illegible] with all the prebendaries of the same And also of all and singler psons and vicars within your diocese and howe many of them be resident And where the absente do dwell and remaine howe many of them aswell of your cathedrall church as of other benefices in your diocese be neither preste nor deacons with the names also of all suche as be lerned and hable to preache of what degree and whi of them being alreadie licensed do preache accordinglie And finallie howe many of them do

kept hospitalitie / fforasmuche as hitherto I have not receaved any Certificat from you according to my said lettres, As I can not but marvell therat So have I thought good oftesones to requyre your Lordshipp to certefie me of the pointes above written on this side the feaste of Christmas next ensuing / And that your certificate in that behalfe be conceyved and made according to the forme herein enclosed And thus trusting of your lordshippes good diligence herein I wishe you most hartelie well to fare / ffrom my manor of Lambehith the xxvjth daye of September / 1561 / Your loving brother / Matthue Cantuar / To the right honorable and my loving brother the Busshop of Salisburie theis / Md that like of this tenor were sente to the Busshoppes of Norwich, Bathe and Welles, Coventre and Lichefeld Exetor / Chichester and Lincoln

Commissio facta magistris Nevinson, Becon et Butler ad visitand hospitale de Estbridge Cantuar dioc

Matthewe permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et metropolitanus dilectis nobis in Xpo magistro Stephano Nevinson legum doctori, Thome Becon et Johi Butler clericis ecclie nre metropoliticae Xpi Cantuarien Canonicis et prebendariis Salutem gratiam et ben. Suscepte cura Regiminis nos impellit, ut vitia extirpando et virtutes plantando nri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Hinc est Qd nos hospitale de Estbridge infra Cantuarien civit tam in capite quam in membris propediem (Annuente dno) visitare et defectus inibi repertos, correctione, et reformatione necnon indigentes corrigere, et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus. Verum quoniam nos impresentiarum quibusdam arduis et urgentibus negotiis ita sumus implicati et remorati prout et verisimiliter erimus infuturum Qd dictum nrum pium propositum in persona nra propria exequi non possumus neq valemus (uti vellemus) si huiusmodi impedimentis non remoraremur, Vobis de quorum fidelitatibus et circumspectionum industriis ac in rebus feliciter gerendis dexteritatibus in his et aliis vobis creditis negotiis plenarie in dno confidimus hanc provinciam duximus committend. Ad visitand igitur tam in capite quam in membris hospitale de Estbridge predict necnon statum eiusdem hospitalis necnon vita moribus et conversatione, ac etiam qualitatibus tam magistri sive Custodis hospitalis pred quam quarumcumque personarum administrationes et officia quecumque in eodem hospitali obtinentium modis omnibus quibus id melius et efficatius poteritis inquirend et investigand, Criminosos vero culpabiles et delinquentes quoscumque in officiis et administrationibus suis prout per quam viderint congruam et competentem correctionem canonicam puniend et corrigend atque ad probationes vindicandi modo, modis omnibus quibus id melius et efficatius poteritis removend, Nec non fundationes, ordinationes, donationes, Chartas Compositiones, Statuta, Regulas, ceteraq omnia et singula munimenta dicti hospitalis statumq eiusdem quovis concernen et tangentia exigend et recipiend eaq et ea diligenter examinand et considerand die lune viz xxvij die mensis Octobris prox futuro inter horas octavam et decimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) in ea parte fiend, Ceteraq omnia et singula alia faciend, exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quovis oportuna, vobis coniunctim et divisim vices nras committimus per presentes cum cuiuslibet coercionis canonice potestate. Assumpto vobis coniunctim et divisim dilecto nobis in Xpo magistro [illegible] tenent notario publico Registrario nro primario vel quocumque alio notario publico in Registrarium et Actorum vestrorum Scribam in ea parte durante hac nra Commissione. Mandantes insuper vobis Qd dicta visitatione vra finita de omni eo quod per vos in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit, nos aut officialem nrum principalem per literas vras patentes sub forma autentica conceptas, certiores faciatis prout decet. In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat in manerio nro de Lambehith xxiiij die Septembris Anno dni 1561 et nre Cons Anno Secundo / — / — /

Certificatorium fact Baronibus Scaccarii pro ecclia de Kenarton Cantuar dioc

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus / Dilectis nobis in Christo Roberto Thomas generoso, Richardo Thomas et Yevano ap Yevans Galtus, yeman, et Ved / Cum nuper de gravi querela nonnullorum fidedignorum nobis delatum fuerat, Quod Willelmus Darkyns clericus Rector ecclesie de Thaire alias Llausamon Landavensis diocesis nostre Cantuariensis provincie per Annum integrum et amplius a prefata ecclesia sua parochiali se continue absentavit Curam animarum parochianorum ibidem sibi commissam negligendo in animarum suarum grave periculum, dicteque ecclesie parochialis et parochianorum ibidem preiudicium non modicum et gravamen / Unde nos premissa conniventibus oculis preterire nolentes, sed eis pro posse nostro subvenire, ac negligentiam loci illius Ordinarij in hac parte premissa reformare postponentis pro officij nostri debito supplere volentes, Omnes et singulos fructus, redditus, proventus, decimas, oblationes, commoditates, ac cetera iura et emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictam ecclesiam parochialem et eius Rectorem pro tempore existentem qualitercumque spectantia ex officio nostro sequestraverimus et huiusmodi sequestri nostri custodiam vobis coniunctim et divisim duxerimus committendam / Quia tamen (ut de fidedignis testimonijs informamur) prefatus Willelmus Darkyns ex iustis causis et impedimentis et non per aliquam negligentiam se a dicta sua ecclesia absentet, Qui quidem Willelmus ad nos personaliter accedens in dicta sua ecclesia personaliter residere, ac divina officia ibidem in persona sua propria celebrare pro officij sui debito (cessantibus impedimentis predictis) promisit, Nos igitur ex causis predictis, et alijs nos in hac parte specialiter moventibus, Sequestrum nostrum predictum sic (ut premittitur) in fructibus, proventibus, et emolumentis ipsius ecclesie alias per nos interpositum, ad ipsius Willelmi Darkyns instantem petitionem duximus relaxandum prout etiam harum serie sic relaxamus, Que quidem premissa vobis et vestrum cuilibet ac ceteris quibuscumque quorum interest in hac parte innotescimus per presentes / Vobis et cuilibet vestrum mandantes, Quod vos in fructibus, proventibus, et emolumentis ipsius ecclesie vigore sequestri predicti a die receptionis presentium et notificationis earundem vobis factis, intromittere non presumatis, seu vestrum aliquis presumat sub pena contemptus / In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Datum in Manerio nostro de Lambehithe, xxx° die mensis Augusti, Anno domini 1562. et nostre Consecrationis Anno tertio. /

Commissio ad prorogandum visitacionem Collegiorum Animarum et de Merton in Oxon /

Thomas Yale legum doctor, Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius unacum venerabilibus viris magistris Johanne Kennall legum etiam doctore, et Johanne Warner in medicinis doctore ad visitandum tam in capite quam in membris Collegia omnium fidelium defunctorum et de Mertona in Universitate Oxoniensi cum hac clausula coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus / Dilectis nobis in Christo magistris Thome White et Johanni Gryffyth legum doctoribus et Johanni Man artium magistro Salutem in domino sempiternam / Cum nos in visitatione ordinaria dicti Reverendissimi patris nuper infra Collegium de Merton, necnon Collegium Animarum predictum inchoata, et actualiter exercita rite procedentes, postquam ad nonnullos actus Iudiciales in eadem visitatione habitos et gestos processerimus, tandem visitationem de certis causis iustis, rationabilibus et legitimis nos in ea parte moventibus, usque ad et in xix^um diem presentis mensis Octobris prorogaverimus et continuaverimus, Quia tamen impeditiarum quibusdam arduis et urgentibus negotijs ita sumus impediti et remorati prout de verisimili erimus futurum ad expeditionem dicte visitationis eodem xix° die presentis mensis Octobris vacare non poterimus // Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et rogamus, Quatenus dicto xix° die presentis mensis Octobris prefata Collegia adeatis, atque in ecclesijs sive Capellis ibidem in presentia Custodum et Sociorum eorundem collegiorum, eandem visitationem usque ad et in vicesimum diem mensis Maij proxime futurum ac inter horas octavam et decimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc etiam fiendis (si oporteat) continuetis et prorogetis, seu vestrum aliquis continuet et proroget, Ceteraque omnia et singula faciatis et expediatis, que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Ad que omnia et singula modo premissa gerend. et expediend. vobis co[njunctim] et di[visim] committimus vices nostras et plenam tenore presentium concedimus facultatem / In cuius rei testimonium Sigillum Curie Audientie Cant. presentibus apponi procuravimus / Dat. vijo die mensis Octobris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Secundo.

Commissio ad admittend. magistrum Georgium Ackworth in advocatum curie Cant. de Arcubus.

Mattheus permissione divina Cantuar. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus / Dilecto nobis in Christo magistro Roberto Weston legum doctori, curie nostre Metropolitice Cant. de Arcubus London. Officiali, aut alii eiusdem curie presidenti cuicumque Salutem, gratiam et ben. / Literarum scientia, vite probitas, morum honestas, multaque alia virtutum dona, quibus altissimus magistrum Georgium Ackworth legum doctorem haud vulgariter insignivit, Nos merito inducunt, ut personam ipsius singulari studio et favore benevolo prosequamur, Hinc est quod nos eundem magistrum Georgium Ackworth intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum advocatorum curie nostre Cant. predicte admittend. et aggregand. non gravamur / Ad dispensandum igitur cum eodem magistro Georgio in forma curie nostre predicte solita et consueta, ut in numerum et collegium advocatorum curie nostre predicte admitti, et in eadem patrocinari valeat, ipsumque advocatum eiusdem curie nostre admittend. et in numerum advocatorum curie predicte aggregand., tibi vices nostras tenore presentium committimus, ac specialem elargimur facultatem, Statutis et ordinationibus eiusdem nostre curie in contrarium editis non obstantibus quibuscumque / In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nostro de Lambhith primo die mensis Novembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Secundo. Et nostre Consecrationis Anno tertio.

Significatio Rmo ut ipse dignetur scribere Regie Mati. pro captione corporis Johis Parramore excommunicati

Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuar. Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, eiusve Vicario in Spiritualibus generali, Officiali principali, sive Commissario in hac parte cuicumque / Vester humilis et devotus Stephanus Nevinson legum doctor Civitatis et dioc. Cantuar. Commissarius generalis legitime fulcitus. obedientias reverentias et tantam tanto Reverendissimo patri debitas cum honore / Cum nos de officio nostro mero rite et legitime procedentes, quendam Johem Parramore firmarium sive receptorem fructuum et proventuum ac iurium et emolumentorum ecclesiasticorum vicarie perpetue ecclesie parochialis de Mynster in Insula Thaneti nostre Cant. dioc. ad comparend. coram nobis certis die et loco competen., Computum, calculum, sive rationem de et super dictis fructibus et ceteris premissis per eum receptis personaliter reddituri legitime et peremptorie citari fecimus ac ipsum sic citatum, sepiusque ac publice preconizatum, diutiusque et sufficienter expectatum et nullo modo comparentem pronunciaverimus contumacem, ac in penam sue huiusmodi contumacie, eundem excommunicaverimus in scriptis Iustitia id suadente, ac ipsum Johem Parramore sic excommunicatum fuisse et esse per literas nostras denunciatorias publice denunciari fecerimus, et mandaverimus. Sicque per Quadraginta dies et amplius in huiusmodi excommunicationis sententia perseveravit, atque adhuc stat et perseverat animo pertinaci et indurato iurisdictionem ecclesiasticam Regiam nequiter contemnendo / Vestre igitur Reverendissime paternitati significamus et supplicamus, intime rogantes, quatenus ad ipsius Johis Parramore sic excommunicati obstinatiam reprimendam Regie Maiestati pro ipsius corporis captione iuxta Regni sui Anglie consuetudinem hactenus in similibus usitatam scribere dignemini cum favore / Ut quem timor pene ecclesiastice a contemptu non revocat, saltem coerceat animadversio pene corporalis a sua Mate. infligenda, quam ad populi regimen et munimen ac Regni sui Tranquillitatem diu conservet prosperam Clementia Salvatoris / In cuius rei Testimonium Sigillum Officii nostri presentibus est appensum / Dat. Cant. xxvjo die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo, Sexagesimo, Secundo.

Significatio Regie Mati. pro captione corporis predicti Johis Parramore.

Illustrissime, invictissimeque, et potentissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe Dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defensori etc. Mattheus permissione divina Cantuar. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Obsequium, gratiam, et felicitatem, cum omni subiectionis honore in eo per quem Reges regnant et principes dominantur / Vestre Serenissime Regie Mati. tenore presentium significamus, Quod dilectus nobis in Christo magister Stephanus Nevinsen legum doctor Commissarius nr generalis Ciuitatis et dioc nre Cantuar. l(egi)time deputatus de officio suo mero rite et l(egi)time procedens, Quendam Johem Parramore firmarium sive receptorem fructuum, et proventuum, ac Jurium, et emolumentorum ecclesiasticorum vicarie perpetue eccl(es)ie parochis de Mynster in Insula Thaneti nre Cant. dioc. et Jurisdictionis, ad comparend coram eo certis die et loco competentibus computum, calculum sive rationem de et super dictis fructibus, et ceteris premissis per eum receptis plenarie reddituri l(egi)time et peremptorie citari fecit, ac ipsum sic citatum, sepius ac pu(bli)ce preconizatum, diuque et sufficienter expectatum et nullo comparentem pronunciauit contumacem, ac in penam contumacie sue huiusmodi, eundem Johem Parramore excommunicauit in scriptis Justicia id suadente. Ac ipsum Johem sic excommunicatum fuisse et esse per literas suas denunciatorias pu(bli)ce denunciari fecit et mandauit, Dictusque per quadraginta dies et vltra in huiusmodi excommunicationis sententia perseuerauit atque adhuc stat et perseuerat animo obstinaci et indurato, claues sancte matris ecclesie nequiter contemnendo, in anime sue grave periculum, aliorumque Xpi fidelium subditorum exemplum longe perniciosum. Cum igitur Sancta mater ecclesia vlterius non habeat quod faciat in hac parte, vestre Regie Sublimitati humiliter supplicamus et rogamus, Quatenus ad ipsius Johis Parramore excommunicati et denunciati contumaciam reprimendam, Brachium vestri auxilij secularis extendere, et pro corporis sui captione, et carcerali mancipatione eiusdem, ministris vestris scribere, Iuxta huius inclyti vestri regni Anglie Statuta et Consuetudinem laudabilem in talibus hactenus vsitatam graciose dignemini, Vt quem dei opt. max. timor a malo non reuocat, saltem seuerior vestre Regie Maiestatis animadversio castiget, coerceat, corrigat et ad cor reducat, Dictamque clementissimam vestram ma(iesta)tem ad populi sui felix regimen diu conseruet in prosperis dextera dei Omnipotentis. In cuius rei testimonium Sigillum nrum p(rese)ntibus apponi fecimus. Dat in Manerio nro de Lambehith quarto die Novembris Anno dni 1562. et nre consecr Anno tertio.

Commissio facta epo Dovor ad procedend c(ontra) Thomam Chafyn et eius vxorem

Matthaeus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Venerabili confratri nro, domino Johi eadem permissione Dovor epo, vestro Vicario in Spualibus generali et Officiali principali salutem et fraternam in domino charitatem. Cum vos quosdam Thomam Chafyn et Elizabetham Edmonds als Chafyn eius vxorem vestre Dovor dioc nostreque Cant provincie ad comparend coram vobis certis die, hora et loco eis assignatis, quibusdam articulis, capitulis sive interrogatorijs animarum suarum salutem, necnon morum et excessuum suorum reformationem et correctionem concernentibus responsur vocari et citari feceritis, dictique Thomas et Elizabetha (eo quod vt asseruerunt in peculiari Jurisdictione Decani ecclie vestre cathedralis Dovor predicte morantur et eo obtentu a vestra Jurisdictione omnino exempti sunt) ad nos et Curiam Audientie nre Cant et Auditorem eiusdem a vobis appellauerint, tamen quia nonnullorum fidedignorum relatione accepimus et intelligimus, dictos Thomam et Elizabetham de et super quibusdam excessibus et delictis adeo notatos fuisse et esse vt reformatione maxima indigeant, Et nolentes vt vicia et crimina sub huiusmodi privilegij velamine obtegantur, sed e contrario reuelentur et puniantur, Causam huiusmodi et eius examen cum suis incidentibus, emergentibus, annexis et connexis quibuscunque vestre confraternitati et Vicario vestro in Spualibus generali predicto ex causis predictis committimus discutiendam, et fine debito terminand, Rogantes vt diligenti examine super premissis habita quod iustum fuerit decernatis prout decet. Aliquibus literis inhibitorijs vobis aut vestrum alteri forsan in contrarium emanatis non obstantibus, quibus harum serie derogamus, et ad omnes Juris effectus exinde sequentes validis pro vacuis et nullis haberi volumus per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nro de Lambehith xxijo die mensis Novembris Anno dni Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo Secundo et nre Consecr Anno tertio.

Commissio pro Epo Wellen ad admittend. Joh. Welles ad sacros ordines.

Mattheus permissione divina Cantuar. Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus, Venerabili confratri nro domino Gilberto Barkley eadem permissione Bathon et Wellen Epo Salutem et fraternam in domino charitatem/ Ad admittend. et promovend. vice et auctoritate nris, dilectum nobis in Xpo Johem Welles ~ rectorem beate Marie de Archubus London ecclie nre Metropolitice xpi Cantuar. Jurisdictionis immediate ad omnes sacros ordines quos non dum est assecutus, dicq. manus vestras imponend. (Si dictus Johes Welles vite honestate morum probitate, et sacrarum literarum eruditione idoneum fore comperitis) in quacumq. ecclia capella sive Oratorio decenti per provinciam nram Cantuar. vbilibet constitut. quocumq. die dnico vel festivo iuxta morem et ritum modernum ecclie Anglicane in hac parte pie et sancte editum, in presentia Notarij et Scribe nri principalis vel eius ~ deputati, ffraternitati vre vices nras committimus et plenam in domino tenore ~ presentium concedimus ptatem / In cuius rei Testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nro de Lambehith Secundo die Januarij Anno dni iuxta Computacoem ecclie Anglicane 1562. et nre Cons. Anno quarto. /

Admissio prefati Johis Welles ad ordines

Die dominica tertio viz die mensis Januarij Anno domini iuxta Computacoem ecclie Anglicane Millimo, Quingen., Sexagesimo, Secundo. Reverendus pater dominus Gilbertus Barkley Epus Bathon et Wellen, vigore Commissionis suprascripte admisit ~ prefatum Johem Welles ad Sacrosanct. diaconatus et presbiteratus ordines, vigore dispensationis etiam eidem Joh. Welles in hac parte concesse/ Act. in quodam oratorio ~ infra edes solite habitationis Whitbroke Civis civitatis London in vico nuncupato Milkestrete eiusdem Civitatis notorie sitas, vt idem reverendus pr. retulit/

Certificatorium in curiam Scaccarij de clericis admissis ad beneficia Cant. dioc.

Honorabilibus viris dominis Baronibus curie Scaccarij illustrissime in Xpo principis et domine nre, dne Elizabethe dei gratia Anglie, ffrancie, et Hibernie Regine fidei defensoris &c. et eiusdem curie Thesaurario, ac ceteris in eadem a consilijs, Mattheus permissione divina Cant. Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam et fidem indubiam presentibus adhiberi/ Breve supradicte domine nre Regine presentibus annexum vna cum ea qua decuit reverentia, obedientia, et subiectione ~ humiliter recepimus requirens/ Cuius vigore pariter et auctoritate scrutatis diligenter ~ de mandato nro Registris nris sub custodia Registrarij nri primarij existen. et fideliter custoditis, Nomina et cognomina omnium et singulorum Clericorum ad promotiones et Beneficia ecclesiastica infra dioc. et Jurisdictiones immediatas ecclie nre Metropolitice xpi Cant. a festo natalis dni nri Anno regni dicte illustrissime domine nre Regine quarto, ~ vsq. ad idem festum Natalis dni nri vltimo preterit. Anno supradicte dne nre Regine Quinto. admissorum, vnacum annotatione et descriptione dierum, mensium, ~ et annorum admissionum et Institutionum eorundem clericorum ad beneficia huiusmodi in Schedula presentibus annexa describi fecimus et mandavimus/ Que omnia et singula ita se habere et vera esse vobis harum serie iuxta tenorem brevis Regij supradicti duximus significand. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nro de Lambehith quinto die mensis Januarij Anno ~ dni iuxta Computacoem ecclie Anglicane 1562 et nre Cons. Anno quarto; /

Nomina clericorum admissorum ad beneficia ecclesiastica, Cantuar. dioc. et Jurisdictionis immediate eiusdem, a festo natalis domini ~ Anno regni dne nre Regine Elizabethe quarto, vsq. in idem festum Natalis dni nri Anno regni eiusdem dne Regine quinto sequuntur/

Decimo tertio die Januarij Anno dni iuxta computacoem ecclie Anglicane Millimo, Quingen.mo, Sexagesimo, primo, Johes Armetrydinge clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Knolton in com. Kanc.

Decimo quinto die eiusdem Januarij Willmus Gott ad vicariam perpetuam ~ ecclie parochialis de Ringmer decanatus de Southmalling in com. Sussex.

Secundo die ffebruarij Ao dni pred. Thomas Elgar ad ecclesiam parochialem de Deale in com. Kancie.

vjo die ffebruarij pred. Andreas Peerson ad ecclesiam parochialem de Brasted in com. Kancie.

Vicesimo tertio die eiusdem ffebruarij, Willimus Kynot ad vicariam de Godmysham vnacum Capella de Challocke in com Kanc.

Quinto die mensis Marcij Anno dni p'dicto Iacobus Perce ad vicariam de Chystlet in com Kanc.

vjo die eiusdem Marcij Iohes Ireland ad vicariam perpetuam eccl'ie parochialis de Willesborough in com Kanc.

Tertio die Aprilis Anno dni 1562 Thomas Bearon ad vicariam de Sturrye in com Kanc.

Decimo quinto die Aprilis p'dicti Iohes Lebat ad eccl'iam parochiem de Kenarton in com Kancie.

Decimo sexto die eiusdem mensis Richus Hayman ad vicariam perpetuam eccl'ie parochialis de Chart iuxta Sutton Vallence in com Kanc.

Eodem die Willimus Watte ad vicariam perpetuam eccl'ie parochis Sancte Margarete Clyffe prope Dovor in com Kanc.

Vicesimo septimo die mensis predicti Robertus Hall ad eccl'iam de Newenden in com Kanc.

Decimo tertio die Maij Anno dni predicto, Iohes Purstant ad eccl'iam parochiem de Lachingdon cum capella de Lallnig eidem annexa in com Essex.

vijo die Maij p'd Thomas Chamber ad eccl'iam parochiem beate Marie Wulcharve Civitate London.

xvjo die Iunij Ao dni predicto Iohes Hill ad eccl'iam parochiem beate Marie Aldermary, decanatus de Archubus London.

Octavo die Iulij Ao dni predicto, Andreas Peterson ad eccl'iam parochiem de Chiddingstone in com Kanc.

Nono die Iulij p'dict Thomas King ad eccl'iam parochiem de Stanmer in com Sussex.

xvjo die Iulij p'dict Nicholaus Simpson ad vicariam de Lenham in com Kanc.

xviijo die eiusdem Iulij Thomas Bewley ad eccl'iam parochiem de Southchurche.

xxvjo die Augusti Ao dni predict Iohes Knocke ad vicariam de Petham in comitatu Kanc.

xxvijo die Augusti Thomas Iackson ad vicariam perpetuam eccl'ie parochialis de Leyton in com p'd.

Secundo die Septembris Ao dni p'd Richus Peerse ad vicariam de Lillington als Linton in com Kanc.

Quinto die Septembris p'd Rogerus Hurt ad eccl'iam de Bredgar in com Kanc.

xvo die Octobris Anno dni p'dicto Iohes Holinshed ad vicariam de Rainham in com Kanc.

Tertio die Novembris Ao dni p'dict Willimus Marshe ad vicariam de Sittingborne in com Kanc.

Nono die Novembris p'dict ffranciscus Rodman ad vicariam de Littleborne in com Kancie.

xviijo die Novembris Robertus Whitting ad eccl'iam de Wittrysham in com Kanc.

xxjo die Decembris Ao dni 1562 predicto Iohes Padge ad vicariam de Wednset in com Kanc.

xxjo die Decembris p'd Willimus Russell ad vicariam de Preston iuxta ffeversham in com Kancie.

Lic' demoliend horreum ptinen vicarie de Mynster.

Matheus divina providentia &c. **Dilecto** nobis in Xpo Johanni Butler clerico vicario perpetuo vicarie eccl'ie parochialis de Mynster in Insula de Thanet nre Cant dioc salutem gratiam et ben. Porrecta nobis nuper pro parte tua petitio continebat qd horreum quoddam magnum vicarie tue de Mynster p'dict ptinen adeo ruinosum et dilapidatum existit ut sine magnis et intollerabilibus sumptibus et expensis ultra posse tuum ferendis refici et reparari non possit et pro eo quod aliud quoddam horreum eidem vicarie etiam spectans ad oes et singulos fructus et decimas dicte vicarie ptinen tam in pnti qz etiam futuris temporibus reponend satis competens et vale necessarium sit, dictumque horreum ruinosum absque magno detrimento et incomodo tui et successorum tuorum in eadem vicaria reparari et sustentari non possit. Quare nobis humiliter supplicari fecisti quatenus consensu et assensu nros patronales et ordinarios ad dictum magnum et ruinosum horreum sic demoliend et in alios dicte eccl'ie usus convertend tibi gratiose concedere dignaremur. Nos vero petitionem tuam huiusmodi ex nonnullorum fidedignorum testimonio et relatione veritate fulciri intelligentes et vote eidem favorabiliter annuentes **Ut tu** dictum horreum magnum et ruinosum demoliri et in alios usus dicte eccl'ie necessarium pro tuo arbitrio convertere libere et licite possis et valeas licentiam et facultatem nras gratiose concedimus et impertimur ac consensum et assensum nros ordinarios et patronales tibi in ea parte prebemus per presentes. **In cuius rei testimonium** Sigillum nrm presentibus apponi fecimus. **Dat** vicesimo die mensis Decembris Anno dni Millimo Quingentesimo sexagesimo secundo Et nre Cons Anno Quarto.

Processus contra Thomam Southwell et Mariam Howard

Universis et singulis sancte matris ecclesie filiis [illegible] ad quos presentes litere testimoniales sive hoc presens publicum instrumentum [illegible] pervenerint seu pervenerit quomodolibet inspiciendi Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus Salutem gratiam et [illegible] Ad [illegible] perpetuam rei memoriam et [illegible] vicesimo sexto die mensis Aprilis Anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio Regnique Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris &c Anno Quinto [illegible] Nos Mattheus Archiepiscopus Cantuariensis antedictus in quadam aula [illegible] infra [illegible] manerii nostri de Lambehith [illegible] et dioc. nostre Cantuariensis [illegible] in presentia dilecti nobis in Christo Johannis Incent notarii publici Registrarii nostri principalis [illegible] et pro tribunali sedentes ac in quodam negotio inquisitionis quod [illegible] Thomam Southwell Armigerum et Nobilem Mulierem Mariam Howard filiam nobilis viri domini Willelmi Howard de Effingham domini Camerarii hospitii [illegible] domine nostre Regine de et super quodam pretenso contractu matrimoniali inter eos [illegible] habito [illegible] publica desuper laborante [illegible] Thomam [illegible] die et loco predictis personaliter constitutum [illegible] interrogatoria dictum pretensum contractum matrimonialem [illegible] et ministravimus [illegible] Thome Southwell [illegible] Evangelia per eum corporaliter tacta [illegible] articulis et cuilibet parti eorundem [illegible] Thome Southwell super articulis predictis [illegible] Ac responsiones suas eisdem Articulis factas [illegible] publicum et registrum nostrum [illegible] fideliter conscribi fecimus / Tenores vero Articulorum huiusmodi et responsionum [illegible] Thome Southwell subsequuntur et sunt tales / In dei nomine Amen Nos Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus Tibi Thome Southwell Armigero Articulos [illegible] omnia et singula [illegible] et articulamur [illegible] et cuilibet parti eorundem [illegible] corporali iuramentum plenam et fidelem [illegible] / Imprimis tibi obiicimus et articulamur Quod tu [illegible] libertate et immunitate [illegible] nobili muliere Maria Howard filia nobilis viri domini Willelmi Howard Camerarii hospitii Illustrissime domine nostre Regine [illegible] Item tibi obiicimus et articulamur [illegible] Anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo [illegible] millesimo quingentesimo sexagesimo [illegible] Maria Howard [illegible] Item tibi obiicimus et articulamur [illegible] Maria Howard [illegible] Item [illegible] Mariam Howard [illegible] Item [illegible]

The personall answers of Thomas Southwell [illegible] made to certen Articles obiected against hym ex officio by the most reverend father in God Mathewe Archbisshop of Canterbury [illegible] matrimonye to have bene [illegible] betwene hym and the said [illegible] Mary Howard / And [illegible] his owne motion [illegible] at Grenewiche in the presence of my Lord [illegible] and of my Lord william Howard [illegible] / To the first he confessith the contents thereof to be true saving that he never [illegible] to the said [illegible] Mary [illegible] of matrimonie betwene hym and the same [illegible] Mary [illegible] in the presence of the [illegible] articulate or otherwise / being interrogated whether he did [illegible]

said mistris Mary Howard that he wold mary with her yf [illegible] he myght [illegible] [illegible]
that he never did utter to the said mistris Mary the same wordes or any other like in
effecte to his remembraunce / To the thirde he utterly denyeth the contentes thereof to
be true / To the fourthe he answereth that he was not privie to any suche relation made
to the Quenes maiestie by any noble man nor did not any tyme [illegible] any suche
information to be made / To the fyfte he saith that he knoweth nothinge of the
contentes in this article / To the sixte he beleveth the premisses by him confessed to be
true And further he beleveth that it hathe ben reported by certen persons (though
not credible) that he and the said mistris Howard had contracted matrimonie togither
And otherwise he beleveth this article not to be true / Thomas Southwell / Deinde
finita examinatione eiusdem Thome Southwell Ar[illegible] ipso Thoma [illegible] a [illegible] ex mandato meo
[illegible], prenominatam Mariam Howard die et loco predictis [illegible] [illegible] [illegible] et manda
vimus / Ac eidem Marie Howard coram nobis tunc ibm personaliter constitute quosdam Articulos
Capitula sive Interrogatoria dictum presens Contractum matrimonialem [illegible] [illegible] et
concernentes ex officio meo mero [illegible] et [illegible] obiecimus et ministravimus / [illegible] Iuramento cor//
porali tactis per eam et deosculatis sacrosanctis dei evangeliis [illegible] [illegible] Ar//
ticulis predictis et cuilibet parti eorundem [illegible] et nos [illegible] Marie Howard
examinationem super Articulis predictis [illegible] diligenter examinavimus Ac
Responsiones suas eisdem Articulis factas per [illegible] nostrum [illegible] fideliter con//
scribi fecimus / Quorum quidem Articulorum eidem Marie Howard [illegible] (ut pre//
mittitur) obiectorum et ministratorum Ac Responsionum dicte Marie Howard eisdem fac//
torum Tenores de verbo in verbum sequuntur et sunt tales / In dei nomine amen
Nos Matheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et me//
tropolitanus / Tibi Marie Howard filie nobilis viri dni Willelmi Howard Camerarii
Hospitii [illegible] [illegible] Articulos capitula sive Interrogatoria infrascripta
omnia et singula ex officio nostro mero [illegible] obiicimus et articulamur [illegible] et cuilibet
parti eorundem [illegible] et mandamus a te mediante Iuramento tuo corporali [illegible]
plenam et fidelem [illegible] responsum / Imprimis tibi obiicimus et articulamur Quod
tu eras ab omni contractu matrimoniali sive sponsalibus libera et immunis atque in huiusmodi li//
bertate et immunitate existens [illegible] de matrimonio contrahendo et habendo cum Thoma
Southwell Armigero in huiusmodi libertate et immunitate existente [illegible] sive saltem semel
tractasti et communicasti Ac obiicimus et articulamur de supra / Item tibi obiicimus et ar//
ticulamur quod post tractatum et communicationem huiusmodi [illegible] anno dni millesimo quingentesimo sexa//
gesimo / [illegible] quingentesimo sexagesimo primo et [illegible] [illegible] sexagesimo secundo
[illegible] in eisdem [illegible] aut eorum mensibus et [illegible] aliquo sive aliquibus
tu et prefatus Thomas Southwell matrimonium [illegible] et [illegible] per verba de
presenti ad hoc apta mutuum eorum consensum huiusmodi exprimentia coram [illegible] dno Willelmo
Comite Pembrochie et Edwardo dno Clynton et Saye magno Admirallo Anglie et aliis
testibus [illegible] contraxisti / Ac obiicimus et articulamur de supra / Item tibi obiici//
mus et articulamur quod post et citra contractum huiusmodi tu prefata Maria Howard
matrimonium cum eodem Thoma Southwell sic contraxisse [illegible] in [illegible] [illegible] Tho//
me Southwell [illegible] [illegible] [illegible] sive saltem semel fassa
es et recognovisti Ac obiicimus et articulamur de supra / Item tibi obiicimus et ar//
ticulamur Quod post premissa Quondam nobilis de [illegible] consilio dne regine ad
tuo [illegible] [illegible] te prefatam Mariam Howard et dictum Thomam South//
well matrimonium [illegible] [illegible] contraxisse [illegible] Ac obiicimus et articulamur de supra
Item tibi obiicimus quod [illegible] tu prefata Maria [illegible] [illegible] nuptiarum in//
ter te et dictum Thomam Southwell celebrandarum [illegible] [illegible] voluntate et con//
sensu [illegible] [illegible] [illegible] Ac obiicimus ut supra / Item quod pre//
missa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa
de et super quibus [illegible] [illegible] publica vox et fama Ac obiicimus et articulamur
ut supra / The answers of mistris Mary Howard made to certein Articles obiected
agaynst her of office by the most reverend father in god Lord Mathew Archebusshop of Can//
terbury / To the first she confesseth that mr Southwell was a suter to her divers and sondrie
tymes in the waye of mariage [illegible] at the commaundement of her frendes she was contente
to gyve hearinge (whiche sute continued (as she saith) by the space of two or thre wekes as
she now remembreth / To the second she answereth that about [illegible] agone she being
in the chamber of presence at Grenewich amonge the ladies was called by my Lord
Howard her father and commaunded by him to goo to my Lord of Pembrokes chamber she not
knowinge for what cause And after her comynge thither my Lord her father my Lord Clin//
ton and my Lord of Pembroke after certen communication had with the said mr Southwell being
there present (whiche communication she did not then marke nor [illegible] remember some of the said wordes
but whiche of them she dothe not nowe remember did aske her whether she wold be ruled
by her frendes she answered yea / But as concerninge any contracte of matrimonie be//
twene her and the said mr Southwell had or made eyther at that time or at any other

hym privilie [illegible] she utterly denyeth the same / And being interrogated by the said ma-
[illegible] whether she did not professe to the said Mr Southwell that she
maride hym she would marry him, she saieth that she never spake any such wordes to the said
Mr Southwell nor doth not remember that he ever spake the like to her / To the
third she utterlie denieth the contentes thereof to be true / [illegible] she thinketh she mistrusteth that she
was never privie to any suche relation made to the Quenes maiestie nor doth she not knowe any
thinge thereof / To the fifth she saieth that she knoweth nothinge of the contentes in the
Article / To the last she beleveth the thinges by her before confessed to be true / And also
that by reason of the being of her and the said Mr Southwell in my Lorde of Penbrokes compa-
nie as is aforsaid there rose a bruite aswell in the Courte as in other places that she and
the said Mr Southwell were made sure together And otherwise she beleveth the contentes
in this article not to be true But being asked by her frendes whether she were or not she did
allwaies denye the same / Mary Howard / Quam quidem Mariam sic iuratam et examinatam
ad interessendum coram nobis in hoc loco die Martis proximo futuro videlicet vicesimo octavo die predicti
mensis Aprilis inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei ulteriorem processum
in dicto inquisitionis negocio fieri visuram et audituram tunc ibidem iudicialiter monuimus et man-
davimus / Quibus sic expeditis nos Mattheus Archiepiscopus antedictus prefatum Thomam
Southwell ad nos denuo citari fecimus Quem ad nos accedentem et coram nobis tunc ibidem
personaliter constitutum ad personaliter interessendum coram nobis in hoc loco dicto die Martis prox-
imo futuro inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei ulteriorem processum in dicto in-
quisitionis negocio etiam fieri visurum et auditurum monuimus et mandavimus Ac deinde nos Archiepiscopus
antedictus pro certiori et maturiori indagatione veritatis in huiusmodi causa, honorandos viros dominos
Willelmum Comitem Pembrochie et Edwardum ffynes preclari ordinis garterii militem dominum Clinton
et Say magnum Admirallum Anglie admittendos et recipiendos fore in testes super articulis predictis
tam contra prefatum Thomam Southwell quam memoratam Mariam Howard per nos [illegible] pro-
mittimus) respective obiectis et ministratis decrevimus / Et Cum dicti honorandi viri sint
egregie persone Ideo nos prefatus Archiepiscopus ob eorum reverentiam et honorem descendendo
fore ad Aulam regiam apud Westm pro examinatione eorundem honorandorum virorum super
articulis predictis etiam decrevimus predictis tunc et ibidem Reverendo confratri nostro domino Edmundo
London Episcopo ac venerabilibus viris magistris David Lewes Thoma Yale et Willelmo Drurye legum
doctoribus una nobiscum in dicto inquisitionis negocio tunc assidentibus / Deinde die vice-
simo septimo die dicti predicti mensis Aprilis Ad aulam regiam predictam iuxta decretum nostrum
accessimus Ac predictos honorandos viros quoad predicti [illegible] contra [illegible] veritatem sigillatim
et seorsum diligenter interrogavimus Qui nihil se de aliquo premissorum contentorum deponere posse
responderunt et constanter affirmaverunt / Adveniente vero dicto die Martis vicesimo-
octavo videlicet die mensis Aprilis Anno domini predicto Coram nobis prefato Archiepiscopo in loco pre-
dicto inter horas predictas assignatas iudicialiter et pro tribunali sedente assidentibus una nobiscum
dictis venerabilibus viris magistris David Lewes Thoma Yale et Willelmo Drury legum docto-
ribus in presentia notarii publici et Registrarii nostri antedicti comparuit personaliter prefatus Tho-
mas Southwell iuxta assignationem illis sibi per nos factam atque etiam comparuit personaliter
Edmundus Tanner generosus et exhibuit procuratorium suum sub sigillo autentico
pro dicta Maria Howard et fecit se partem pro eadem Cuius quidem procuratorii verus tenor
sequitur in hec verba / **Pateat universis** per presentes, Quod ego Maria Howard
filia nobilis viri domini Willelmi Howard de Effingham, domini Camerarii hospitii illustrissime
in Christo principis et domine mee, domine Elizabethe dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie
regine, fidei defensoris etc / in omnibus causis, et negotiis, litibus et querelis, me personam meam
statumque meum resque et bona mea quomodolibet et qualitercumque concernentibus, sive tangentibus, motis
seu movendis, coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Mattheo permissione
divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et metropolitano, dilectum mihi
in Christo Edmundum Tanner generosum, meum verum, certum, legitimum, ac indubitatum pro-
curatorem, actorem, factorem, negotiorumque meorum gestorem et nuncium specialem no-
mino ordino facio et constituo per presentes / Doque et concedo eidem procuratori meo potestatem genera-
lem et mandatum speciale pro me et nomine meo, coram eodem Reverendissimo in Christo pa-
tre comparendi meque a personali comparitione excusandi, ac causam et causas absentie mee huiusmodi allegandi
ac si opus fuerit probandi, agendi, et defendendi, excipiendi, replicandi, et libellandi ac alias mate-
rias quascumque dandi, litemque seu lites contestandi, et contestari videndi ponendi et articulandi
positionibus et articulis ex adverso respondendi, et sibi responsum dari petendi, Iuramentum insuper
tam de calumnia, et de veritate dicenda, seu aliud quodcumque iuramentum licitum et honestum
ac de iure requisitum in animam meam et pro me prestandi subeundi et iurandi / Testes vero et in-
strumenta ac alia quecumque probationum genera producendi et exhibendi productisque et exhibi-
tis ex adverso respondendi, et sibi responsum dari petendi, Sententiasque tam interlocutorias quam diffi-
nitivas, ac alia decreta quecumque ferri et promulgari petendi et audiendi, provocandi ac appel-
landi, Apostolosque petendi et recipiendi, provocationes et appellationes huiusmodi notificandi et in-
timandi prosequendi et finiendi / necnon de procedendo in causa principali, huiusmodi ap-
pellationis articulo si videbitur expediens consentiendi / Alium insuper seu alios procuratorem
seu procuratores loco suo substituendi ac eum seu eos revocandi et procuratoris officium reassumendi

[illegible]

in se acceptandum, quoties et quando eis videbitur expedire / Et generaliter omnia alia et singula faciendum, exercendum, et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum exigant magis speciale quam superius est expressum, Promittoque ratum gratum et firmum perpetuo habiturum, totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorundem substituendi fecerint in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum meorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem expono per presentes / **In cuius** rei testimonium Sigillum venerabilis viri Officialis domini Archiepiscopi presentibus apponi procuravi / Et nos David Lewes legum doctor Officialis domini Archiepiscopi antedicti ad specialem rogatum dicte constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus dat xxvij° die mensis Aprilis Anno domini millesimo Quingentesimo, sexagesimo tertio / Mary Howard / **Et tunc nos Mattheus** Archiepiscopus antedictus ad instantes petitiones tam dicti Thome Southwell quam memorati Edmundi Cowlter procedendum fore decrevimus ad prolationem Sententie nostre diffinitive sive finalis decreti in negotio inquisitionis predicte / **Quam** quidem Sententiam diffinitivam sive finale decretum nostrum finale in negotio predicto ad petitionem partium predictarum tunc ibidem in scriptis legimus tulimus et promulgavimus, pronunciando declarando et cetera faciendo prout in Sententia predicta (Cuius tenor sequitur in hec verba) plenius continetur / **In dei nomine Amen** Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Mattheum permissione divina Cantuarien Archiepiscopum totius Anglie primatem et metropolitanum meritis et circumstanciis cuiusdam negotii inquisitionis quod [illegible] dictum Thomam Southwell Armigerum et nobilem mulierem Mariam Howard filiam nobilis viri domini Willelmi Howard Camerarii hospitii illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc. de et super quodam pretenso contractu matrimoniali inter eos (ut pretendebatur) inito habito et facto nuper fama publica desuper laborante ex officio nostro mero movebamus et quod etiam adhuc coram nobis vertitur et pendet indecisum prohabita per nos sufficienti negotii huiusmodi cognitione, ac servatis per nos de iure in hac parte servandis prefatoque Thoma Southwell personaliter dictaque Maria Howard per Edmundum Cowlter generosum eius procuratorem sufficienter constitutum coram nobis in iudicio legitime comparentibus Sententiamque diffinitivam in huiusmodi negotio ferri et iustitiam per omnia fieri et ministrari respective petentibus / Ad nostre Sententie diffinitive in eodem negotio ferende prolationem sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum / **Quia** per acta inactitata deducta proposita probata pariter et confessata in dicto negotio per nos et coram nobis habita et facta Ac per honorata testimonia relationes et depositiones honorandorum virorum Willelmi (Comitis Pembrochie et Edwardi ffynes preclari ordinis Garterii militis domini Clinton et Saye magni Admiralli Anglie, quos a nonnullis huiusmodi pretenso contractui interfuisse pretendebatur) coram nobis alia vice respective fact et declarat comperimus et invenimus articulos per nos in eodem negotio memoratis Thome Southwell et Marie Howard respective obiectos et ministratos quorum tenores sequuntur in hec verba Tenor Articulorum contra Thomam Southwell / **In dei nomine Amen** Nos Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus Tibi Thome Southwell Armigero Articulos capitula sive interrogatoria infrascripta omnia et singula ex officio nostro mero vobis et cuilibet obiicimus etc. / Tenor articulorum contra prefatam Mariam Howard / **In dei nomine Amen** Nos Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus Tibi Marie Howard filie nobilis viri domini Willelmi Howard Camerarii hospitii Illustrissime domine nostre Regine Articulos capitula sive interrogatoria infrascripta omnia et singula ex officio nostro mero vobis et cuilibet obiicimus etc. / Quos quidem Articulos pro hic insertis et pro lectis ac totaliter repetitis quatenus nos expedit habemus et haberi volumus minime sufficienter probatos fuisse aut esse nec ullo modo nobis in inquisitione predicta constare posse prefatos Thomam Southwell et Mariam Howard aliquod matrimonium aut sponsalia adinvicem unquam contraxisse / **Idcirco** nos Mattheus Archiepiscopus antedictus Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes de et cum consilio iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus prefatos Thomam Southwell et Mariam Howard vinculo matrimoniali seu sponsalitio de quo nobis ullo modo constare possit nequaquam astringi sed ab omni tali vinculo sive federe ac etiam quocunque contractu matrimoniali seu sponsalitio liberos et immunes fuisse et esse pronunciamus decernimus et declaramus / Ipsisque Thome Southwell et Marie Howard alibi ad eorum libitum nubendi (dummodo in domino) licentiam concedimus et impartimur Ipsosque et eorum utrumque quoad obiecta in articulis predictis sibi et eorum utrique per nos (ut premittitur) respective obiectis et ministratis ab officio nostro dimittimus et absolvimus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis / **In quorum** omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium nos Mattheus Archiepiscopus antedictus has presentes literas testimoniales sive hoc presens publicum instrumentum actorum tenorem totius processus in eodem inquisitionis negotio per nos et coram nobis habit et fact in se continen inde fieri Ac per notarium publicum et Registrarium nostrum predictum subscribi necnon Sigilli nostri appensione communiri fecimus et mandavimus / **Acta** fuerunt hec omnia et singula prout suprascribuntur et recitantur sub Anno domini Regnique regie maiestatis mense diebus et loco predictis presentibus tunc ibidem tempore prolationis dicte Sententie nostre diffinitive discretis viris Thoma [illegible] Baker Georgio Higham Francisco Aldryge et Johanne Whitney generosis testibus ad premissa videndum audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis

Et ego Johannes Incent Cantuarien dioc publicus auctoritate sufficienti notarius dictique Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani Registrarius principalis et Regis sui Custos Quia omnibus et singulis Actis processibus supradictis in quibus mei sit mentio dum sic (ut premittitur) sub Anno domini Regnique Illustrissime domine nostre Regine mense diebus et loco predictis respective agebantur et fiebant unacum eodem Reverendissimo patre et testibus prenominatis presens personaliter interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum instrumentum tenorem totius et integri processus in huiusmodi inquisitionis negotio habiti et facti in se continentem manu alterius (me interim aliis impedito negotiis) fideliter scriptum exinde confeci subscripsi et publicavi atque in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine et cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis unacum appensione Sigilli dicti Reverendissimi patris signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum de mandato Reverendissimi patris iussu atque ac testibus prenominatis rogatus et specialiter requisitus /

Commissio ad admittend
magistrum Rogerum Park
in procuratorem de Archub

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus / Dilecto nobis in Christo magistro Roberto Weston legum doctori, Curie nostre metropolitice Cantuar de Archubus London Officiali, aut alii dicte curie presidenti cuicumque Salutem, gratiam, et benedictionem / Litterarum scientia, peritia in causis agendis, aliarumque virtutum et probitatis dona quibus dilectus nobis in Christo Rogerus Parker notarius publicus fidedignorum nobis commendatus testimonio insignitur, nos haud immerito inducunt, ut personam suam favore benevolo et honestatis titulo prosequamur, sicque gratiam impartiamur specialem, Ad dispensandum igitur cum eodem Rogero Parker, ut in numerum procuratorum generalium dicte Curie nostre recipi et admitti, ac in eadem procuratoris officium publice exercere valeat, ipsumque procuratorem huiusmodi admittendum in eadem, ac numero procuratorum exercentium in dicta curia nostra aggregandum, Tibi vices nostras committimus et plenam in domino tenore presentium concedimus facultatem, Volentes ut ipsum Rogerum Parker in procuratorem huiusmodi admittas seu admitti facias iuxta vim, formam, tenorem, et effectum presentium / Statuto eiusdem curie nostre Cantuar etiam iurato, aut quavis firmitate alia roborato, Ceterisque contrariis vel a nobis commissionalibus litteris ante hac emanatis ac quibuscumque positionibus et ordinationibus quibuscumque quoad effectum presentium derogat consequendum hac vice non obstantibus, ipsis alias in suo firmo et pristino robore, absque quavis alia derogatione erga illos permansuris / In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nostro de Lambehithe, undecimo die mensis Januarij Anno domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo, Secundo, et nostre consecrationis Anno quarto.

Commissio ad admittend
magistrum Robertum
fford in Advocatum cu
de Archubus

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus / Dilecto nobis in Christo magistro Roberto Weston legum doctori curie nostre Metropolitice Cant de Archubus London Officiali aut alij eiusdem curie nostre presidenti cuicumque Salutem gratiam, et benedictionem / Litterarum scientia, vite probitas, morum honestas, multaque alia virtutum dona, quibus dilectissimus magistrum Robertum fford legum doctorem haud vulgariter insigniunt nos merito inducunt, ut personam ipsius singulari studio et favore benevolo prosequamur Hinc est quod nos eundem Robertum fford intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum Advocatorum curie nostre Cant predicte admittendum et aggregandum non gravamur / Ad dispensandum igitur cum eodem magistro Roberto fford in forma curie nostre predicte solita et consueta, ut in numerum et Collegium Advocatorum curie nostre predicte admitti et in eadem patrocinari valeat, ipsumque advocatum eiusdem curie nostre (sub hac tamen lege et conditione quod sit non exercens in eadem beneplacito nostro durante) admittendum, et in numerum Advocatorum curie predicte aggregandum / Tibi vices nostras tenore presentium committimus et specialem elargimur facultatem / Statutis et ordinationibus eiusdem curie nostre in contrarium editis non obstantibus quibuscumque / In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in Manerio nostro de Lambehithe xxv° die mensis Januarij Anno domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Secundo, et nostre consecrationis Anno quarto.

Commissio ad admitten
magistrum Petrum Johns
in procuratorem de Archu

Mattheus permissione divina Cantuar Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus / Dilecto nobis in Christo magistro Roberto Weston legum doctori curie nostre Metropolitice Cantuar Officiali legitime deputato, aut alij eiusdem curie presidenti cuicumque Salutem gratiam, et benedictionem / Litterarum scientia, peritia in rebus gerendis, aliaque virtutum et probitatis dona, quibus dilectus filius Petrus Johnson in legibus Baccalaureus ac notarius publicus haud vulgariter insignitur, nos merito inducunt, ut personam illius favore benevolo prosequamur, sicque gratiam impartiamur specialem / Ad dispensandum igitur cum eodem Petro Johnson, ut in numerum procuratorum generalium dicte curie recipi et admitti, ac in eadem procuratoris officium publice exercere valeat, ipsumque procuratorem dicte curie nostre admittendum, et preficiendum in eadem, atque in numerum procuratorem generalem exercentis in eadem curia aggregandi, Tibi vices nostras committimus et plenam in domino tenore presentium concedimus facultatem, Statutis et ordinationibus dicte Curie in contrarium forsan editis non obstantibus quibuscunque/ In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus/ Dat. in Manerio nostro de Lambehith xxjo die mensis Januarii Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, secundo, et nostre Cons. Anno quarto.

Testamentum Agnetis Brokke de Stallisfeld

In the name of god amen the vjth day of ffebruary in the yere of our Lord god 1562. I Agnes Broke of Stallisfeld being whole of mind and good memory, make this my testament and last will in forme following, ffirst I bequeth my soule to almighty god, And my bodie to be buried in the church yarde of Stallisfeld aforesayd/ I will to Jane Ales my dame my worsted kirtle, And I will that the iij women shall have eche of them a petticote and two kerchiefs/ I will Nicholas Kinge vjd, Agnes Rosse vjd, Elizabeth Harlow iiijd, William Eedy iiijd, Giles Leche iiijd, Laurence Bonowe iiijd/ Cutbert Barwike iiijd Margaret ffrancke iiijd William Abbot iiijd, John Mason iiijd John Dalam iiijd, John Dunkill iiijd, William Water iiijd, Harry Sherwood iiijd, Walter Wythe vjd/ And to iiijor of her sisters children xxs, vs a pece/ And for iij god children vjd a pece/ And the residue of my goods unbequethed I put them to the discretion of myne executor, whome I ordaine and make Johan Ales my dame, Wytnes hereof Elynor Sherwood, Agnes Dunkill, Rose Walter, made the day and yere abovesayd.

Probatum fuit suprascriptum testamentum Sexto die mensis ffebruarii Ao domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane 1562 coram magistro Thoma Yale legum doctore, Vicario in spiritualibus generali Reverendissimi domini Matthei Archiepiscopi Cant. Commissaque fuit Administratio etc. Jane Ales executrici supranominate, primitus de bene etc. in forma iuris in persona Willelmi Blackwell literati procuratoris sui iurato, salvo iure etc. et habet pro inventario exhibendo Quindenam pasche proximi/

Commissio fratri Bangor. episcopo ad conferendum ordines.

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Venerabili confratri nostro domino Rolando permissione divina Bangorien episcopo Salutem et fraternam in domino charitatem/ Ad promovendum et admittendum vice et auctoritate nostris quoscunque clericos nostre Cant. provincie, quos vite honestate, morum probitate, et sacrarum literarum scientia idoneos esse compereris, ad omnes sacros ordines, quos non dum sunt assequuti, in quacunque ecclesia sive Capella per provinciam nostram Cant. ubilibet constituta quocunque die dominico vel festivo, iuxta morem et ritum modernum ecclesie Anglicane in hac parte pie et salubriter editum et ordinatum, ac huiusmodi clericis manus tuas imponendum, Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ffraternitati vestre committimus vices nostras et plenam in domino tenore presentium concedimus facultatem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus/ Dat. in Manerio nostro de Lambehith, Sexto die mensis ffebruarii Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane 1562. et nostre Cons. Anno Quarto./

Admissio Walteri Trebilion ad diaconatus ordinem

Tenore presentium Nos Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Notum facimus universis, Quod die dominica viz Septimo die mensis ffebruarii Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane 1562 et nostre Cons. Anno quarto, in ecclesia Collegiata divi Petri Westm, Venerabilis confrater noster dominus Rolandus eadem permissione Bangoren. episcopus vice et auctoritate nostris, ac de et cum consensu et Assensu ac expressa licentia decani et Capituli ecclesie Collegiate predicte, Sacros ordines dei omnipotentis presidio publice celebrans, Dilectum nobis in Christo Walterum Trebilion Exonien diocesis de vita sua laudabili ac moribus et virtutibus suis donis nobis in hac parte plurimum commendatum, ac in sacrarum literarum doctrina et scientia sufficienter eruditum, atque in hac parte sufficienter dimissum, ad sacrum diaconatus ordinem iuxta morem et ritum ecclesie Anglicane in hac parte pie et salubriter editum, et sancitum die date presentium admisit et promovebat, ipsumque in diaconum rite et legitime ordinavit tunc et ibidem/ In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus/ Dat. die, mense, et anno suprascriptis.

Commissio ad preficiendum Hugonem ap David ap Enion clericum

Mattheus etc. Dilectis nobis in Christo magistro Ludovico ap Dd clerico vicario perpetuo ecclesie parochialis de Corwen Assaphen diocesis et Rogero ap Dd clerico vicario perpetuo ecclesie parochialis de Llangollen eiusdem diocesis nostre Cant. provincie Salutem, gratiam, et benedictionem/ Cum dilectus nobis in Christo magister Thomas Yale legum doctor, Vicarius noster in spiritualibus generalis et Officialis principalis de officio suo Hugonem ap David ap Enion clericum vicarium perpe-

tum dicte parochialis de llangunud dicte Assaphen dioc. tibi et eiusdem providend. Commissionem fieri
vobis sub modo et forma infrascriptis, et ad effectum sequentem decreverit Justicia mediante, De-
Vestris igitur sana doctrina, conscientie puritate, et circumspectionis industrijs plurimum fisi / Ad
inquirend seu inquiri faciend cum omni assiduitate et diligentia congruis, quibus melius et
efficacius poterit, tam de et super fama et infamia dicti Hugonis ap David ap Evion tam
infra eandem dioc. quam alia loca quecumque extra, Necnon de et super quibuscumque criminibus
excessibus, culpis, et delictis quibuscumque per dictum Hugonem ap David ap Evion commissis et per-
petratis ac etiam de circumstantijs et veritate eorundem, et factum de et super contentis in
articulis et capitulis quibus tenor, Consistorialia tam dicti Hugonis ad articulos et capitula
predict. quam deponend quorumcumque testium de et super articulis et capitulis predict. producend
recipiend et admittend / Necnon ad procedend et cognoscend contra eundem Hugonem ap David
ap Evion in huiusmodi inquisitionis, correctionis et reformationis negotio, tam ex Officio vestro
[illegible] mero, mixto vel promoto, quam ad alicuius partis instantiam, denunciationem, vel
accusationem adversus eundem Hugonem coram vobis aut vestrum processit. / Quoscumque etiam
testes in hac parte necessarios si qui se odij vel timoris gratia, aut alia quacumque de causa sub-
traxerint, eos ad perhibend veritati testimonium per censuras ecclesiasticas cogend et com-
pellend / Ceteraque omnia et singula alia faciend, exercend et expediend que in premissis et
circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, / Vobis con^m^ et di^m^ vices nostras committimus cum
cuiuslibet coertionis congrue et canonice potestate / Assumpto vobis con^m^ et vestrum alteri di^m^ quocumque
Notario publico indifferenti in actuarium et scribam vestrum in hac parte / Mandantes quod
huiusmodi inquisitionis et reformationis negotio expedito, Quicquid per vos seu vestrum alterum
in hac parte actum, gestum, sive expeditum fuerit, nobis aut dicto Vicario nostro in Spiritualibus
generali per literas vestras patentes manu autentica consignatas, acta et processus vestros necnon
Consistorialia dicti Hugonis, Attestationesque et depositiones testium productorum ad eosdem ar-
ticulos complectentes, debite cum omni celeritate accommoda significate et transmittate / In cu-
ius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nostro de
Lambehith, xviij die mensis Februarij Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane
Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Secundo, et nostre Consecracionis Anno quarto

Matheus permissione divina Cant. Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus
Venerabili confratri nostro domino Johanni Salisbury, episcopo Suffraganeo Thetforden Salutem et fra-
ternam in domino charitatem / Ad recipiend, admittend et promovend dilectos nobis in Christo
Richardum Elson et Edwardum Porter ad omnes sacros ordines quos non dum sunt assequuti
in quacumque ecclesia parochiali per provinciam nostram Cant. constitut quocumque die dominico vel
festivo, iuxta morem et ritum ecclesie Anglicane in hac parte pie et sancte editum et or-
dinatum, dummodo eos vite honestate, morum probitate, et sacrarum literarum scientia –
idoneos esse comperueritis / (Super quo conscientiam vestram oneramus) ac ab ordinarijs suis
sufficienter dimissi fuerint / Ac huiusmodi sacris manus vestras imponend / Ceteraque omnia et
singula faciend, exercend et expediend que in premissis necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna –
fraternitati vestre licentiam et facultatem nostras benigne concedimus et elargimur per presentes / In cu-
ius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus, Dat. in Manerio nostro de
Lambehith, Quinto die mensis Martij Anno domini iuxta computacionem ecclesie Angli-
cane Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Secundo, et nostre Consecracionis Anno quarto

Commissio facta domino Johanni Salisbury Suffraganeo Thetforden ad promovend Richard Elson et Edwardum Porter ad ordines.

Matheus permissione divina Cant. Archiepus totius Anglie primas et Metropolitanus
Universis et singulis Christi fidelibus presentes literas testimoniales visuris, lecturis, vel audituris,
aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet infuturum. Salutem in domino sempiter-
nam ac fidem indubiam presentibus adhiberi / Ad Universitatis vestre notitiam deducimus
et deduci volumus per presentes / Ex parte dilecti nobis in Christo Thome Smith presbiteri
de Saffron walden London dioc. nostre Cantuar. provincie nobis nuper extitit intimatum –
Quod ipse abhinc ad triginta annos elapsos aut circiter ad omnes sacros ordines requisitos in
forma ecclesie consueta rite admissus et promotus fuit, et literas testimoniales sibi in ea parte
fieri sub forma autentica obtinuit, atque in huiusmodi susceptis ordinibus postmodum ministravit, atque
dicte litere testimoniales casu fortuito dudum amisse fuerant, Unde ne propter defectum huius
literarum testimonialium de premissorum veritate ab aliquo imposterum in dubium revocari possit, –
ipse Thomas se ad huiusmodi sacros ordines modo premisso promotum fuisse, atque in eisdem ordinibus
postmodum ministrasse, Necnon pro presbitero rite et legitime admisso et ordinato [illegible] dictum, habitum
et reputatum fuisse et esse in nonnullis locis nostre Cantuar. provincie et presertim –
infra parochiam de Croidon nostre et ecclesie nostre Christi Cantuar. Jurisdictionis immediate per
fidedignorum testimonium nobis sufficienter constare fecit, Nobis humiliter supplicando, Quatenus
ad omnis dubitationis [illegible] in hac parte tollendam premissa Universitati vestre
significare et intimare dignaremur / Nos igitur peticionem dicti Thome Smith, iustam

Litere testimoniales super admissione Thome Smith ad sacros ordines non obstant quod priores literas amiserit et rationi consonam fuisse et esse consentio, Premissa omnia et singula vobis harum serie exprimimus significamus, Rogantes et in domino hortantes, Quatenus eundem Thomam Smith pro presbitero sic (ut premittitur) admisso et ordinato longiori expectacione, Ipsumque in susceptis per eum ordinibus huiusmodi ministrare sine contradictione vestra pacifice et quiete permittatis. In quorum premissorum fidem et testimonium hijs presentibus literis nostris testimonialibus sigillum nostrum apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambehith octavo die mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo, Sexagesimo, Tertio, et nostre Consecrationis Anno quarto.

Commissio decani de Southmalling, Terring et Pagham

Matthewe permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in Christo Salutem, graciam, et benedictionem. De tuis sana doctrina, conscientie puritate, Circumspectionis industria et provida in rebus gerendis dexteritate plurimum freti, Te decanum nostrum de Southmalling Pagham et Terring nostre et ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate preficimus, constituimus, et deputamus per presentes, Ad inquirendum igitur per te vel alium aut alios per te ad id deputandum vel deputandos de et super quorumcunque subditorum decanatuum predictorum criminibus, excessibus, et delictis quibuscunque hactenus commissis vel imposterum committendis, Quorum cognitio, correctio, et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine aut huius Regni Anglie Statuta poterunt pertinere ipsaque et ea debite corrigendum puniendum et reformandum, Ac etiam ad cognoscendum procedendum statuendum et diffiniendum in omnibus causis et negotijs ecclesiasticis quibuscunque in dictorum decanatuum aut eorum alicuius Jurisdictione, tam ex Officio mero, mixto, vel promoto, quam ad quarumcunque partium instantias sive promotiones hactenus motis inchoatis, et intentatis aut imposterum movendis et intentandis, eaque et ea cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus annexis et connexis quibuscunque audiendum discutiendum, et fine debito terminandum, quatenus Jura et Statuta huiusmodi Regni Anglie permittunt et non aliter nec alio modo. Ac in omnibus casibus a Jure permissis et approbatis, bona quorumcunque in dictis decanatibus aut eorum aliquo decedentium sequestrandum seu sequestrari faciendum, Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcunque infra dictos decanatus aut eorum aliquem ab hac luce (dum viverent) migrantium sive decedentium insinuandum et approbandum, Administrationemque bonorum quorumcunque Testamentorum huiusmodi, sive ab intestato, vel per viam intestati decedentium, executoribus in huiusmodi Testamentis nominatis aut illi vel illis cui vel quibus de Jure seu consuetudine committi debeat committendum, Ac compotum, calculum, sive Ratiocinium, executorum sequestratorum et administratorum huiusmodi recipiendum, audiendum, examinandum, et admittendum, Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori computo sive Ratiocinio in hac parte reddendo, (cum iuris fuerit et equitatis) absolvendum et finaliter dimittendum. Alium insuper seu alios in premissis vel eorum quolibet loco tuo substituendum, Ipsumque ac eos quotiens et quando tibi videbitur expedire revocandum. Necnon omnia et singula alia (salvis infra reservatis) ad officium decani huiusmodi et exercitium Jurisdictionis ecclesiastice dictorum decanatuum spectantia et pertinentia et que in premissis et circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna faciendum exercendum et expediendum, Tibi tam cuiuslibet Coertionis huiusmodi exequendi que in hac parte decreveris potestate, vices nostras committimus per presentes, ad nostrum beneplacitum duntaxat duraturas. Salvis nobis et Vicario nostro in Spiritualibus generali admissionibus quorumcunque clericorum ad quecunque beneficia ecclesiastica dictorum decanatuum iam vacantia et imposterum vacatura, ac institutionibus et inductionibus eorundem clericorum in huiusmodi beneficijs, Necnon visitationibus omnium et singularum ecclesiarum et Capellarum predictorum decanatuum et eorum cuiuslibet, cleri et populi in eisdem degentium sive residentium, ac procurationibus quibuscunque nobis ratione huiusmodi visitationum quoquo modo debitis presentibus literis nostris Commissionalibus, aut aliqua clausula in eisdem contenta in contrarium faciente in aliquo non obstante. Assumpto tibi et substitutis tuis huiusmodi, dilecto nobis in Christo Johanne Incent notario publico Registrario nostro primario vel eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum tuorum Scribam in ea parte durante hac nostra Commissione (Prioribus literis nostris Commissionalibus magistro Edmundo Weston in legibus Baccalaureo sub hac forma in aliquo non obstante) quas harum serie revocamus ac revocatas ab omnibus Juris effectus exinde sequuti valorem haberi et censeri volumus. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambehith xvijo die mensis Maij Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Tertio, et nostre Consecrationis Anno quarto.

Matthewe permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in Christo Vincentio Dennie in legibus Baccalaureo, Salutem

Commissio magistri
Vincentij Denne
commissarij Ciuitate et
dioc. Cantuariensis. /

Examinand et decid / Ad cognoscendum et procedendum in omnibus causis et negotiis litibus et querelis
tam matrimonialibus quam diuorcij seu matrimonium tangentibus et aliis ecclesiasticis causis quibuscum-
que, siue ex officio mero, mixto, vel promoto, seu ad alicuius vel aliquorum instantiam partium
instantias vel promotiones motis seu mouendis, et ad forum, cognitionem, et Jurisdictionem
ecclesiasticam quomodolibet spectantibus siue pertinentibus, citra tamen legum et Statutorum huius
Regni Anglie effectus legitim. seu vigorem, Easque et ea cum suis emergentibus, incidentibus,
dependentibus, connexis et annexis quibuscumque audiendis examinandis discutiendis et fine debito ter-
minandis / Necnon de et super criminibus excessibus, et delictis quibuscumque ad forum et
cognitionem ecclesiasticam spectantibus infra Ciuitatem et dioc. nostras Cantuar. per quoscumque domino
nostro Regi subditos commissis seu committendis inquirendis et inquiri faciendis, eosque et ea ac
eos excessus seu crimina debite corrigendis puniendis et reformandis, penasque et penitentias
salutares, ecclesiasticas, et condignas eisdem delinquentibus, pro eorum commissis, et iuxta qua-
litatem eorundem, imponendis, iniungendis et infligendis / Fructus insuper decimas, oblationes
et prouentus, Ac predict. et bona subditorum dicti domini nostri Regis in casibus de Jure qua-
liscumque permissis sequestrandis et sequestrari mandandis, ac sequestratores huiusmodi quo-
ties opus fuerit deputandis / Quoscumque etiam presentatos ad beneficia ecclesiastica quecumque
infra Ciuitatem et dioc. nostras Cantuarien. et e Jurisdictione eiusdem constitut. et
illos in eisdem institutos, in realem, actualem, et corporalem possessionem beneficiorum
huiusmodi Juriumque et pertinentium suorum vniuersorum inducendis seu induci faciendis atque mandandis
literasque de et super inductione eis decernendis et tradendis / Cum quibuscumque etiam dioc.
nostre Cantuar. personis, matrimonium contrahendum seu contracturis, pro vnica tantum bannorum
editione, quatenus nos Jure Archiepali possumus citra curie facultat. Judiciorum dispen-
sandis et eis in ea parte licentiam dandis et concedendis / Et vlterius de blasphemia, per-
iurij, adulterij, incestus, ebrietate et incontinentia, ac aliis criminibus, delictis et
excessibus ecclesiasticis quibuscumque, Cant. ciuitate et dioc. tam clericorum quam laicorum
quoties et quando opus fuerit, iuxta tamen legum ecclesiasticarum et Statutorum Regni
Anglie exigentiam, inquirendis et inuestigandis / Et quos criminosos et delinquentes
seu culpabiles inueneris, condignis penis iuxta Juris ordinem ac leges et Statuta
predicta, puniendis, corrigendis ac ad probatiores viuendi mores, modis omnibus quibus id
melius et efficatius poteris reducendis / Clericos insuper quoscumque infra Ciuitatem et
dioc. nostras Cant. predict. super quibuscumque criminibus, coram quibuscumque Judicibus secularibus
irretitos seu conuictos aut conuincendos qui de Jure et secundum huius Regni Anglie
consuetudinem gaudere debent priuilegio clericali prout moris est vendicandis, petendis et re-
cipiendis / Eosque clericos conuictos super coram te alias super criminibus purgandos humiliter
offerentes, iuxta Juris exigentiam et non aliter admittendis / Eorumque purgationes in hac parte
recipiendis et admittendis, ac pro vero valore earundem purgationum vel inualiditate
pronunciandis et declarandis / Ad hec et Testamenta et vltimas voluntates quorumcumque
subditorum dicti domini nostri Regis infra Ciuitatem vel dioc. nostras Cant. decedentium,
et aliorum etiam bona, Jura, siue credita habentium in dicta dioc. nostra Cant. et alia quacumque
dioc. seu diocesibus nostre Cant. prouincie, ita quod nostra Cant. dioc. sit vna ex eis in quibus
bona, Jura, siue credita huiusmodi exist. et ibidem decedant approbandis et insinuandis, Administra-
tionemque bonorum, Jurium, et creditorum huiusmodi decedentium, executoribus in eisdem Testa-
mentis nominatis et constitutis, ac aliorum etiam ab intestato decedentium, illi vel illis cui seu quibus
de Jure est Administratio committenda in forma Juris committendis, Computum, calculum siue ra-
tiocinium de et super eorundem administratione huiusmodi petendis audiendis recipiendis appro-
bandis allocandis et si opus fuerit reprobandis et disallocandis, necnon acquietancias et
finales liberationes de et super administratione huiusmodi faciendis et concedendis, Eosdemque executores
siue administratores, a computo calculo siue ratiocinio eorum, et ab officio in ea parte
saluo Jure cuiuscumque absoluendis, dimittendis, exonerandis et liberandis / Substitutum siue
substitutos in temporis necessitate, nobis tamen gratos et acceptabiles ad premissa omnia
et singula que circa premissa de Jure vel consuetudine in dioc. nostra Cantuar. ab aliquo Com-
missario Cantuar. visitat. et obseruat. fuerint seu quomodolibet oportuna faciendis et expediendis
Vnacum omnibus feodis, proficuis, Commoditatibus et emolumentis ad officium huiusmodi quouismodo
spectantibus / Tibi de cuius literarum scientia, morum grauitate, conscientie puritate, et in
rebus gerendis fide, et circumspectionis industria, specialem in domino fiduciam habemus
vices nostras committimus, ac plenam in domino concedimus potestatem et facultatem, cum cuiuslibet
congrue et licite coercionis [illegible] ea quo in hac parte decreueris, siue substitutus tuus
modo premisso et forma predicta decreuerit potestate, Teque Commissarium nostrum generalem in

dictis Civitate et dioc. nostris Cantuar. et Comissarium ibidem nominamus, ordinamus, et facimus per presentes, ad nostrum beneplacitum et non aliter duraturum, In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. apud Bekesborne, Tertio die mensis Novembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, tertio. et nostre Cons. Anno quarto /

Adm.o bonorum Johannis Walter def.

Vicesimo secundo die mensis Januarij Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane 1563 Commissa fuit Administratio bonorum, Jurium, et creditorum Johannis Walter nuper dum vixit parochie de Hadleighe, decanatus de Bockinge ecclesie christi Cantuar. Jurisdictionis immediate def. Elizabethe Walter sue relicte, primitus de bene &c. in forma Juris iurate. salvo Jure &c. Et exhibuit Inventarium extendens ad summam [illegible]

Sequestratio fructuum ecclesie de Mersham

Eodem die, dominus ob certas causas rationabiles et licitas eum in hac parte moventes et presertim eo quod dicta ecclesia parochialis de Mersham Cantuar. dioc. per aliquod tempus insufficiate extitit, sequestravit omnes et singulos fructus, redditus, proventus, et cetera Jura et emolumenta ecclesiastica quecunque ad dictam ecclesiam parochialem spectantes, et Commisit custodiam eorundem Vincentio Morrys et Roberto Kennet com. et dioc. salva potestate levandi seu ad computum &c.

Commissio ad admittendum magistrum Johannem Gryffeth in Advocatum Cant.

Mattheus permissione divina Cantuar. Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus Dilecto nobis in christo magistro Roberto Weston legum doctori Curie nostre Metropolitice Cantuar. de Archubus London Officiali aut alii eiusdem curie nostre presidenti cuicunque Salutem graciam et bened. Literarum scientia, vite probitas, morum honestas, multaque alia virtutum dona quibus dilectissimus magister Johannes Gryffeth, legum doctor haud vulgariter insignitur, nos merito inducunt, ut personam ipsius singulari studio et favore benevolo prosequamur / Hinc est quod nos eundem magistrum Johannem Gryffeth intuitu meritorum suorum quod in numerum Advocatorum curie nostre Cant. predicte admittendum et aggregandum non gravamur / Ad dispensandum igitur cum eodem magistro Johanne Gryffeth, in forma curie nostre predicte solita et consueta ut in numerum et Collegium Advocatorum curie nostre predicte admitti et in eadem procurare valeat, ipsumque advocatum eiusdem curie nostre (sub hac tamen lege et conditione, quod stet et durante beneplacito nostro duraturum) admittendum, et in numerum advocatorum non excedens in eadem, beneplacito nostro duraturo, curie predicte aggregandum, Tibi vices nostras tenore presentium committimus et specialem damus facultatem / Statutis et ordinationibus eiusdem curie nostre in contrarium editis non obstantibus quibuscunque / In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nostro de Lambehith, xviijo die mensis Februarij Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Tertio et nostre Cons. Anno quinto.

Sequestratio fructuum ecclesie de Mersham

Eodem xxijo die Januarij dominus ex certis causis iustis et licitis eum in hac parte specialiter moventes, et presertim eo quod ecclesia de Mersham predicta Cantuar. dioc. aliquod tempus insufficiate deservita extitit sequestravit omnes et singulos fructus &c. eiusdem ecclesie, et commisit custodiam eorundem Roberto Taylor clerico Rectori de Hastingleigh, Johanni Lardyer Rectori de Aldington, Rectori de Kingesnorthe et Vicario de Willesborough Cant. dioc. com. et dioc. salva potestate levandi seu ad computum cum auctoritate citandi Contradictores et Violatores &c.

Lre dimissorie pro Georgio Wreake.

Mattheus permissione divina Cantuar. Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in christo Georgio Wreake infra parochiam de Ffeversham nostre Cantuar. dioc. oriundo Salutem graciam et bened. / Ut a quocunque Catholico Episcopo Officij sui executionem obtinente ad omnes sacros ordines admitti et promoveri possis et valeas Dummodo etate, moribus, natalibus, et literatura repertus fueris idoneus, nullumque canonicum in ea parte obsistat impedimentum, Licenciam et facultatem nostras tam cuicunque catholico Episcopo hmoi ordines conferendi quam tibi eosdem recipiendi, benigne concedimus et impartimur per presentes / In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. xxvijo die mensis Marcij Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Tertio et nostre Cons. Anno quinto.

Breve regium de sequestrando fructus quorundam beneficiorum ob non solutionem primitiarum &c. /

Elizabeth dei gratia Anglie, Ffrancie, et Hibernie Regina fidei defensor &c. Reverendissimo in christo patri et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuar. Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano Salutem / Quia incumbentes in quadam Schedula presentibus annexa contenti et specificati in eorum separalia beneficia et promotiones spirituales in dicta Schedula content. separaliter ingressi sunt, fructusque decimas et emolumenta ecclesiastica inde perceperunt, nulla pro primitiis inde, ut statuta nostra exigunt, compositione aut solutione [illegible] habita, Nos igitur volentes eosdem separales incumbentes et eorum quemlibet, contempti et

et neglecti Officij sua debita effectui pena, certis de causis nos specialiter moventibus, ac de
fidelitate et providis circumspectionibus vestris plurimum confidentes, assignavimus vos et vobis
committimus volumus et mandamus, quod immediate super visum huius brevis nostri, se-
questrari et in manus nostras seisiri faciatis omnia et singula redditus, revenciones, exitus, pro-
ficua quecumque fructus, commoditates, glebas, decimas, oblationes, pensiones, portiones, et
alia emolumenta et proficua quecumque huiusmodi hominum incumbentium pro huiusmodi beneficiis et
promotionibus suis in schedula eadem nominatis spectantia et pertinentia in quorumcumque ma-
nibus possessione sive occupatione illa vel illorum aliqua modo existunt, aut imposterum
existent, Ultimoque publicetis et declaretis hanc sequestrationem nostram factam, talibus
temporibus, loco et huiusmodi personis prout vobis maxime videbitur expedire, Tenen-
tesque separalium beneficiorum et promotionum spiritualium in schedula predicta mentionatos
et eorum firmarios, tenentes et occupatores, fructus, decimas, et emolumenta, ac cetera premissa
eorum extunc superius certitate et specificate vobis seu vestris deputatis in hac parte tenore
presentium per vos appunctuandis solvere negligentes, contradicentes, attachiatis et capiatis seu
sic attachiari et capi per deputatos vestros faciatis et custodiatis per corpora sua ubicumque
fuerint inventi, aut eorum aliquis fuerit inventus, ita quod corpora eorum habeantur
coram Baronibus de Scaccario nostro apud Westmonasterium in Octabis sancte Trinitatis proximo futur'
ad faciendum et recipiendum quod curia nostra tunc et ibidem suadebit in hac parte, Ac
insuper petatis, exigatis, levetis, colligatis, et recipiatis in manus nostras a quibuscumque
tenentibus, firmariis, et occupatoribus dictorum separalium beneficiorum, ac promotionum
spiritualium et eorum cuiuslibet omnia reddit. revenc. exit. et proficua, et alia quecumque
commoda et emolumenta pro nobis et ad usus et commoditates nostros, Illaque omnia et
singula et quamlibet inde parcellam insimul aut separatim in usus et emolumenta
nostra exponatis et reservetis omnino, Bona vero et Catalla si que forte fuerint pe-
ritura, maiori commodo nostro vendantur. Ceteraque que de iure exigere poteritis
pagatis, quo separalium debitorum in dicta Schedula content. plenariam solutionem
expeditis accelerare poteritis, huiusque mandato nostro vosque insistatis donec et quousque
aliud inde habueritis in Mandatis, Ac coram Baronibus dicti Scaccarij nostri Recept.
vestram inde facientes et Calculum ad usum nostrum citra octab. predict. reddatis. Assigna-
vimus enim vos aliosque discretos et boni nominis viros qui vobis approbati et commodi
videbuntur collectores et receptores in premissis. Et si aliquis vel aliqui huiusmodi incumbentium
in Schedula predicta nominati, beneficia et promot. spual., in quo supponebatur esse incumbens
communicaverit, aut cesserit, aut etiam alij promot. spual. continuus fuerit, tunc diligenter
inquiratis quo terrarum orbe ipse modo moram trahit, et qua de causa eidem sic cesserit
aut communicaverit, certiores igitur reddatis Barones nostros predictos ad diem et locum predictos
quid feceritis in premissis, Remittentes Baronibus nostris predicte presens Mandatum vestrum in redditione
Computi vestri predicti, Et hoc nullatenus omittatis sub pena incumbente. Damus autem
tenore presentium in Mandatis omnibus et singulis Justiciariis, maioribus, vicecomitibus, ballivis, Con-
stabulariis, et alijs Officiariis et ministris nostris quibuscumque tam infra Libertates quam extra
vobis et vestris in hac parte deputatis, circa executionem presentis brevis nostri, obedientes,
assistentes auxiliantes sint et intendentes prout decet, Et habeatis ibidem tunc hoc breve
Teste Edwardo Saunders milite apud Westmonasterium xxjo die ffebruarij Anno
regni nostri octavo

Godfreye

Nomina omnium et singulorum admissorum et institutorum in separalia beneficia
infra dioc. Archiepiscopi Cantuar. qui pro primitiis eorundem beneficiorum cum regia
Maiestate minime composuerunt.

Com. Kanc.
Ulcombe Ecclesia Johes Tornosky.
Herde magna Rect. Tho. wyse
Shorham vicar. Willmus Bertram
Cleve Rect. Edmundus Allen.
Dale Mane in marisco Rect. Jo. James
Old Romney Rectoria Johes Shyrwode.
Bradborne vic. Robertus Carye.
Marston Rect. Symon Mustton.
Newington iuxta Sittingborn Willm Barker.
Chystlet vicar. Jacobus Forest.
Chiddy vicar. Thomas Acaron.

Myd.
Harrowe sup montem vic. Brianus Roser.

Civitat. Cant.
Sancti Pauli ibidem Henricus Hewys.
westgate vic. Willmus Spilman.

London.
Sti. Michaelis in (?) Rect. Reginaldus west.

Surr.
Esthorseley Rect. Richardus Beard.

Sequestrum fructuum vicarie de Chorham ob non solutionem primitiarum iuxta tenorem Brevis Regii &c.

Mattheus permissione divina Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilectis nobis in Christo Gardianis sive Yconomis ecclesie parochialis de Chorham nre et ecclesie nre Christi Cantuarien iurisdictionis immediate Salutem, gratiam, et ben. Cum Willmus Bartram clericus in vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Chorham predict et possessionem eiusdem nuper ingressus fuit, fructusque decimas, et emolumenta ecclesiastica inde percepit nulla pro primitiis inde (ut statuta huius Regni Anglie exigunt) compositione habita prout ex tenore Brevis illustrissime in Christo Principis et domine nre, domine Elizabethe dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine, fidei defensoris &c. nobis in hac parte directi plenius liquet et apparet. Nos igitur auctoritate Brevis Regii predict ac iuxta mandatum dicte domine nre Regine nobis in hac parte factum procedentes, Omnia et singula proficua, redditus, obventiones, fructus, decimas, oblationes, Glebas, pensiones, portiones, et alia emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictam vicariam iure et nomine dicte vicarie perpetue spectantia et pertinentia, in quorumcumque manibus, possessione sive occupatione illa vel illorum aliqua modo existunt vel imposterum existent ex causa predicta auctoritate dicte domine nre Regine duximus sequestrand, prout etiam harum serie sic sequestramus, ac huius sequestri nri custodiam vobis coniunctim et divisim committimus per presentes. Ad publicand igitur et denunciand huiusmodi sequestrum nrum sic (ut premittitur) auctoritate Regia interpositum talibus temporibus locis et modis quibus vobis maxime videbitur expedire, Necnon ad petend exigend levand, colligend et recipiend ad usum et commoditatem dicte dne nre Regine ab incumbente, tenentibus firmariis sive occupatoribus dicte vicarie perpetue omnia proficua, reddit obventiones, exitus, obventiones decimas, oblationes, et alia commoda et emolumenta quecumque ad dictam vicariam perpetuam spectantia et pertinentia, illaque omnia et singula et quaelibet inde percellam ad usum eiusdem domine nre Regine reponend et servand, Ac insuper Bona et Catalla si que fuerint peritura meliori commodo dicte dne nre Regine vendend, Ceteraque omnia et singula que de iure poteritis in hac parte faciend et exequend donec et quousque aliud inde a nobis habueritis in mandatis. Necnon incumbentem dicte vicarie perpetue, eiusque firmar tenent sive occupator ac alios quoscumque fructus decimas, et emolumenta ac cetera premissa cum pertinentiis superius recitatis et specificatis vobis seu vestrum alicui solvere negligentes seu contradicentes attachiand et capiend per corpora sua ubicumque fuerint inventi ac eorum aliquis fuerit inventus, Ita quod corpora eorum habeantur coram Baronibus curie Scaccarii dicte domine nre Regine apud Westm in Octabis Sancte Trinitatis prox futur ad faciend et recipiend quod dicta curia tunc et ibidem suadebit in hac parte. Ad que omnia et singula premissa faciend vobis auctoritate Brevis Regii predict coniunctim et divisim committimus vices nras per presentes. Volentes nihilominus quod de receptis per vos ad usum dicte dne nre Regine vigore et auctoritate huius sequestri nri (sive Brevis Regii) fidelem nobis Computum sive Ratiocinium citra festum Pentecostes prox futur iuste reddere non postponatis sub periculo incumbente. Volumus preterea ac vobis coniunctim et divisim firmiter precipiendo mandamus, Quatenus si vicarius huiusmodi mortuus sit seu eidem vicarie perpetue cesserit aut renunciaverit vel eandem resignaverit seu beneficium alii promotioni cuicumque prefuerit tunc diligenter inquiratis quo die, mense et anno, ac in quo loco sic moriebatur, Ac si fuerit superstes, quo terrarum orbe ipse modo moram trahit, et qua de causa eidem vicarie sic cesserit aut renunciaverit, de nos seu Vicarium nrum in spiritualibus generalem de premissis citra dictum festum Pentecostes prox futur certiores facere curetis prout decet. In cuius rei testimonium Sigillum nrum presentibus apponi fecimus. Dat. die mensis Martii Anno dni Millimo Quingen°, Sexagesimo Quarto, et nre Consecr Anno quinto.

Certificatorium in cur Scaccarii pro Symone Clerke Rectore de Merston

Honorabilibus viris dominis Baronibus curie Scaccarii illustrissime in Christo Principis et domine nre, domine Elizabethe dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine, fidei defensoris &c. et eiusdem curie Thesaurario ac ceteris in eadem a Consiliis, Mattheus permissione divina Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam et fidem indubiam presentibus adhiberi. Vobis tenore presentium certificamus innotescimus, Ut licet per literas nras certificatorias dat secundo die mensis ffebruarii Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane 1561 vestris vobis certificaverimus Quendam Symonem Marston clericum ad ecclesiam parochialem de Merston nre Cantuar dioc xx° die mensis Octobris Anno dni predicto admissum fuisse, et in eadem institutum, Huiusmodi tamen Symon Merston ad ecclesiam parochialem de Merston predict eodem xx° die Octobris nra auctoritate minime fuit admissus seu in eadem institutus, nec ullus dnus dns nominus est nobis notus, vel quidam Symon Clerke clicus ad eandem ecclesiam parochialem de Merston dicto xv° die Octobris Anno dni 1561 predicta auctoritate nostra rite et legitime admissus ac in eadem institutus et investitus fuit, Ac in conscribendo has nostras certificatorias predictas, Nomen Symonis Merston loco dni Symonis Clerke vitio et negligentia Scriptoris earundem in Schedula predicta hiis nostris certificatoriis annexa insertum et inscriptum fuit, Que omnia et singula ita se habere et vera esse vobis harum serie ducimus significand. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. xiiij die mensis Aprilis, Anno dni Millimo, Quingentesimo Sexagesimo. Quarto. et nre Consecr Anno quinto.

Vicesimo sexto die mensis Aprilis 1564. Commissa fuit Administratio bonorum Johannis ffesher alias nuper Rectoris ecclesie parochialis de Stysted Decanatus de Bocking dicte nre Cant. Jurisdictionis immediate ab intestato def. Richardo Kytchen clico Rectori moderno ibidem quia nullus Consanguineorum eiusdem Johis inventus est qui eandem administrationem in se acceptare voluerit, Primitus de bene etc. in forma iuris iurat. Salvo iure etc. Et habet pro Inventario ipso Johis exhibendo proxime futur.

Administratio bonorum Jo. ffesher Rectoris de Stisted def.

Vicesimo septimo die Aprilis predict. Reverendissimus ex certis causis animum suum moventibus et presertim eo quod vicaria perpetua ecclesie parochialis de Estfarleye decanatus de Shorham dicte sue dioc Cant. Jurisdictionis immediate vacua est et ecclesia ibidem inofficiata, Sequestravit omnes et singulos fructus, redditus, proventus, ac cetera iura ecclesiastica quecumque ad eandem spectantes, et commisit custodiam eorundem Roberto Welles clico, Et ipse curam animarum eiusdem interim deserviat et onera incumbentia debite supportet, Salva potestate revocandi eum ad Computum.

Sequestrum fructuum vic de Estfarleye

Mattheus permissione divina Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in Christo Willmo Oxenden armigero, domino de Brooke infra parochiam de Wingham in com. Kant. nre Cantur dioc. Salutem gratiam, et ben. Oblata nobis nuper pro parte tua petitio continebat, Quod cum tu et Antecessores tui infra parochiam de Wingham predict. per tempus immemorabile moram traxeritis et ibidem larem foveritis, necnon in eadem parochia vos continuo laudabiliter gesseritis, atque hospitalitatem in dicta parochia in commodum et relevamen pauperum in eadem degentium prout deus dederit tenueritis et ecclesiam parochialem de Wingham predict. cum familiis vestris ad divina Officia audiend. ac Sacramenta participand. de tempore in tempus continue hactenus frequentaveritis, eidemque ecclesie omnes decimas tam prediales quam personales ac omnia alia iura et onera sive de iure seu consuetudine debita de tempore in tempus debite solveritis, Atque tu tamen nihilominus prefatus Willmus nullum locum decentem infra eandem ecclesiam hactenus habueris in quo Sedilia pro te, uxore, filiis, et familiaribus tuis, natura et statui tuo condecentem erigere seu construere, ac corpora defunctorum familie predicte sepelire possis et valeas, Unde nobis humiliter supplicari fecisti, Quatenus ad usum et occupationem predict. Quandam capellam nunc valde ruinosam et nulli usui deditam situatam, iacentem, et existentem ex parte Boriali Chori dicte ecclesie parochialis de Wingham predicte, ac ex parte orientali Sacrarii eiusdem ecclesie, continentem in longitudine octodecim pedes, et in latitudine sexdecim pedes, tibi heredibusque et Successoribus tuis dominis de Brooke predict. et ad usum predictum et non aliter concedere et elargiri dignaremur, Nos igitur devotionem tuam, qua deum et eius ecclesiam, ac sacra sua Sacramenta humili spiritu venerari plurimum commendantes, ac piis tuis petitionibus ex iustis causis animum nostrum moventibus annuere volentes, et benignum assensum eisdem adhibentes, ad usum et occupationem predict., Capellam predictam de et cum expresso consensu et assensu tam proprietarii ecclesie predicte quam Iconomorum sive Gardianorum, necnon parochianorum de Wingham predict. et aliorum quorumcumque interesse in hac parte quomodolibet habentium, Tibi ac heredibus et Successoribus tuis, dominis de Brooke predict. tantum et non aliis, in usus predictos imperpetuum ex causis predictis et aliis nos in hac parte specialiter moventibus benigne concedimus, damus et elargimur per presentes, Ita quod tu heredesque et Succ tui domini de Brooke pred., Sedilia in eadem Capella pro vobis, uxoribus, filiis, et familiaribus vestris ad libitum voluntatum vestrarum erigere, facere, et construere, ac corpora defunctorum de familia in eadem sepeliri et humari facere de tempore in tempus quoties et quando vobis seu cuicumque vestrum necessarium sit sive expediens, absque contradictione, perturbatione, vel molestatione nostra aut Successorum nostrorum seu proprietarii, gardianorum, vel parochianorum modernorum de

Appropriatio unius capelle ex boriali parte ecclesie de Wingham Willmo Oxenden

Wingham predict' aut Successorum suorum seu aliorum quorumcumque / Ad que omnia et singula premissa modo prescripto faciend', Licen' et facultatem nostras ordinarias (dummodo dicte ecclesie parochiali de Wingham predicte nullum in decimis aut oblationibus debitis vel [illegible] exinde preiudicium generetur, Sed eius semper matrice iura conserventur illesa) pro nobis et Successoribus nostris benigne concedimus et elargimur per presentes / Proviso semper quod tu prefatus Willelmus heredesque et Succ' tui domini de Brooke predict' Capellam predictam decenter ordinari, ac debite ornari procurabitis vestris propriis sumptibus et expensis, Necnon omnis reparationis capelle predicte onus futuris temporibus, de tempore in tempus cum opus fuerit subibitis, Ac proprietarium, Gardianosque et parochianos de Wingham predict' [illegible] nostre [illegible] presenti concessione nostra aut aliquo in eadem contento in contrarium faciend' in aliquo non obstan' / In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat' xxvijo die mensis Aprilis Anno domini Millimo, Quingen' Sexagesimo, Quarto, et nostre Cons' Anno quinto.

Certificatorium in curia Scaccarij de vacationibus beneficiorum

Honorabilibus, viris dominis Baronibus curie Scaccarij illustrissime in Christo Principis et domine nostre, Elizabethe dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine fidei defensoris etc. et eiusdem curie Thesaurario, ceterisque in eadem a consiliis / Matheus permissione divina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam et fidem indubiam presentibus adhiberi. Breve supradicte illustrissime domine nostre Regine presentibus annexum nuper cum ea qua decuit reverentia, obedientia et subiectione humiliter recepimus exequendum / Cuius vigore pariter et auctoritate Scrutatis diligenter de mandato nostro Registris nostris sub custodia Registrarij nostri primarij existentibus et fideliter custoditis, Nomina et cognomina omnium et singulorum clericorum ad promotiones et Beneficia ecclesiastica infra dioc' et iurisdictiones immediatas dicte nostre Metropolitice ecclesie Cant' a festo Natalis domini Anno Regni supradicte domine nostre Regine quinto, usque ad idem festum Natalis domini tunc ultimo preterit' Anno Regni eiusdem domine nostre Regine Sexto admissorum, unacum annotatione et descriptione dierum, mensium, et annorum admissionum et institutionum eorundem clericorum ad beneficia huiusmodi in schedula presentibus annexa describi fecimus et mandavimus / Que omnia et singula ita se habere et vera esse, Vobis harum serie iuxta tenorem Brevis Regij predicti quatenus ex Registris et Actis nostris huiusmodi nobis constare possit duximus significand' In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus, Dat' Cantuar' quoad Sigilli appensionem xxvijo die mensis Aprilis anno domini Millimo, Quingen', Sexagesimo Quarto et nostre Cons' Anno quinto.

Octavo die mensis Januarij Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane 1562 Henricus Barnes clericus admissus fuit ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Marden.

Nono die eiusdem mensis Johannes Emynser clericus admissus fuit ad ecclesiam parochialem de Estlangdon.

Vicesimo septimo die eiusdem mensis, Johannes fforett admissus erat ad ecclesiam parochialem de Demechurch.

Vicesimo primo die mensis Martij Anno domini predicto Gilbertus Jennall ad ecclesiam parochialem de Harbaldowne.

Vicesimo tertio eiusdem mensis Martij Willelmus Starr ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Estpeckham.

Comitat. Kancie

Ultimo die mensis Martij Anno domini 1563 magister Andreas Peerson ad ecclesiam parochialem de Ivechurch.

Decimo sexto die mensis Aprilis Ao domini 1563 Thomas Pett ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Boton Aluph.

Vicesimo secundo die eiusdem mensis Aprilis Thomas Bradshawe ad ecclesiam parochialem de Burmisshe.

Vicesimo nono die eiusdem mensis Richardus Hedley ad ecclesiam parochialem Sancte Mildrede Civitatis Cant.

Eodem die Willelmus Dartnoll ad ecclesiam de Penshurst.

Septimo die Maij 1563 Johannes Hill ad ecclesiam parochialem de Chedingstone.

Eodem die Richardus Webbe ad ecclesiam parochialem beate Marie in Marisco.

Decimo die Maij predict Willmus Ponye ad vicariam perpetuam eccle
parochialis Sti Clementis in Sandwiche.
Quarto die Junij Ao dni 1563 predict Henricus Westphaling ad vicar
perpetuam eccle parochialis de Hymme.
Vicesimo octavo die Junij predict Willmus Chauncellar ad vicariam de
Wrotham.
Decimo sexto die Julij Ao dni predicto Gregorius Basset ad eccliam
parochialem de Luddenham.
Vicesimo quarto die eiusdem mensis Julij Willmus Hardwood ad
eccliam parochialem de ffordwich.
Vicesimo nono die mensis Augusti 1563 Henricus Larke ad
vicariam de Bekesborne.

Comitat. Cantuar

Tertio die Septembris 1563 Henricus Westphaling ad vicariam
de Westhith.
Decimo die Septembris Johes Wood ad vicariam perpetuam Sancti
Johis in Thaneto.
Vicesimo quinto die mensis Octobris 1563 Henricus Dowkersen ad
vicariam de Norborn cum capella de Sholden et parva Mongeham.
Secundo die Novembris 1563 Johes Braynford ad vicariam per-
petuam eccle parochis de Barsted.
Tricesimo die Novembris predicti Andreas Peerson ad Canonicatum
et prebendam in eccia cathed. xpi Cant.
Tertio die decembris 1563 Adam Kingesnoth ad vicariam de
Lyminge.

Civitas London.

Quinto die Maij 1563 Johes Heyton ad eccliam parochialem Sti
Leonardi in Estchepe.
Sexto die Maij predicti Henricus Wright ad eccliam parochialem
beate Marie Bothawe.
Duodecimo die Maij magr Richardus Chaundler ad eccliam
omnium Sanctorum in Lumbardestrete.
Decimo die Augusti 1563 Thomas Bacon ad eccliam parochialem
Sti Dionisij Backchurche.

Decimo quinto die Maij Anno dni 1564 in edibus magri Thome Yale legum doctoris vicarij in spiritualibus generalis Reverendissimi patris dni Matthei Archiepi Cantuar et coram eodem magro Yale in presentia mei Johannis Incent notarij publici Registrarij principalis eiusdem Reverendissimi patris etc.

Quibus die et loco Comparuit personaliter Gilbertus Hyde clericus Capituli eccle xpi Cantuar ac nomine decani et Capituli eiusdem eccle petijt Consiliarios eisdem decano et Capitulo assignari et deputari pro quadam controversia discutienda et decidenda inter prefatum Reverendissimum patrem ex una parte ac dictos decanum et Capitulum ex altera parte nuper exorta de et super Solutione quarundam procurationum quas dictus Reverendissimus vendicat sibi ratione visitationis sue Metropoliticae infra dioc. suam Cant. nuper exercite deberi, a quibusdam ecclijs infra dioc. suam Cantuar situatis et eccle xpi Cant. predicte appropriatis. Unde prefatus magr Yale vicarius generalis antedictus de expresso consensu et mandato dicti Reverendissimi patris (ut asseruit) assignavit et deputavit magros Valentinum Dale et Willmum Aubrey legum doctores Curie Cant. de Archubus London Advocatos in Consiliarios eisdem decano et Capitulo in hac parte, ac ex parte dicti Rmi patris vel licuit, ut consilium suum vel in premissis eisdem decano et Capitulo libere et licite impendere possint.

Assignatio consiliar
decano et Capitulo Ca
pro quadam controversia
dec et Rmum exorta etc.

Certificatorium pro
Rect. de Luddenham
Cantuar. dioc.

Honorabilibus viris dominis Baronibus Curie Scaccarij illustrissime in Christo principis
et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc.
Matheus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus
omnimodam reverentiam debitam cum honore / Vobis tenore presentium certificando innotescimus quod nos
dudum virtute et auctoritate cuiusdam brevis Regij nobis in hac parte directi, Registra et Archiva
dilecti nobis Archivi nostri Cantuarien. sub custodia Thome Yerdley notarij publici eiusdem
Archivi Scribe et Registrarij existentia et fideliter custodita perscrutari fecimus / In quorum
Registris inter alia ibidem registratum et inactitatum habetur, quod Richardus Thompson clericus in
eodem brevi Regio nominatus ad Rectoriam ecclesie parochialis de Luddenham nostre Cantuarien. dioc.
per mortem (ut asserebatur) domini Roberti Cole vacantem admissus, et inductus fuit penultimo
die mensis Julij Anno domini Millesimo, Quingen. Quinquagesimo, Primo, prout in eodem
Registro per exhibita ibidem cernere plenissime liquere possit, Ac postmodum sufficienti proba-
tione prius habita quod Robertus Cole predictus apud Holden in dioc. Ebor. (ubi moram trahit)
superstes et vivens existebat, ratione cuius dicta Rectoria de Luddenham minime vacare, neque
prefatus Richardus Thompson eandem possidere et obtinere debuit aut potuit, prefatus Richardus
Thompson quasi vivente [illegible] iniuste occupans, a dicta Rectoria de Luddenham amotus fuit
Iusticia id suadente / Deinde vicesimo nono die mensis Martij Anno domini secundum computationem
ecclesie Anglicane 1555 decanus et Capitulum ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cant. custodes
spiritualitatis sede Archiepiscopali tunc vacante, eundem Richardum Thompson ad eandem ecclesiam
sive Rectoriam de Luddenham adtunc per mortem naturalem prefati Roberti Cole et non per resig-
nationem aut deprivationem prius vacantem, deinde presentatum admiserunt et instituerunt, ut in
actis Registri predicti etiam ad plenum liquere possit / A quo quidem tempore tanquam Rector eiusdem
eandem Rectoriam cum suis Iuribus et pertinentiis universis tenuit obtinuit et impresentiarum obtinet, In cuius
rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. xxvj die mensis Januarij A°
domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo, Quingen. Sexagesimo, Quarto

Certificatorium Regine
de Rect. de Kenarton
Cantuar. dioc.

Honorabilibus viris dominis Baronibus curie Scaccarij illustrissime in Christo principis
et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris
etc. et eiusdem curie Thesaurario, ceterisque in eadem [illegible] / Matheus permissione divina
Cantuar. Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam
et fidem indubiam presentibus adhiberi / Vobis harum serie significamus et certificando innotescimus,
quod Richardus Dadyson clericus nuper Rector ecclesie parochialis de Kenarton nostre Cant. dioc. et in brevi
Regio presentibus annexo nominatus decimo sexto die mensis Octobris Anno domini Millesimo, Quingen.
Sexagesimo, Primo ultimo elapso (uti ex fidedignorum informamur testimonio) ab hac luce mi-
gravit, eademque ecclesia parochialis de Kengarton predicta per mortem eiusdem Richardi Dadyson
[illegible] ad institutionem Johannis Lobat clerici nono die mensis Julij Anno domini 1561 sic vacare contin-
gebat / Que omnia et singula ita se habere et vera esse vobis ad petitionem [illegible]
Dadyson interesse (ut dicitur) in hac parte habentis duximus significanda. In cuius rei testi-
monium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. [illegible] die mensis Maij Anno domini
Millesimo, Quingen. Sexagesimo, Quarto. Et nostre consecrationis Anno quinto

Significavit Rev. [illegible]
[illegible] scribere domine
Regine pro captione
corporis Alicie Abbes
excommunicate

Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Matheo miseratione divina Cant.
Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano, vestro Vicario in spiritualibus generali
seu Audientie vestre causarum et negociorum Auditori / Vester humilis et devotus
Thomas Cole sacre Theologie professor ac decanus decanatus de Bocking Iurisdictionis
immediate ecclesie Christi Cant. [illegible] deputatus, Omnimodas obedientiam et reverentiam tanto Reve-
rendissimo patri debitas cum honore. [illegible] nos in quodam correctionis negocio contra
et adversus Aliciam Abbes parochie de Hadleigh nostre [illegible] legitime procedentes, eandem
Aliciam Abbes propter suam contumaciam in non comparendo coram nobis certis die, et
loco competentibus et iam effluxis ad quos legitime et peremptorie nostra auctoritate citata fuerat,
certis articulis animam suam [illegible] concernentibus responsura excommunicavimus, proque sic excommunicata in
ecclesia sua parochiali publice denunciari procuravimus, Que quidem post et citra publicationem
de eadem factam, in eadem excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra animo o-
stinato et indurato perseveravit et adhuc perseverat in presenti, Claves sancte matris ecclesie
nequiter in ea parte contemnendo et contempsit, Cum nos ulterius in huiusmodi negocio facere
non habemus, Que premissa omnia et singula paternitati vestre Reverendissime certificamus
humiliter supplicantes quatenus pro capione corporis dicte excommunicate Regie maiestati scri-
bere dignemini, secundum huius inclyti regni Anglie consuetudinem in talibus hacte-
nus usitatam, Ut quam dei timor a malo non revocat, Secularis brachij disciplina
cohibeat et coerceat a peccato / In fidem et Testimonium premissorum Sigillum officij nostri
presentibus apponi fecimus / Dat. primo die mensis Maij, Anno domini Millesimo, Quingen.
Sexagesimo quarto

Significavit dicte Regie pro captione corporis Alicie Abbes.

Excellentissime et invictissime in Christo principi, et domine nostre, domine Elizabethe dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defensori etc. Mattheus permissione divina Cantuar. Archiepiscopus, totius Anglie primas et Metropolitanus, obedientias debitas, reverentiam, et subiectionem in eo per quem Reges regnant et principes dominantur / Vestre Regie Sublimitati tenore presentium significamus, Quod dilectus nobis in Christo magister Thomas Cole sacre Theologie professor, decanus decanatus de Bocking diocesis nostre Metropolitice Christi Cantuar. iurisdictionis immediate sufficienter et legitime deputatus in quodam correctionis sive reformationis negocio contra Aliciam Abbes parochie de Hadleigh in comitatu Suff. decanatus et iurisdictionis nostre predictarum ex officio suo mero ad legitime procedens, Eandem Aliciam Abbes propter suam manifestam contumaciam in non comparendo coram eodem magistro Thoma Cole certis die hora et loco competentibus iam effluxis, ad quos legitime et peremptorie vocata et citata extitit super quibusdam articulis, capitulis, sive interrogatoriis meram anime sue salutem ac morum et excessuum suorum reformationem et correctionem, necnon crimen incontinentie per eandem Aliciam commisse et perpetrate concernen. ei cum venisset de officio suo obiiciendis et ministrandis personaliter constitutam pronunciavit contumacem, et ipsam in penam contumacie sue huiusmodi excommunicavit in scriptis iustitia mediante, eandemque Aliciam sic per eum excommunicatam fuisse et esse per literas suas denunciatorias et declaratorias palam et publice denunciari et declarari fecit, Que quidem Alicia Abbes in eadem excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra post denunciationem eiusdem stetit et perseveravit prout etiam stat et perseverat in presenti animo pertinaci et indurato, claves ecclesie nequiter contemnendo et contempsit, in anime sue grave periculum, et aliorum Christi fidelium exemplum non ferendum. Cum igitur ecclesia ulterius non habeat quod faciat in hac parte vestre regie Sublimitati humiliter supplicamus et rogamus, Quatenus ad ipsius Alicie Abbes sic excommunicate et denunciate obstinaciam et contumaciam reprimendam, Brachium velitis auxilii vestri secularis extendere, et pro corporis eiusdem Alicie captione et carcerali mancipatione eiusdem mandatis vestris scribere iuxta et secundum huius incliti regni vestri Anglie Statuta et consuetudinem laudabilem in talibus hactenus usitatam gratiose dignemini, ut quam dei optimi maximi timor a malo non revocat, saltem severior vestre serenissime regie maiestatis animadversio castiget, corrigat et ad cor reducat, Quam clementissimam vestram regiam maiestatem et populi sui felix regimen diu conservet in prosperis dextera dei omnipotentis / In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. ultimo die mensis Junii Anno domini Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo, Quarto, et nostre consecrationis anno quinto, Regni vero vestri felicissimi Anno sexto. / C /

Sequestrum fructuum prebende de Vaynoll in ecclesia Cathedrali Assaphen.

Mattheus permissione divina Cantuar. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus / Dilectis nobis in Christo

Salutem, gratiam, et Benedictionem / Cum custodia quarumcumque ecclesiarum, et Beneficiorum ecclesiasticorum vacantium et pastorum solatiis destitutorum, ac fructuum, proventuum, obventionum, et emolumentorum quorumcumque ad eadem quomodolibet pertinentium et spectantium per totam nostram Cantuar. provinciam (locorum ibidem ordinariis respective negligentibus) ad nos et ecclesiam nostram metropoliticam Christi Cant. notorie dinoscatur pertinere, Hinc est (quia ut accepimus) Canonicatus et prebenda de Vaynoll cum Llangwriedre, et de Mechion in ecclesia Cathedrali Assaphen. nostre Cantuar. provincie per mortem naturalem Mauritii Byrkinshawe clerici ultimi et incumbentis in eisdem dudum vacaverint et vacant in presenti Nos vero nolentes fructus, redditus, proventus, et emolumenta eorundem Canonicatus et prebende alicuius sinistre consumptionis dispendiis dilapidari et consumi, sed in usum et commoditatem futuri incumbentis ibidem ac ad solutionem et supportationem onerum eisdem de iure quoquo modo incumbentium converti et applicari cupientes / eosdem fructus, redditus, proventus, ac cetera iura et emolumenta ecclesiastica quecumque ad prefatos Canonicatum et prebendam ac incumbentem eorundem pro tempore existentem qualitercumque spectantia (ob negligentiam venerabilis confratris nostri domini Thome eadem permissione Assaphen. episcopi in premissis facere postponentis), ac eiusdem negligentiam supplendo ex officio nostro ex causis premissis duximus sequestrandum, et huiusmodi sequestri nostri custodiam vobis committendam fore decrevimus iustitia mediante, prout etiam sic sequestramus et vobis committimus per presentes / Ad publicandum igitur huiusmodi sequestrum nostrum sic per nos interpositum omnibus et singulis quorum in hac parte interest, necnon ad colligendum, levandum et exigendum omnes et singulos fructus, redditus, proventus, obventiones oblationes, ac cetera iura et emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictos Canonicatum et prebendam et eius incumbentem pro tempore existentem quomodolibet spectantia et pertinentia, eaque et ea sic collecta levata et percepta sub tuto et salvo sequestro custodiendum et conservandum, Ac que temporis mora deperitura forent debito iusto pretio alienandum et venditioni exponendum, Ac de collectis, levatis, et perceptis huiusmodi onera quecumque eidem incumbentem debita supportari faciendum et causandum, Ac de eisdem sic collectis levatis et perceptis nobis vel proximo sive futuro incumbenti in eisdem, fidelem compotum sive rationem cum ad hoc congrue fueritis requisiti iusto reddend et faciend / Ceteraque omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in hac parte de iure necessaria fuerint seu quomodolibet requisita Vobis Vices et auctoritatem nras committimus per presentes, Tantisper duratur quoad eas duxerimus revocand / Quique autem contradicere resistere et impedire voluerint vos, quo minus hoc presens Sequestrum nrm suum debitum possit sortiri effectum, Citetis seu citari faciatis peremptorie eosdem contradictores, resistentes, et impedientes quoscumque, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in Spualibus generali suove eius Surrogato quocumque in ecclia cathedrali divi Pauli London loco consueto ibm tercio die post citationem huiusmodi eis in hac parte factam si iuridicus fuerit, alioquin proximo die Juridico extunc sequen, Cum nos aut Vicarium nrm suumve eius Surrogatum huiusmodi ad Iura reddend hora cause ibm consueta pro Tribunali sedere contigerit, Certis articulis Capitulis, sive interrogatorijs animarum suarum salutem ac contemptum Iuris et Iurisdictionis ecclesiastice Metropolitice xpi Cantuar nec non Violationem Sequestri nri huiusmodi in eisdem fructubus (ut premittitur) interpositi concernen, eis cum venerint ex Officio nro obiiciendis et ministrandis personaliter responsur, ulteriusque factur et recepturi quod iustum fuerit in hac parte, Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nrm in Spualibus generalem seu eius Surrogatum antedictum cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite certificetis. Dat. xxjo die mensis Junij Ao dni Millimo, Quingentesimo, Sexagesimo Quarto, et nre Consecrationis anno quinto.

Certificatorium in curiam Scaccarij de morte Willmi fforys Vicarij Sancti Clementis in Sandwich.

Honorabilibus Viris dominis Baronibus curie Scaccarij illustrissime in xpo principis et domine nre, Dne Elizabethe dei gra Anglie, ffrancie, et Hibernie Regine fidei defensoris etc. Ac eiusdem curie Thesaurario ac Cancellario, Ceterisque in eadem curia consiliis, Mattheus permissione divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Salutem, gram, et Ben, ac fidem indubiam presentibus adhiberi, Vobis hac serie significamus et innotescimus Quod Willmus fforys clericus in brevi regio presentibus annexo nominatus nuper Vicarius Sancti Clementis in Sandwico nre Cant. dioc. infra villam de Sandwich predict. Vicesimo secundo die Novembris Anno dni Millimo, Quingen° Sexagesimo tertio, ab hac luce migravit, Atque eadem Vicaria Sancti Clementis predict ante obitum eiusdem Willmi fforys xxijo die Aprilis Anno dni Millimo, Quingen°, Sexagesimo, tertio, vacare contingebat, prout ex Certificatorio Maioris et Iuratorum eiusdem ville Sandwici, Sigillo officij Maioratus dicte ville sigillat. penes Registrum nrm remanen plene liquet et apparet, Que omnia et singula ita se habere et vera esse, Vobis ad peticionem Isake Thornden duximus significand per presentes / In cuius rei Testimonium Sigillum nrm presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nro de Lambehith, primo die mensis Septembris Anno dni Millimo, Quingen°, Sexagesimo, Quarto.

Lre dimissorie pro Willmo Thorne.

Mattheus permissione divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in xpo Willmo Thorne parochie de Barkinge London dioc. nreque Cantuar provincie Salutem, gram, et Ben / Ut a quocumque Epo Catholico officij sui executionem libere obtinente ad omnes sacros ordines iuxta morem et ritum ecclie Anglicane in ea parte pie et salubriter edita et ordinat. admitti et promoveri possis et valeas, Dummodo etate, moribus, natalibus, et literatura ac lingue latine scientia repertus fueris idoneus, Super quibus Conscientiam dci Epi coram altissimo oneramus) aliudque Canonicum in ea parte tibi non obsistat impedimentum) Liciam et facultatem nras tam cuicumque Epo catholico ordines huiusmodi conferend quam tibi eosdem recipiend benigne concedimus et elargimur per presentes / In cuius rei Testimonium Sigillum nrm presentibus apponi fecimus / Dat. in Manerio nro de Lambehith duodecimo die mensis Octobris Anno dni 1564 et nre Consecrationis Anno quinto.

Commissio in causa appellationis inter Johem Adams Rectorem de Cotes Elien dioc. et Vicarium de Grauntestre eiusdem dioc. etc

Mattheus permissione divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilectis nobis in xpo magistris Andree Perne sacre Theologie professori ecclie cathis Elien Decano, Henrico Harvey legum doctori Roland in Artibus magistro, et Willmo Leche in legibus Bacchro, Salutem, gram et Ben, Ex parte dilecti nobis in xpo Johannis Adams Rectoris ecclie poch de Cotes Elien dioc. nreque Cantuar provincie nobis nuper extitit monstratum, Quod licet alias Ecclesia a quibusdam gravaminibus, Iniusticijs, nullitatibus, et iniurijs sibi per magistrum Thomam Ithell legum doctorem Substitutum quendam, venerabilium virorum magistrorum Thome Yale legum doctoris Vicarij nri in Spualibus generalis, Johis Pory sacre Theologie professoris, et Edwardi Leedes in legibus Licentiati Commissariorum nrorum ad visitand tam in capite quam in membris ecclesiam cathedralem ac

Ciuitatem et dioc. Elien nre Cantuar. prouincie deputatorem et assignatorem
in quadam causa criminarum inter eundem Johem Adam Exon agentem
et querelan de vna, et   clicum vicarium ppetuum eccle paroch
de Grantester dce Elien dioc. nreque Cantuar. prouincie reum etiam et querelatum
ptibus ex altera mota controuertebatur et pendebat indecise illatis, ad nos tre et
huius appellatum, atque de nullitate pmissorum apud principalem dictum et quere-
latum, vnde nobis humilr supplicari fecit, Quatenus nos in causa et causis
appellationis et querele, atque negotio principali huiusmodi cum suis incidentibus, emergentibus,
dependentibus, annexis et connexis quibuscumque cognoscere et procedere, eandemque fine
debito terminare dignaremur. Nos igitur supplicationi huiusmodi fauorabiliter incli-
nati, ac Justicie complementum ptibus in pmissis ministrari volentes, Quia tot,
tantis et arduis et vrgentibus negotijs impeditarum adeo sumus impliciti et remo-
rati, prout de verisimili credimus in futurum, Ad cognitionem, discussionem, et deter-
minationem huiusmodi cause, in persona nra propria vacare non possumus neque va-
lemus, vobis de quorum sana doctrina, conscientie puritate, ac in rebus gerendis
dexteritate et circumspectionis industria in hijs et alijs plurimum in domino con-
fidimus p hec Scripta nra committimus et mandamus, Quatenus vos quatuor
aut tres vestrum, in causa et causis appellationis et querele nullitate predicta
necnon post et contra attemptatorum et innouatorum, totiusque negotij principalis cum
suis incidentibus emergentibus dependentibus, annexis et connexis quibuscumque, vocatis pfato
vicario andco, et alijs qui de iure in hac parte fuerint
vocandi, auditisque hincinde propositis et proponendis, quod iustum fuerit in
eisdem decernatis, facientes quod et quo decreueritis in pmissis p vltima Juris re-
media firmiter obseruari In cuius rei testimonium Sigillum nrum psentibus apponi
fecimus. Dat. in Manerio nro de Lambehith xxiijo die mensis Octobris
Anno dni 1564 et nre Consecrationis Anno quinto.

Commissio ad admittend.
ffranciscum Clerke in procuratorem
curie de Archubus.

Mattheus, permissione diuina Cantuar Archiepus totius Anglie primas et
Metropolitanus dilecto nobis in xpo magro Roberto weston legum doctori curie nre
Metropolitice Cant. Officiali nrimo deputato aut alij eiusdem curie presidenti
cuicumque Salutem, gratiam, et ben. Literarum scientia, praxis in rebus gerendis,
aliaque virtutes et probitatis dona quibus dilectus nobis in xpo ffranciscus Clerke
notarius publicus insignitur nos merito inducunt Vt personam illius fauore beneuolo
prosequamur, eique gratiam impartiamur specialem. Ad dispensandum igitur cum eodem
ffrancisco Clerke Vt in numerum procuratorum generalium dce curie nre recipi et
admitti possit, ac in eadem procuris officium cum numerus procuratorum eiusdem
curie nre secundum de Statutis eiusdem curie nre limitatus et designatus fuerit
diminutus iuxta limitationem Statutorum predict et non aliter vt id per Statuta
eadem possit, pntum exercere valeat, ipsumque procuratorem dce curie nre modo pmisso ad-
mittend., atque in numerum procuratorum generalium eiusdem curie modo predicto
aggregand., tibi vices nras committimus et plenam in domino tenore psentium
concedimus facultatem Statutis et ordinationibus dce curie nre quoad pmissa
in contrarium forsan editis non obstantibus quibuscumque In cuius rei testimonium
sigillum nrum psentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nro de Lambehith
xxiijo die mensis Octobris Anno dni Millimo, Quingen; Sexagesimo quarto
et nre Consecrationis Anno quinto.

Commissio ad admittend.
willum Bedle in procuratorem
Curie de Archubus.

Mattheus, permissione diuina Cant Archiepus totius Anglie primas et
Metropolitanus dilecto nobis in xpo magro Roberto weston legum doctori Curie
nre Metropolitice Cant. Officiali nrimo deputato, aut alij eiusdem curie presidenti
cuicumque Salutem, gratiam, et ben. Literarum scientia, praxis in rebus gerendis, aliaque
virtutum et probitatis dona, quibus dilectus nobis in xpo willmus Bedle notarius pucus
insignitur nos merito inducunt, Vt personam illius fauore beneuolo prosequamur eique
gratiam impartiamur specialem. Ad dispensandum igitur cum eodem willmo Bedle Vt in
numerum procuratorum generalium dce curie nre recipi et admitti possit, ac in eadem pro-
curis officium cum numerus procuratorum eiusdem curie nre limitatus et designatus fuerit
diminutus iuxta limitationem Statutorum predict et non aliter vt id per Statuta eadem
possit, pntum exercere valeat ipsumque procuratorem dce curie nre modo pmisso admittend.,
atque in numerum procuratorum generalium eiusdem curie aggregand. modo predicto, tibi
vices nras committimus et plenam in domino tenore psentium concedimus facultatem,
Statutis et ordinationibus dce curie nre quoad pmissa in contrarium forsan editis non.

obstan' quibuscumque. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' in Manerio nostro de Lambehith xxviij° die mensis Octobris Anno domini Millesimo, quingentesimo sexagesimo quarto et nostre consecrationis Anno quinto.

Commissio Thome visitant' pro decanatu de Bocking.

Thomas Yale legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Matthei permissione divina Cantuar' Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis tam in et per Civitatem et dioc' Cant' quam peculiares et immediatas Jurisdictiones ac totam provinciam Cantuar' sufficienter et legitime deputatus et constitutus, Dilecto nobis in Christo magistro Johanni Pryseaunt clerico Artium magistro Rectori ecclesie parochialis de Lachindon cum Capella de Lalling eidem annexe decanatus de Bocking ecclesie Christi Cantuar' Jurisdictionis immediate Salutem in auctore Salutis. De tuis sana doctrina, conscientie puritate, Circumspectionis industria, et quidem in rebus gerendis dexteritate plurimum freti, Ad visitand' ecclesias et capellas omnes et singulas, Clerumque et populum decanatus de Bocking predict' prout ab antiquo visitatum fuerit, Ac procurationes ratione huiusmodi visitationis debitas recipiend', necnon ad inquirend' seu inquiri faciend' de et super quorumcumque subditorum infra decanatum et Jurisdictionem de Bocking predict' commorantium et delinquentium criminibus, excessibus et delictis quibuscumque hactenus commissis vel imposterum committendis, Quorum cognitio, correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine aut huius regni Anglie statutis poterunt pertinere, Ipsaque et ea debite corrigend', puniend' et reformand', Ac etiam ad cognoscend', procedend', statuend', et diffiniend' in omnibus causis et negotiis ecclesiasticis quibuscumque in dicto decanatu Jurisdictionis, tam ex officio mero mixto, vel promoto quam ad quorumcumque partium instantias sive promotiones hactenus motis, inchoatis, et intentatis aut imposterum movendis et intentandis, easque et ea cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, et annexis quibuscumque audiend', discutiend' et fine debito terminand', (quatenus Jura et Statuta huius regni Anglie permittunt et non aliter neque alio modo) Ac in omnibus casibus a iure permissis et concessis, bona quorumcumque in dicto decanatu decedentium sequestrand' seu sequestrari faciend', testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcumque infra decanatum predictum ab hac luce migrantium et decedentium insinuand' et approband', Administrationesque bonorum quorumcumque testantium huiusmodi sive ab intestato vel per viam intestati decedentium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis, aut illi vel illis cui seu quibus de iure seu consuetudine committi debeant, committend', ac computum, calculum sive ratiocinium executorum, sequestratorum, et bonorum administratorum recipiend', audiend', examinand' et admittend', Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori computo sive ratiocinio in hac parte reddend' prout iuris fuerit et equitatis absolvend' et finaliter dimittend', Necnon omnia et singula alia faciend', exercend' et expediend' que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Tibi vices nostras committimus et plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem, Teque surrogatum sive substitutum nostrum in premissis et ea concernentibus quibuscumque ordinamus, facimus, et constituimus per presentes, Assumpto tibi dilecto nobis in Christo magistro Johanne Incent notario publico Registrario principali dicti Reverendissimi patris vel eius in hac parte substituto quocumque in scriptis deputato sive deputando in Registrarium et actorum tuorum Scribam et Registri Custodem in hac parte. In cuius rei testimonium Sigillum dicti Reverendissimi patris pro curia Audientie Cant' presentibus apponi fecimus et procuravimus. Dat' decimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Quarto.

Licentia colligendi Eleemosinam infra decanatum de Arcubus concessa Agneti Simpson ob redemptionem mariti sui incarcerati.

To all true Christian people to whome thys present writing shall come to be hard, redde, seen or understand, Matthew by the divine sufferaunce Archbysshope of Canterbury, Primate of all England and Metropolitane sendeth greting in our Lord god everlasting. Whereas one Stephen Simpson did serve at Newe Haven as a Victualer ther, and at the giving upp of the Towne as he was comming from thence with hys horses and all other hys goode was uppon the seas by the Frenche men taken prisoner, and caryed into Fraunce unto a Castell called Harflewe castell wher he remayneth prisoner, in great extremity and carefullnes for hys Raunsome being one hundred crownes and above which Raunsom the sayd Stephen ys not hable to pay nor one penny therof. And thys poore woman hys wyfe having nothing to releve the necessity of herself and her two small children, we therfore remembring the charge and povertye fallen uppon them have licensyd and by thes present do lycence thys bearer Agnes Simpson hys sayd wyfe to gather within the churches and parysshes of our peculier iurysdiction of the deanery of the Arches in London the devotion and charyty of well dyspoſed people he and towarde the Raunsom of her sayd husband. In witnes whereof we the sayd Archebysshoppe to thes presentes have putt our Seale. yeven the vijth day of Novembre in the Seventh yere of the Raygne of our Soveraigne Ladye Elizabeth by the grace of god, Quene of England, ffraunce and Ireland, defendor of the fayth etc.

Reverendiſſimo in Christo patri et domino, domino Mattheo permiſſione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano aut vestro in Spiritualibus Vicario generali sive Commiſſario in hac parte competenti cuicumque, Vester humilis Vincentius Denne in legibus Baccalaureus, Civitatis et dioc. vestrarum Cantuar. Commiſſarius generalis vestra in ea parte intervenienti vestre Reverendiſſime paternitatis Commiſſarius generalis, omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendiſſimo patri debitas cum honore. Vestre Reverendiſſime paternitati tenore presentium certificamus et notum facimus, quod quedam Jana Clerkson ville de Dover vestre Cant. dioc. vestreque jurisdictionis fuit et est propter suam manifestam contumaciam et offensas multiplicatas in non parendo et obediendo certis monitionibus eiusdem auctoritate vestra nobis commiſſa sibi fact. ad instanciam Jane Haslewode de eadem in causa diffamationis sive convitii judicialiter contract. excommunicationis sententia eadem auctoritate eiusdem innodata, atque sic excommunicata publice et solempniter denunciata. In qua quidem excommunicationis sententia per quadraginta dies et amplius post denunciationem huiusmodi perseveravit, et adhuc perseverat animo obstinato et indurato, Jurisdictionem excellentiſſime Regie maiestatis ecclesiasticam nequiter contemnendo, in anime sue grave periculum, aliorumque plurimorum exemplum perniciosum. Cum igitur dicte Regie celsitudinis Jurisdictio ecclesiastica nobis per Reverendiſſimam paternitatem vestram commiſſa ulterius non habeat quod faciat in hac parte, Vestre Reverendiſſime paternitati cum omni humilitate obvia supplicamus, quatenus dicte excellentiſſime Regie maiestati scribere dignemini cum favore, ut ipsius Jane Clerkson sic excommunicate obstinaciam reprimendam, quatenus Brachium suum dicta illustriſſima Regia maiestas velit auxilii sui secularis extendere, et pro corporis sui captione scribere secundum Regni sui Angliae laudabilem et antiquam consuetudinem in talibus hactenus usitatam, graciose dignaretur, ut quam Dei timor a malo non revocat, saltem coerceat animadversio sue Regie maiestatis. Quam ad populi regimen et munimen diu conservet in prosperis clementia nostri Salvatoris, humiliter supplicari et attente in domino rogare curetis. In cuius rei testimonium Sigillum officii nostri presentibus apposuimus. Dat. Cant. septimo die mensis Novembris Anno domini millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Quarto. etc.

Significatio Rmo ut ipse scribere Regine pro captione corporis Jane Clerkson etc.

Excellentiſſime et invictiſſime in Christo principi et domine nostre domine Elizabeth Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei defensori etc. **Mattheus** permiſſione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus omnimodas obedientiam reverentiam et subiectionem in eo per quem Reges Regnant et Principes dominantur. Vestre Regie Sublimitati tenore presentium significamus quod quedam Johanna Clerkeson ville de Dover in Com. vestro Kanc. nostre Cantuarien dioc. fuit et est propter suam manifestam contumaciam et offensam multiplicatas in non parendo et obediendo certis monitionibus eiusdem dilecti nobis in Christo magistri Vincentii Denne in legibus Bacc. Commiſſarii nostri generalis in et per Civitatem et dioc. nostras Cantuar. sufficienter constituti alias auctoritate nostra eidem Johanne ad instantiam et petitionem cuiusdam Johanne Haselwood de ville de Dover fact. in quadam causa diffamationis sive convitii judicialiter contract. maioris excommunicationis sententia eadem auctoritate innodata et involuta atque sic excommunicata publice et solempniter denunciata. In qua quidem excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra post denunciationem eiusdem perseveravit et adhuc perseverat animo obstinato et indurato Jurisdictionem ecclesiasticam vestre Regie maiestatis nequiter contemnendo et contemnit in anime sue grave periculum aliorumque subditorum vestrorum exemplum perniciosum. Cum igitur ecclesia ulterius non habeat quod facere poſſit in hac parte vestre igitur Regie sublimitati supplicamus et rogamus quatenus ad ipsius Johanne Clerkeson sic excommunicate et denunciate obstinaciam reprimendam Brachium petitis auxilii vestri secularis extendere et pro corporis ipsius Johanne captione et carcerali mancipatione eiusdem nostris literis scribere iuxta et secundum huius inclyti Regni vestri Anglie Statuta et consuetudinem laudabilem in talibus hactenus usitat. graciose dignemini ut quem Dei optimi maximi timor a malo non revocat saltem severior vestre serenissime Regie maiestatis animadversio coherceat corrigat et ad cor reducat. Cuius clementiſſima vestram regiam sublimitatem pro populi sui felici Regimine diu conservet in prosperis dextera dei omnipotentis. **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. xviij die mensis Novembris Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto Et nostre Consecrationis Anno Quinto.

Significatio domine Regine pro captione corporis prefate Johanne Clerkson.

Reverendiſſimo in Christo patri et domino domino **Mattheo** permiſſione divina Cant. Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano vestrove Vicario in spiritualibus generali sive Commiſſario in hac parte competenti cuicumque, Vester humilis et Vincentius Denne in legibus baccalaureus Reverendi viri Magistri Cant. Officialis eiusque deputat. omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendiſſimo patri debit. cum honore. Vestre Reverendiſſime paternitati

Significatio Rmo pro ipso scribere Regine pro captione corporum Paschalis Colom Hugonis Laumbkyn et Johannis Kennet tenore presentium certificamus ac notum facimus Quod quidam Paschalis Sloman nuper de Hawkherst nostre Cantuarien dioc. Archidiaconatus eiusdem modo de Ickleshm in Com. Sussex Cicestren dioc. Johes Lambkyn nuper de Hawkherst predict. modo de Brenchesley in Com. Kanc. predict. Roffens dioc. et Joanna Hemet de Hawkherst predict. fuerunt et sunt propter suas manifestas contumacias et offens multiplices in non parendo et obediendo certis monitionibus legitimis alias sibi factis ex officio nostro mero contra eos et eorum quemlibet in causa correctionis adulterij rite et legitime procedend. Excommunicationis sententia legitime innodati atque pro sic excommunicatis publice et solemniter denunciati In qua quidem excommunicationis sententia per quadraginta dies et amplius post denunciationem huiusmodi perseuerauerunt et adhuc perseuerant eorum quilibet animo pertinaci et indurato Jurisdictionem excellentissime Regie maiestatis ecclesiasticam nequiter contemnendo in animarum suarum graue periculum aliorumque populorum exemplum perniciosum / Cum igitur dicta Regie celsitudinis iurisdictio ecclesiastica nobis per Reuerendissimam vestram paternitatem commissa vlterius non habeat quod faciat in hac parte vestre Reuerendissime paternitati cum omni humilitate debita supplicamus quatenus dicte excellentissime Regie maiestati scribere dignemini cum fauore ad ipsorum Paschalis Sloman Johis Lambkin et Joanne Hemet sic excommunicatorum obstinatiam reprimendam quatenus brachium suum dicta excellentissima Regia maiestas velit auxilij sui secularis extendere et pro corporum suorum et eorum cuiuslibet captione scribere secundum Regni sui Anglie laudabilem et antiquam consuetudinem in talibus hactenus vsitat. gratiose dignaretur Vt quos dei timor a malo non reuocat saltem cohibeat animaduersio sue Regie maiestatis Quam ad populi regimen munimen diu conseruet in prosperis clementia nostri saluatoris humiles supplicamus et attente in domino rogamus exorantes / In Cuius rei testimonium Sigillum officij nostri Archidiaconatus Cant. predict. presentibus apposuimus Dat. penultimo die mensis Januarij Anno domini iuxta cursum et computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto. /

ignificatio dne Regine pro-
aptione corporum excommunicatorum
aschalis Sloman Johis
ambkyn et Joanne Hemet

Illustrissime in Christo Principi et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori etc. **Mattheus** permissione diuina Cant. Archiepiscopus totius Anglie Primas et metropolitanus omnimodas reuerentiam et obedientiam et subiectionem ac gratiam et felicitatem perpetuam in eo per quem Reges regnant et principes dominantur vestre Regie sublimitati tenore presentium significamus Quod quidam Paschalis Sloman nuper de Hawkherst nostre Cantuarien dioc. modo de Ickleshm in Com. Sussex Cicestren dioc. Johes Lambkyn nuper de Hawkherst predict. modo de Brenchesley in Com. Kanc. predict. Roffens dioc. et Agnes Hemet de Hawkherst predict. fuerunt et sunt per dilectum nobis in Christo magistrum Vincentium Denne in legibus baccalaureum Officialem domini Archidiaconi Cant. legitime deputat. propter suas manifestas contumacias et offens multiplices in non parendo et obediendo certis monitionibus legitimis alias per eundem magistrum Vincentium Denne Officialem antedictum fact. ex officio suo mero contra eos et eorum quemlibet in causa correctionis adulterij rite et legitime procedend. maioris excommunicationis sententia legitime innodati atque pro sic excommunicatis publice et solemniter denunciati / In qua quidem excommunicationis sententia per quadraginta dies et amplius post denunciationem huiusmodi perseuerauerunt et adhuc perseuerant eorum quilibet animo pertinaci et indurato Jurisdictionem vestram ecclesiasticam nequiter contemnendo in animarum suarum graue periculum aliorumque Christi fidelium exemplum perniciosum non ferendum Cum igitur dicta vestre celsitudinis Jurisdictio ecclesiastica vlterius non habeat quod faciat in hac parte vestre Regie sublimitati humiliter supplicamus et rogamus Quatenus ad ipsorum Paschalis Sloman Johis Lambkin et Joanne Hemet sic excommunicatorum obstinatias reprimendas brachium vestri auxilij secularis extendere et pro corporum suorum et eorum cuiuslibet captione et carcerali mancipatione eorundem ministris vestris scribere iuxta et secundum huius inclyti Regni vestri Anglie Statuta et consuetudinem laudabilem in talibus hactenus vsitatam gratiose dignemini / Vt quos dei timor a malo non reuocat saltem seuerior vestre serenissime Regie maiestatis animaduersio castiget cohibeat et ad cor reducat Quam clementissimam vestram Regiam sublimitatem ad populi sui felix Regimen diu conseruet in prosperis dextera dei omnipotentis / In Cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat. vltimo die mensis Januarij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto Et nostre Consecrationis Anno Sexto /

ommissio ad admittend. magistrum
dmundum Wyndam in
uocatum Curie Cant. /

Mattheus permissione diuina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et metropolitanus **Dilecto** nobis in Christo magistro Roberto Weston legum doctori Curie nostre metropolitice Cant. de Archubus London Officiali aut alij eiusdem Curie Presidenti cuicunque Salutem gratiam et benedictionem Cum scientia vite probitas morum honestas multaque alia virtutum dona quibus altissimus magistrum Edmundum Wyndam legum doctorem haud vulgariter insigniuit, nos merito inducunt vt personam eius singulari studio et fauore beneuolo prosequamur Hinc est Quod nos eundem magistrum Edmundum Wyndam intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum Aduocatorum Curie nostre Cant. predict. admittendum et aggregandum non grauamur ad dispensand. igitur cum eodem magistro Edmundo Wyndam in forma Curie nostre predict. solita et consueta vt in numerum et collegium Aduocatorum Curie nostre predict. admitti et in eadem patrocinari valeat tanquam Aduocatum eiusdem Curie nostre Sub hac tamen lege et conditione quod stet non exercens in eadem Curia per Annum integrum a die date presentium computand. admittend. et in numerum Aduocatorum Curie predicte aggregand. Tibi vices nostras tenore presentium committimus ac specialem elargimur facultatem Statutis et ordinationibus eiusdem Curie nostre in contrarium editis non obstantibus quibuscunque / In Cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat. in manerio nostro de Lambehith decimo die mensis Februarij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto Et nostre Consecrationis Anno Sexto /

Lre missiue R^mi

After my hartie Commendations to your good Lordshipp whereas the Quenes maiestie the xxv daye of this present monethe hath sent me her letters sore straightlie and w^t great highe displeasure in her godlie harte moche desiringe to see some quietnes and concorde amongest the publicke ministers of her Realme and the people of the same and also declaringe [illegible] that [illegible] varietie, noveltie and contention which ben verie discomfortable and hurtfull [illegible] diversities beinge not redressed must bringe daunger of ruyne to her people and Countrie, the consideration whereof her highnes havinge at the beginninge of her reigne did provide goode Lawes and ordinaunces to stey and kepe her people in unitie without diversities of opinions or novelties of Rites and manners breadinge but strife and contention And that nowe of late for lacke of regarde of us the Bisshoppes (notwithstandinge the earnest weighte of causes charged uppon (as by her highnes and the states of the Realme for due execution) sundrie varieties and novelties in opinions and in externall ceremonies and rites by a fewe persons delitinge in some singularities and chaunges be crepte in, by whome christen charitie the bande of gods religion is impaired and decreased to the great displeasure of almightie god And furthermore where her highnes hathe oft harde to her greate grefe sundry reportes hereof in rashe consideracion yet her maiestie of her gratious affection standethe in some mistruste that the adversaries of trewth myght of theyr evil dispositions encrease the said reportes / Neverthelesse her highnes of late perceivinge certainlie that the same mysorders beinge rather to encrease then to diminishe / And further her highnes in consideration of her aucthoritie geven her of god for defence of concorde and trewth in this churche of Englande professinge that she cannot endure or suffer any longer these evils to procede and encrease in her Realme hathe certeynlie determined to have all suche diversities and novelties agaynst the lawes good usages and ordinaunces of the Realme to be repressed And to have conformitie throughoute the whole Realme to the honor of god to the comforte of her people and so to avoyde the slaunders that are spredde hereof in foreyne countries / Whereuppon her maiestie hathe streyghtlie charged me accordinge to suche power and aucthoritie as I have under her to have consideration of the same in suche forme as by her said lettres is expressed and to understande of everie other havinge any iurisdiction ecclesiasticall (as well in bothe universities as in other places exempte whatsoever) what varieties be used either in doctrine or in ceremonies and rites of the churche or in the manners usages and behaviours of the clergie themselves and to see the reformation of the same And further her commaundement is that none hereafter be admitted to any office or Rome ecclesiasticall but suche as shalbe disposed to followe common order and shall also before their admittaunce orderlie and formallie promise to use them selves in trewth concorde and unitie and to kepe suche order and conformitie in all the externall rites and ceremonies bothe for the churche and theyr owne persons as by lawes good usages and orders alreadie are provided Moreover her maiestie expresseth her pleasure to be none suche as maynteyne disorders dissention to remayne in aucthoritie whereby her soveraigne aucthoritie myght be made frustrate and myght be thought to beare the swerde in vayne ffinallie her maiestie straightlie chargethe me to enforme her highnes of all suche as be not reformable and to reserve them to her further order / Orells for lacke of my diligence herein her highnes shalbe compelled to provide further remedie by some other sharpe proceadinges as shall percase not be easye for them to beare / In whiche case her highnes also saithe that she shall impute to me the cause thereof / These thinges thus considered for the dischardginge of my dewtie to almightie god in declaration of myne allegiaunce and obedience to her princelie aucthoritie and to avoyde her heavie indignation I do by these my lettres desire yo^r L. and in her name straightlie charge you to expende and weighe the premisses / And also to signifie the same w^th charge to the rest of o^r brethren in my province that they inviolablye see the Lawes and ordinaunces alreadie stablished to be w^thoute delaye and colour executed in theyr perticuler iurisdictions w^th proceadinge agaynst the offenders by the censures of the churche etc. And suche as be incorrigibles to send uppe hether the causes and demeanors of those persons as they the said Bisshoppes to charge their ministers havinge any iurisdiction to do the same And also that yowe and they severallie callinge the most apte grave men to conferre w^thin yowe and there dioces to certifie me what varieties and disorder there be either in doctrine or in Ceremonies of the churche and behavio^rs of the clergie them selves by what name so ever they be called whiche certificate to be returned by the laste daye of ffebruarie next to come at the furdest / And that you and they therof fayle not as ye and they will answere to the contrarie at your and their perill / ffrom my house at Lambehith the xxx^th daye of Januarie 1564 /

Your lovinge brother
Matthew Cantuar

Bre^e dne Regine ad certiorand'

Elizabeth dei gra' Anglie ffrancie et Hibernie Regina fidei defensor etc. Reverendissimo in xpo p'ri ac dno dno Mattheo permissione divina Archiepo Cantuar' ac totius Anglie primati et metropolitano salutem Volentes certis de causis [illegible] de Consilio nro p'pos certiorari tam quot et que singulatim et seperatim Archidiac' Decanat' Prepositur' Prebend' Rector' parochial' ac alie dignitat' Benefic' Officia promotiones spual' cuiuscunq' sint nois natur' seu qualitatis a festo natalis dni Anno Regni nri sexto usq' festum natalis dni iam px futur' infra Dioces' iurisdictionem et provinc' vestr' vacavit destitut' obvenit et fuerint singulatim et seperatim existere qui quot et qui eorum Archidiacon' prepositur' prebend' Rector' parochiar' aut alij quicunq' beneficiati seu ecclesiastici Benefic' offic' promotion' seu dignitat' spual' insignit' seu donat' ab eodem festo Natalis dni Anno Regni nri Sexto supradicto septimo iam px futur' infra dict'

dioc. iurisdictionem et patronatum vestr. tam in locis exemptis quam non exemptis ad huiusmodi Archiepiscopatum Decanat. prepositur. preben. Rector. vicar. aut ad dignitat. officia beneficia seu promotiones spual. admissi instituti sive collat. fuerunt quibuscumque nominibus et cognominibus iidem sic admissi collat. inducti et restituti et eorum quilibet separatim et singulariter censebantur et cognominabantur et eorum quilibet fuit cum die Anno institutionis eorum cuiuslibet et in quo Com. seu quibus Com. sub dioc. et iurisdictionem vestr. huiusmodi Archiepiscopat. Decanat. prepositur. preben. Rector. vicar. aut ad dignitat. beneficia seu promotiones spual. pd. separatim existunt et situantur / vobis mandamus quod diligenter inquisit. scrutat. Registris et aliis archivis vestris premissa tangen. quibuscumque quicquid inde inveneritis pref. Baronibus nostris apud Westm in Crastino Purificationis beate Marie virginis sub literis distincte articulatim et aperte in pergameno absque omissione aliqua sub sigillo vestro autentico fideliter scripta et redacta certificatis remittentes cum ad dictam certificationem hoc breve / Teste Edwardo Saunders milite apud Westm xxviij° die Novembris Anno Regni nostri Septimo /

Godfrey

Certificatorium /

Honorabilibus viris dominis Baronibus Curie Scaccarii illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris &c et eiusdem Curie Thesaurario ceterisque in eadem a consiliis **Mattheus** permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere. Breve serenissime illustrissime domine nostre Regine presentibus annexum nuper cum ea qua decuit reverentia obedientia et subiectione humili recepimus cuius vigore pretextu et auctoritate diligenter demandavimus Registris nostris et Archivis nostris sub custodia Registrarii nostri primarii existen. et fideliter custoditis Nomina et cognomina omnium et singulorum clericorum ad promotiones et beneficia ecclesiastica tam infra dioc. et iurisdictiones immediatas ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuarien quam Comitatum nostram Cantuarien a festo natalis domini nostri Anno Regni eiusdem domine nostre Regine Sexto usque ad idem festum Natalis domini nostri ultimo preterit. Anno regni eiusdem domine nostre Regine septo admissorum unacum annotatione et descriptione dierum mensium et Annorum admissionum et institutionum eorundem clericorum ad beneficia huiusmodi in Schedula presentibus annexis describi fecimus et mandavimus / Que omnia et singula ita se habere et vera esse vobis tenorem seriem iuxta tenorem brevis Regii predicti quatenus ex Registris et Archivis nostris huiusmodi nobis constare potuit duximus significandum / **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus **Dat.** in Manerio nostro de Lambehith Sexto die mensis Januarii videlicet Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto Et nostre Cons. Anno Sexto /

Comitat Kant.

Septimo die ffebruarii Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane 1563 et Regni domine nostre Elizabeth Regine Anno Sexto Ricardus Symson admissus fuit ad ecclesiam de Wychling /

Decimo sexto eiusdem mensis [illegible] Bannester admissus fuit ad vicariam de Coldrede /

Vicesimo nono die mensis predict. Eustachius ffrenche ad ecclesiam poch. de Stowtinge /

Quarto die Martii Anno domini et Regni predict. Robertus Pownall ad vicariam sancti Clementis in villa Sandwici /

Sexto die mensis Martii predict. Johes Pudsey ad ecclesiam poch. de Hinxhill /

Undecimo die mensis Martii predict. Willimus Darrell ad vicariam de Borkland /

xviij^{to} die Martii predict. Johes Lewes ad vicariam de Newington iuxta Sittingborne /

Eodem die Richus Kinthall ad vicariam prebend. sancti Jacobi de Greyne /

Eodem die Anthonius Rushe ad ecclesiam de Orgarswike /

Ultimo die mensis Aprilis Anno 1564 Johes Whightinge ad ecclesiam poch. de Mersham /

Primo die Maii Anno domini predict. Johes Porey ad Canonicatum et prebendam in ecclesia Christi Cant. /

Quarto die eiusdem mensis Maii Thomas Bryant ad vicariam de Ebney /

Eodem die Thomas Pett ad ecclesiam de Woodchurche /

Sexto die mensis Maii predict. Thomas Pollarde ad ecclesiam poch. sancti Petri in Sandwich /

Nono die Maii Thomas Bixley ad ecclesiam poch. de Biddenden /

Decimo die eiusdem mensis Willimus Dalton ad vicariam de Harsted /

xiiij^{to} die mensis predict. Johes Kyngesford ad vicariam de Kenington /

Eodem Thomas Mawson ad ecclesiam poch. de [illegible] /

Com Kant.

Duodecimo die Junii Anno domini predict. Alexius Yonge ad vicariam de Charinge /

xvj^{to} die mensis Junii predict. Georgius Basset ad ecclesiam poch. de [illegible] /

xxvij^{mo} die eiusdem Junii Ambrosius Hapley ad ecclesiam sancti Andree in Civitat. Cant. /

Tertio die Julii Anno predict. Richus Thorne ad ecclesiam poch. de Horton Malherbe /

xiiij^{to} die eiusdem mensis Willimus Christmas ad vicariam perpetuam sancti Petri in insula Thaneti /

Quarto die mensis Augusti Anno predict. Robertus Hamyster ad vicariam de Sibertiswold /

Decimo die eiusdem mensis Johes Armestronge ad ecclesiam de Hastingleigh /

Primo die Septembris 1564 Robertus Rose ad ecclesiam poch. de Milton iuxta Cantuar /

Quarto die Septembris Owenus ap Hugh ad vicariam de Newenton iuxta Hithe /

Octavo die Octobris 1564 Willimus Entwis ad vicariam de Halstowe /

Quarto die Novembris 1564 Thomas Hilforde ad ecclesiam de Bettyshanger /

Eodem die Thomas Pawson ad vicariam beate Marie ville Sandwici /

Primo die Decembris 1564 Eustachius ffrankham ad vicariam de Elmested /

Civitas London.

Primo die Augusti 1564 Petrus Greneway ad ecclesiam sancti Johis Evangeliste in Watlingstrete Civitat. London /

Comitat Somerset.

Undecimo die ffebruarii Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane 1563 Hugo Morthe ad Canonicatum et prebendam vocat. Combam in ecclesia cathedral. Wellen /

Com Devon

Vicesimo primo die Martii Anno domini predict. David Tucker ad ecclesiam poch. de Cadleigh /

Com Essex

Decimo septimo die Octobris 1564 Richus Chirpar ad vicariam de Moulton /

Comitat Dorset.

Octavo die mensis Junii 1564 Georgius Thorougood ad vicar. sancti Petri Civit. Bristollen / xiij die Junii predict. Richus Edmond ad vicar. sancti Stephani et Jacobi Civit. Bristolien / xxviij die Augusti 1564 Thomas Bell ad ecclesiam de Candell purse /

Vicesimo tertio die Marcij
Anno dni 1564 Thomas Bulkeley ad eandem
eccliam de Skelton /

Comitat. Landaven

Primo die decembris 1564 [illegible]
Maister ad vicariam de Shirston ponder
vacantem /

Vicesimo Septimo die mensis
Aprilis 1564 Egidius Langeley ad
Archidiaconatum Landaven /
Quarto die ffebruarij Anno dni 1563
Thomas Vaughan ad vicariam de
Abercarne /

To the right reverende father in god & my lovinge brother the bisshoppe of London gyve thes.

After my hartie comendacions to your good Lordshippe ffor that the Quenes maiestie is
informed of diverse undiscrete preachers who be thought to be licensed partlie by my Lres, partlie
by others of or brethren of which preachers diverse have decayed or exportacions / whereupon
for the better instruccion of her subiects her highnes commandinge the same yt is mete that
we shoulde take hereafter a more diligent regarde of suche as shall sue for suche licenses
in the meane tyme this is to praye and require your L. likewise to the rest of or brethren
in my province that they charge there Curats to suffer none to preache in there Cures
by vertue of my licence bearinge date before the first daye of Aprill last past nothinge
order I fynde to have byn used in my predecessours dayes as in Bisshoppe Cranmers I have
seen who uppon suche occasion were compelled twise or thrise in his tyme to call in
his licences before graunted wth addicion partlie of certen clauses and other bonde not to
disturbe the state of Religion stablished by publique authoritie / Notifyinge also suche
as shall desier to be admytted by my licence or theirs (beinge mete for the same) shalbe
receyved againe wthout any difficultie or any great charge for ther licences bringinge in
there olde / ffurthermore this is also to require you in the Quenes matie name to charge of
thordinaries here charge that no curate be admytted to serve cominge oute of any other dioces
excepte he bringe wth hym testimoniall from thordinarie where he did before serve / And
also that they be advertised that suche ministers as be not of grave and constant abode let
not oute there benefice wthoute the consent of thordinarie to forsee all unhoneste parte
as diverse have deceyved the Quenes subiects in takinge somes of money for their leases
and afterwarde dishonestlie depart from there place to a manifest fraude of there said
farmours / ffrom my house at Lambehithe this viijth of Maye 1565 /

your lovinge brother
Matth Cantuar /

Lre missive R

Matthew permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et
metropolitanus **dilecto** nobis in Xpo magro Roberto Weston legum doctori Curie nostre
metropolitice Cantuar de Archubus London Officiali aut alij eiusdem Curie nre presidenti
cuicumque salutem gratiam et ben / Lrarum scientia vite probitas morum honestas multaque
alia virtutum dona quibus altissimus magistrum Johem Palloye iuris civilis doctorem
fiend vulgariter insigniunt nos merito inducunt ut personam ipius singulari studio et
favore benevolo prosequamur Hinc est quod nos eundem magistrum Johem Palloye intuitu
meritorum suorum huiusmodi in numerum advocatorum Curie nre Cantuar predict admittend
et aggregand non gravamur Ad dispensand igitur cum eodem magro Joh Palloy in
forma Curie nre predict solita et consueta ut in numerum et collegium Advocatorum
Curie nre predce admitti et in eadem patrocinari valeat tempore Advocatorum eiusdem
Curie nre sub hac tamen lege et condicione quod stet non exercend in eadem Curia per
annum integrum a die date presentium computand) admittend et in numerum
Advocatorum Curie predce aggregand Tibi vices nras tenore presentium committimus
ac spialem elargimur facultatem Statutis et Ordinationibus eiusdem Curie nre
in contrarium editis non obstan quibuscumque **In Cuius** rei testimonium Sigillum
nrum presentibus apponi fecimus / **Dat** in Manerio nro de Lambehith xxvto die mensis
Maij Anno dni millesimo Quingen Sexagesimo Quinto Et nre Cons Anno Sexto /

Comissio ad admittend magrm Johem Palloye in Advocatum Curie Cantuarien /

Reverendissimo in Xpo patri et dno dno **Mattheo** permissione divina Cant
Archiepo totius Anglie Primat et metropolitano aut suo in spualibus Vicario generali sive
Officiali Principali aut alij cuicumque in hac parte auctoritatem habent **Vester** humilis et
devotus Vincentius Deane in legibus Baccalaurius Civitatis et dioces vestrarum Cantuar
Commissarius generalis curie vestre legitime fulcitus omnimodas reverentiam et obediam, tanto Reverendissimo
patri debitas cum honore **Vestre** Reverendissime paternitati tenore presentium certificamus et
notum facimus qd quedam Margareta Beale parochie de Ellesborne dict Cantuarien dioc predict
fuit et est propter ipius manifestas contumacias et offensas multiplices in non parend et obediend
certis monitionibus nris in hac parte ad instant Thome Gray de eadem fact in quadam causa
diffamationis sive convitij iudicialr contract excommunicationis sententia auctoritate nra legitime innodata
atque pro sic excommunicata prius et solemniter denunciata In qua quidem excommunicationis sententia per
quadraginta dies et amplius post denunciationem huiusmodi perseveravit et perseverat adhuc animo
pertinaci et indurato iurisdictionem Serenissime Regie maiestatis ecclasticam nequiter
contemnendo in anime sue grande periculum, aliorumque christianorum exemplum perniciosum
Cum igitur dicte Regie celsitudinis iurisdictio ecclastica nobis per Reverendissimam vestram
paternitatem commissa ulterius non habeat quid faciat in hac parte vestram Reverendissimam
paternitatem cum omni humilitatis obedientia supplicamus quatenus dicte excellentissime
regie maiestati scribere dignemini eum favore ut ipius Margarete Beale obstinatiam

Significatio Rmo pro rege pro scribendo Regine pro captione corporis Margarete Beale et

reprimendam quatenus brachium suum dicta excellentissima Regia maiestas potestatis Anglicane sue secularis extendere et pro corporis ipsius Margarete Beake captione statuta secundum Regni sui Anglie laudabilem et antiquam consuetudinem in talibus hactenus usitat. graciose dignaretur, ut quos Dei timor et pena ecclesiastica a malo non revocant saltem coherceat animadversio sue Regie maiestatis, Quam ad populi regimen et munimen diu conservet in prosperis clementia nostri Salvatoris humiliter supplicant et attent. in domino rogant. In cuius rei testimonium Sigillum Officii nostri presentibus est affixum Dat. Cantuar. xvj° die mensis Junij Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto./

Significatio domino Regine pro captione corporis ipsius Margarete Beake/

R

Illustrissime in Christo Principi et domine nostre domine Elizabeth Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensori etc. **Matheus** permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus omnimodas reverentiam obedientiam et subiectionem ut tantam et felicitatem perpetuam in eo per quem reges regnant et principes dominantur. Vestre Regie sublimitati tenore presentium significamus Quod quedam Margareta Beake uxor cuiusdam Beake parochie de Littleborne in Com. Kanc. nostre Cant. dioc. fuit et est per dilectum nobis in Christo magistrum Vincentium Denne in legibus baccalaurium Archidiaconi nostri Cantuar. Officialem legitime deputat. propter suas manifestas contumacias et offensas multiplices in non parendo et obediendo certis monitionibus eiusdem Officialis ad instantiam et petitionem cuiusdam Thome Grange parochie de Littleborne predict. eidem Margarete factis in quadam causa diffamationis sive convitii iudicialis contracta maioris excommunicationis sententia legitime innodata Ac pro sic excommunicata publice et solemniter denunciata In qua quidem excommunicationis sententia per Quadraginta dies et ultra post denunciationem huiusmodi perseveravit et adhuc perseverat animo pertinaci et indurato iurisdictionem nostram ecclesiasticam nequiter contemnendo in anime sue grave periculum aliorumque Christi fidelium exemplum perniciosum non ferendo Cum igitur sancte rebellionibus iurisdictio ecclesiastica ulterius non habeat quod faciat in hac parte vestre Regie sublimitati humiliter supplicamus et rogamus Quatenus ad ipsius Margarete Beake sic excommunicat. obstinaciam reprimendam brachium potestatis Anglicane vestre secularis extendere et pro corporis ipsius Margarete captione et carcerali mancipatione eiusdem [illegible] scribere iuxta et secundum huius inclyti regni vestri Anglie Statuta et consuetudinem laudabilem in talibus hactenus usitatam graciose dignemini ut quam Dei timor a malo non revocat saltem severior pena serenissime regie maiestatis animadversio castiget coherceat et ad cor reducat Cuius clementissimam personam Regiam sublimitatem ad populi sui felix regimen diu conservet in prosperis dextra Dei omnipotentis/ **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus **Dat.** ultimo die mensis Junij Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto Et nostre Consecrationis Anno Sexto./

Litere dimissorie pro Johanne Grenewode/

Matheus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus **dilecto** nobis in Christo Johanni Grenewod artium magistro de Cantabrigia Elien. dioc. vero Cantuar. Provincie Salutem gratiam et benedictionem Ut a quocumque Catholico Episcopo Officii sui executionem legitime obtinente ad omnes sacros ordines iuxta morem et ritum ecclesie Anglicane in ea parte pie et salubriter edit. et ordinat. admitti et promoveri possis et valeas dummodo etate moribus natalibus et literatura ac lingue latine scientia, repertus fuerit idoneus (Super quibus conscientiam dicti Episcopi coram altissimo oneramus) aliudque canonicum in ea parte tibi non obsistat impedimentum, Animum et facultatem nostro tam cuicumque Episcopo Catholico ordines huiusmodi conferendi quam tibi eosdem recipiendi benigne concedimus et elargimur per presentes **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus **Dat.** in Manerio nostro de Lambehith, Septimo die mensis Septembris Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto Et nostre Consecrationis anno Sexto./

Significatio Rmo [illegible] publice scribere Regine pro captione corporis Johannis Man generosi/

Reverendissimo in Christo patri et domino domino **Matheo** permissione divina Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano aut suo in spiritualibus generali Vicario, sive Commissario in hac parte competenti cuicumque **Vester** humilis et devotus Vincentius Denne in legibus Baccalaurius Reverendi domini Archidiaconi Cantuar. Officialis legitime deputatus omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitam cum honore/ Vestre Reverendissime Paternitati tenore presentium certificamus et notum facimus quod quidem Johannes Man nuper parochie omnium Sanctorum in Civitate vestra Cantuar. generosus propter suas manifestam contumaciam et offensas multiplices in non frequentando et accedendo ad ecclesiam suam parochialem ad divina audienda diebus dominicis et festivis iuxta statut. et canonicas institutiones huius inclyti Regni Anglie in ea parte salubriter edit. et emiss. ex Officio nostro mero iudiciali

contract. excommunicationis sententia legitime innodat. ac pro sic excommunicat publice et solemniter
denunciat. In qua quidem excommunicationis sententia per quadraginta dies et amplius post denun=
ciationem huiusmodi perseveravit et adhuc perseverat animo pertinaci et indurato Iurisdictionem
ecclesiasticam excellentissime Regie maiestatis nequiter contemnendo in anime sue grave periculum
aliorumque Christianorum exemplum perniciosum et gravamen non modicum Cum ergo
dicta Regie celsitudinis Iurisdictio ecclesiastica nobis commissa ulterius non habeat quod
faciat in hac parte vestram Reverendissimam paternitatem cum omni humilitate obedientia supplicamus quod
quatenus dicte excellentissime Regie maiestati scribere dignemini cum favore ad
ipsius Iohis Man sic excommunicati obstinatiam reprimendam quatenus Brachium suum
dicta excellentissima Regia maiestas velit auxilii sui secularis extendere et pro
corporis sui captione scribere secundum Regni sui laudabilem et antiquam consue=
tudinem in talibus hactenus usitatam gratiose dignaretur ut quos dei timor et pene
ecclesiastice a malo non revocant saltem coherceat animadversio sue Regie maiestatis
Quam ad populi regimen et munimen diu conservet in prosperis clementia nostri
Salvatoris humiliter supplicari et attente in domino rogari curetis In cuius rei
Testimonium sigillum officii nostri presentibus est affixum Dat. Cantuarien Quinto
die mensis Novembris Anno domini millesimo Quingentesimo sexagesimo Quinto.

Illustrissime in Christo principi et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie
Francie et Hibernie Regine fidei defensori etc. **Mattheus** permissione divina
Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus omnimodas reverentiam
et obedientiam et subiectionem ac gratiam et felicitatem perpetuam in eo per quem Reges regnant et
principes dominantur vestre Regie sublimitati tenore presentium significamus Quod quidam
Iohannes Man nuper parochie omnium Sanctorum in bona civitate vestra Cantuarien generosus fuit et
est per dilectum nobis in Christo magistrum Vincentium Denne in legibus Bachalaurium
Reverendi domini Archidiaconi Cantuarien Officialem legitime deputatum propter suam
manifestam contumaciam et offensas multiplices in non frequentando et accedendo ad
ecclesiam suam parochialem ad divina audienda diebus dominicis et festivis iuxta Statuta
et canonicas institutiones huius incliti Regni vestri Anglie in ea parte salubriter edit. et
provis. ex officio suo mero iudiciali contract. maioris excommunicationis sententia legitime
innodat. ac pro sic excommunicato publice et solemniter denunciatus In qua quidem excommunicationis
sententia per quadraginta dies et amplius post denunciationem huiusmodi perseveravit et adhuc
perseverat animo pertinaci et indurato Iurisdictionem vestram ecclesiasticam nequiter
contemnendo in anime sue grave periculum aliorumque Christi fidelium exemplum perniciosum et
non modicum **Cum** igitur dicta celsitudinis vestre Iurisdictio ecclesiastica ulterius non habeat quod
faciat in hac parte vestre Regie sublimitati humiliter supplicamus et rogamus quatenus
ad ipsius Iohis Man sic excommunicati obstinatiam reprimendam Brachium velitis auxilii
vestri secularis extendere et pro corporis sui captione et carcerali mancipatione eiusdem
ministris vestris scribere iuxta et secundum huius incliti Regni vestri Anglie Statuta et
consuetudinem laudabilem in talibus hactenus usitatam gratiose dignemini ut quos
dei timor a malo non revocat saltem severior vestre serenissime Regie maiestatis
animadversio castiget cohercat et ad cor reducat Quam clementissima vestram Regiam
sublimitatem ad populi sui felix regimen diu conservet in prosperis dextra dei
omnipotentis **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat.
Octavo die mensis Novembris Anno domini millesimo Quingentesimo sexagesimo Quinto
Et nostre consecrationis Anno sexto.

Significavit domine Regine pro
captione corporis
Iohis Man.

Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei defensor etc.
Reverendissimo in Christo patri domino **Mattheo** permissione divina Cantuar Archiepiscopo totius
Anglie Primati et Metropolitano salutem. Quia incumbentes in quadam Schedula
presentibus annexa content. et specificat. in eorum spiritualia beneficia et promotiones spirituales in dicta
Schedula content. separaliter intrarunt fructusque decimas et emolumenta ecclesiastica inde
perceperunt Nulla pro primis inde ut Statuta nostra exigunt compositione aut solutione habita
Nos igitur volentes eosdem separales incumbentes ac eorum quemlibet contempti ac neglecti
officii sui debite afficere pena certis de causis nos specialiter moventes ac de fidelitate et
providis circumspectionibus vestris plurimum confidentes **Assignamus** vos et
nihilominus volumus et mandamus quod immediate super visum huius brevis nostri sequestrari
et in manus nostras seisiri faciatis omnia et singula reddit. revent. exitus proficua
fructus commoditates glebas decimas oblationes proventus porciones et alia emolumenta
et proficua quecumque huiusmodi incumbentium pro huiusmodi benefic. et promot. in eadem Schedula
nominat. spectant. et pertinent. in quorumcumque manibus possessione et occupatione illa vel eorum
aliqua modo existunt aut imposterum existent statimque publice et declaratis
hanc sequestr. nostram ante factam talibus temporibus locis et huiusmodi personis prout vobis

maxime videbitur expedire. Incumbentium spiritualium beneficiorum et promotionum spiritualium
in Schedula predicta mentionatorum et eorum firmariorum tenentium et occupatorum fructus decimas
et emolumenta ac cetera premissa cum pluries fuerint requisiti et sufficienter vobis seu vestris
deputatis in hac parte tenere per vos appunctuandis solvere negligentes contra-
dicentes attachiatis et capiatis seu sic attachiari et capi per deputatos vestros faciatis et
custodiatis per corpora sua ubicumque fuerint inventi aut eorum aliquis fuerit inventus
Ita quod corpora eorum habeantur coram Baronibus de Scaccario nostro apud Westmonasterium in crastino
Pasche proxime futuro ad faciendum et recipiendum quod Curia nostra tunc et ibidem consideravit in
hac parte, Ac insuper petatis exigatis levetis colligatis et recipiatis in manibus vestris a
quibuscumque tenentibus firmariis occupatoribus dictorum spiritualium beneficiorum et promotionum
spiritualium et eorum cuiuslibet omnia redditus reventiones exitus proficua et alia quecunque
comoda et emolumenta pro nobis ac ad usus et commoditates nostras Ipsaque omnia
et singula et quamlibet inde parcellam insimul aut separatim in usus et emolumenta nostra
reponatis et servetis omnino, Bona vero et catalla si que forte peritura fuerint maiori comodo
nostro vendantur, Ceteraque que de iure exigere poteritis exigatis pro separalium debitorum
in dicta Schedula content. plenariam solutionem expeditius accellerare poteritis huiusmodi
mandato nostro contrarie instetis donec et quousque aliud inde habueritis in mandatis Ac coram
Baronibus dicti Scaccarii nostri recept. vestrorum inde ratiocinium et calculum ad usum nostrum citra
crastinum ~~Pasche~~ predictum reddatis Assignamus enim et constituimus vos aliosque
discretos ac boni nominis viros qui vobis approbati et comodi videbuntur collectores et
receptores in premissis Et si aliquis vel aliqui huiusmodi Incumbentium in Schedula predicta nominat. beneficia
et promotiones spiritualia in supponitur esse Incumbens commendaverit aut cesserit aut aliam
promotionem spiritualem comotius adeptus fuerit tunc diligenter inquiratis quo tempore ac ubi
ipsi modo moram trahit et qua de causa eidem sic cesserit aut commendaverit, certiores
inde reddatis Barones nostros predictos ad diem et terminum predictum quid feceritis in premissis
remittentes Baronibus nostris predictis mandatum nostrum in reddicione compoti vestri predicti.
Et hoc nullatenus omittatis sub pena incumbente Damus autem tenore presentium
in mandatis omnibus et singulis maioribus Vicecomitibus Ballivis Constabulariis et aliis
Officiariis et ministris nostris quibuscumque tam infra libertates quam extra quod vobis et
vestris in hac parte deputatis circa executionem presentis brevis nostri obedientes assistentes
auxiliantes sint et intendentes prout decet, Teste Edwardo Saunders milite
apud Westmonasterium Undecimo die februarij Anno Regni nostri Octavo, Godfrey

Cant. dioc.,

Sept 1563) Sancte Mildrede in Civitate Cant. Ric. Hedley clericus ———— viij li
Burmarshe Rect. Thomas Bradshawe clericus ———— xx li x s vij d
Dioc.) Esthorsley Rect. Arthus Berde clericus ———— vij li xvij s iiij d ob

Sequestratio fructuum ecclesie parochialis de Burmershe pro primitiis domine Regine.

Matheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas
et Metropolitanus dilecto nobis in Christo Gardiano sive Yconomo ecclesie parochialis de
Burmershe nostre Cantuariensis dioc. salutem graciam et benedictionem Cum Thomas Bradshawe
clericus Rector ecclesie parochialis de Burmershe predicte in eandem ecclesiam parochialem de Burmershe
predictam et possessionem eiusdem nuper ingressus fuit fructusque decimas et emolumenta
ecclesiastica inde percepit nulla pro primitiis inde per Statuta huius Regni Anglie
exigunt) compositione habita cum ex tenore brevis illustrissime in Christo principis et
domine nostre domine Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc.
nobis in hac parte directi plenius liquet et apparet Nos igitur auctoritate brevis Regii predicti
ac iuxta mandatum dicte illustrissime domine nostre Regine nobis in hac parte factum omnia et
singula proficua redditus reventiones fructus decimas oblaciones glebas pensiones porciones
et alia emolumenta ecclesiastica quecunque ad dictam Rectoriam tunc et nunc dicte ecclesie
parochialis spectantia et pertinentia, in quorumcumque manibus possessione sive occupacione illa sive
illorum aliqua modo existunt vel imposterum existent ex ea causa auctoritate dicte domine
nostre Regine duximus sequestranda prout etiam harum serie sic sequestramus Ac
huiusmodi sequestri nostri custodiam vobis tenore presentium committimus per presentes Ad publicandum
et denunciandum huiusmodi sequestrum sic ut premittitur auctoritate Regia interpositum talibus
temporibus locis et personis quibus vobis maxime videbitur expedire Necnon ad petendum
exigendum levandum colligendum et recipiendum ad usum et commoditatem dicte domine nostre
Regine ab Incumbente tenente firmario sive occupatore dicte ecclesie parochialis omnia proficua
redditus reventiones exitus obvenciones decimas oblaciones et alia comoda et emolumenta
quecunque ad eandem ecclesiam spectantia et pertinentia illaque omnia et singula et quamlibet inde parcellam
in usum eiusdem domine nostre Regine reponendum et servandum Ac insuper bona et catalla si que
fuerint peritura maiori comodo dicte domine Regine vendendum Ceteraque omnia et singula que
de iure poteritis in hac parte in hac parte faciendum et exigendum donec et quousque aliud inde
a nobis habueritis in mandatis Vobis Incumbentem dicte ecclesie parochialis omnesque firmarios

tenent sive occupabit ac alios quoscumque fructus decimas et emolumenta ac cetera premissa in premissis superius recitat et specificat vobis seu eorum alicui solvere negligent seu contradicen attachiand et capiend ac corpora sua et cuiuslibet fuerint exempti ac eorum aliquis fuerit inventus ita quod corpora eorum habeantur coram Baronibus Curie dicte domine nostre Regine apud Westm in xv^na Pasche prox futur ad faciend et recipiend quod dicta Curia tunc et ibidem suadebit in hac parte Ad que omnia et singula premissa faciend vobis aucte dicte Regie Curie rot et dictis committimus vices nostras Volentes nihilominus Ut de receptis per vos ad usum prefatum dicte domine nostre Regine vigore et aucte huiusmodi Sequestri nostri quo vero Regii fidelem nobis compotum sive rationem citra Quindenam Pasche prox futur iuste reddere non postponatis sub periculo incumben Vobis etiam dicti firmiter iniungendo mandamus Quatenus si Rector huiusmodi mortuus sit seu eidem Rectorie cesserit aut renunciaverit vel eandem resignaverit seu ab eadem remotus extiterit tunc diligenter inquiratis quo die mense et anno ac quo in loco sic moriebatur ac si fuerit suspensus quo tempore ubi et quo modo moram trahit et qua de causa eidem ecclesie sic cesserit aut renunciaverit ac nos seu vicarium nostrum in spiritualibus generalem de premissis citra dictam xv^na Pasche prox futur certiores faciatis cum ... prout decet In Cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apposuimus Dat Octavo die mensis Aprilis Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo Et nostre consecrationis Anno Septimo.

Similes Sequestrationes emanarunt Richo Shedley Rectori ecclesie parochialis sancte Mildrede in Civitate Cantuarien et Richo Berde clerico Rectori ecclesie parochialis de Esthersley.

Commissio Decani de Risborugh

Matheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus **dilecto** nobis in Christo Henrico Perell in Legibus Bacallario gratiam et benedictionem De tuis sana doctrina conscientie puritate circumspectionis industria et in rebus gerendis dexteritate plurimum freti ad inquirend seu inquiri faciend de et super quorumcumque subditorum infra peculiarem iurisdictionem Decanatus de Risborugh nostre et ecclesie nostre Christi Cantuarien iurisdictionis immediate commorantium et delinquentium criminibus excessibus et delictis quibuscumque hactenus commissis vel imposterum committendis Quorum cognitio correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine aut huius Regni Anglie Statutis poterint pertinere Ipsosque et ea debite corrigend puniend et reformand Ac etiam ad cognoscend procedend statuend et diffiniend in omnibus causis et negotiis ecclesiasticis quibuscumque in dicti Decanatus iurisdictione tam ex Officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcumque partium instancias seu promotores hactenus motis inchoatis et intentatis aut imposterum movend et intentandis eaque et ea cum suis incidentibus emergentibus dependentibus et annexis quibuscumque audiend discutiend et fine debito terminand (Quatenus iura et Statuta huius Regni Anglie permittunt et non aliter neque alio modo) Ac etiam in omnibus casibus a iure permissis et concessis Bona quorumcumque infra dictum Decanatum decedentium sequestrand seu sequestrari faciend Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcumque infra Decanatum predictum ab hac luce migrantium et decedentium insinuand et approband administrationesque bonorum quorumcumque testantium huiusmodi sive ab intestat vel per viam intestati decedentium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis, aut illi vel illis cui seu quibus de iure vel consuetudine committi ac debeant committend Ac compotum calculum sive ratiocinium executorum Sequestratorum et bonorum administratorum huiusmodi recipiend audiend examinand et admittend Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori compoto sive ratiocinio in hac parte reddend prout iuris fuerit et equitatis absolvend et finaliter dimittend Alium insuper seu alios in premissis vel eorum quolibet sive aliquid loco tuo deputand Ac ei sive eis vices nostras circa premissa prout tibi melius visum fuerit expedire committend Ac insuper omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi vices nostras committimus et plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem Teque Commissarium nostrum in premissis et concernentibus quibuscumque ordinamus facimus et constituimus per presentes ad nostrum Beneplacitum tantummodo duratur. Assumpto tibi dilecto nobis in Christo magistro Iohanne Incent notario publico Registrario nostro Principali vel eius in hac parte Deputat quorumque in Registrarium et Actorum tuorum Scribam ac Registri nostri Custodem in hac parte durante hac nostra Commissione **In Cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nostro de Lambehith nono die mensis Aprilis Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo Et nostre consecrationis Anno Septimo.

Commissio ad admittend Thom Wyborn in procuratorem Curie de Arcubus.

Matheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus **dilecto** nobis in Christo magistro Roberto Weston legum doctori Curie nostre Metropolitice Cantuarien de Arcubus London Officiali aut alij eiusdem Curie

Presidenti cuiusque Salutem gratiam et Ben. / **Lrarum** Scientia praxis in rebus gerendis
aliaque virtutum et probitatis dona quibus dilectus nobis in Christo Thomas Vpton
notarius publicus insignitur Nos merito inducunt ut personam illius favore benevolo
prosequamur ac gratiam impartiamur specialem ad dispensandum igitur cum eodem Thoma
Vpton ut in numerum procuratorum generalium dicte Curie nostre recipi et admitti ac in
eodem procurationis officio prout exercere (quatenus Statuta eiusdem Curie nostre patiantur)
valeat et possit tenore presentium procuratorem dicte Curie nostre modo premisso admittendi et in numerum
procuratorum generalium dicte Curie aggregandi tibi prefato vices nostras committimus et plenam in
Domino tenore presentium concedimus facultatem **In Cuius** rei testimonium Sigillum
nostrum presentibus apponi fecimus **Dat.** in manerio nostro de Lambehith decimo die
mensis maij anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto Et nostre consecrationis anno
Septimo.

The copie of my L. of Canturburie his lettre directid to the Bisshoppe of London.

Right welbeloved Brother After my right hartie commendacions
in our Savio^r Christe whereas you do well knowe what offence is taken for that
divers and sundrie of the State ecclesiasticall be so hardely induced to conformitie in
administracon of publique prayers and Sacraments, and in outward apparell agreable
in regarde of ordre for them to weare notwithstandinge established and other orders
ordinances prescribed in the same. In which disorder appeareth (as is commonly inter:
preted) a manifest violacon and contempte of the Quenes Ma^ts aucthoritie and
abusinge her princely clemencie in so longe bearinge wth the same wthout execution
of condigne severitie for their due correction as the lawes were extended uppon them
And whereas the whole State of the Realme by acte of Parliament openly
published dothe most earnestly in goddes name require us all to endever our selves
to the uttermost of our knowledge duely and truly to execute the said lawes
as we will answere before god By the wch acte also wee have full power and
aucthoritie to reforme and punishe by censures of the Churche all and singler persons
wch shall offende, And whereas also the Quenes most excellent Ma^tie nowe a yere
past and more addressed her highnes lres enforcinge the same chardge, the
contentes whereof I sent unto your L. in her name and auctoritie to admonishe them
to obedience and so I dout not but your L. have distributed the same unto others of
oure Bretherne wthin this Province of Canturburye whereuppon hath ensued
in the most parte of the Realme an humble and obedient conformitie, And yet
some fewe persons I feare more scrupulous then godly prudent have not conformed
them selves, peradventure some of them for lacke of particuler description of orders
to be followed, which as your L. dothe knowe were agreed uppon amonge us longe
since, and yet in certeyne respects not published, Nowe for the spedie reformacon
of the same as the Quenes highnes hath expresselye charged bothe you and me
of late beinge therefore called to her presence to se her lawes executid and good
orders decreed and observed, I can no lesse do of my obedience to Almightie god of
my alleageance to her princely estate, and of sincere zele to the truthe and
promocon of christian Religion nowe established But require and charge you
as you will answere to god and to her Maiestie to se her Ma^ts lawes and iniunctions
duely observid wthin your dioc. And also these our convenient orders described in these
Bokes at this present sent unto your L. And furthermore to transmitte the same
bokes wth your lres (accordinge as hathe bene here to fore used) unto all others
of our bretheren wthin this Province) to cause the same to be performid in their
severall iurisdictions and charges. And where we have of late the xxvj^th daye
of this present monethe of Marche called before us accordinge to the Quenes Ma^ts
commaundement in this behalfe signified all maner of persons Vicars & Curats
servinge wthin the Citie of London, and have remayned divers of them in their
Obedience who have considered their duties in this behalfe So have we also
from this daye forth suspendid all such as expressely refusinge conformitie
from their publique ministracon whatsoever and have also denounced sequestracon
of all the fruicts of their lyvinge so longe tyme as they shall remayne in this
disobedience Signifyinge further that yf wthin the space of three monethes
from thence next ensuinge this advertisement eyther any of them do attempte
to offende in the like disobedience & be therefore convicted by the notorious evidence
of the facte or shall continewe wthout reconcilinge of them selves and promisinge
and subscribinge their conformitie to the lawes and orders prescribed to be then
deprived (ipso facto) of all their spirituall promotions in wch case yt maye be lawfull

in due order of lawe to all Patrons and donors of all and singler the same spuall promotions or any of them to presente or collate to the same as thoughe the pson or psons so offendinge weare deade After wch like sorte all other ordinaries after notice given unto all psons wthin there iurisdictions of the lawes iniunctions and other orders established for the same conformitie I thinke will followe in order the same example wherby we trust all contencon and iuste offence emongst the Quenes subiects maye at the last be suppressed, peace and quietnes in unitie of doctrine and uniformitie of exterior behavior recovered the Quenes maties aucthoritie reverenced her lawes obediently regarded to the promotion of the truthe of the Gospell and to the glorie of almyghtie god to whome for this tyme I comitt you in all grace and vertue as my selfe ffrom my house at Lambehith the xxvijth daye of marche 1566.

your lovinge brother
Matthew Cantuar.

A copie of my L. grace his lres written to Mr D. Cole Deane of Bockinge.

I Commende me hartely unto you And whereas I am informid that diverse psons vicares and curats wthin my peculier iurisdiction of the deanrie of Bockinge beinge (as I feare more scrupulouse then godly prudente) have not conformid them selves to the Quenes maties lawes and iniunctions in thadministracon of publike prayers and Sacraments and in outewarde apparell agreable in Regarde of order for them to weare notwthstandinge the said lawes iniunctions and ordinance prescribed for the same In wch disorder appearethe (as yt ys comonly interpreted) a manifest violation & contempte of the Quenes maties aucthoritie and abusinge her princely clemencye in so longe bearinge wth the same whereto operation of condigne severitie for there due correction yf the lawes weare extendid uppon them, I have sente you herewith a boke of certeine orders agreed uppon by me and other of my bretherne of my province of Canturburie and hitherto not published wyllinge and requiringe you wth all spede to call before you all and singler the psons vicars and curats of my said peculier iurisdiction of Bockinge to publishe to them the said orders prescribid in this boke and also to move psuade and commaunde them and every of them as they will answer at there perill duely to observe aswell her maties said lawes and iniunctions in thadministracon of publique prayer and the Sacraments and in there exterior apparell as also thes orders sente unto you herewth And suche as will obstinatelly refuse to conforme them selves to the said lawes iniunctions and orders that you do furthwth suspende them and everie of them from there publike ministracon whatsoever And also do sequester all the fruits of there benefice and lyvinge so longe tyme as they shall remayne in this disobedience, and that you do signifie unto me the names of all suche as will shewe them selves disobediente in this behalfe to thintente I maye take suche further order wth them as shalbe thought convenyente for them and everie of them so disobeyinge And further that you do intimate to them and everie of them that yf they do persiste in there said disobedience by the space of three monethes next after there said refusall that then they and everie of them shalbe deprived from all there spuall promotions and lyvinge whatsoever And thus fare you hartely well from my manor of Lambehith this xxvijth of marche 1566.

A like Letter was written to Mr Denne Comissarie of Canturbury.
An other like Letter to the Bisshoppe of Chichester Comissary of the peculier iurisdiction of Southmallinge Pagham and Terringe.
An other like Letter to Mr doctor weston Dean of Tharches Shoreham and Croyden wth severall boke above mentiond inclosed severally in the same lres.

Comissio ad admittend magrum Johem Lloid in Advocatum Curie Cantur

Matheus pmissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Dilecto** nobis in xpo mro Roberto weston Legum doctori Curie nre metropolitice Cantuar de Arcubus London Officiali aut alij eiusdem Curie nre Presidenti cuicumqz Salutem gratiam et Ben / Literarum scientia, vite probitas morum honestas multaqz alia virtutum dona quibus altissimus virum Johem Lloyd Legum doctorem haud vulgariter insignivit, nos merito induxerunt, ut psonam ipius singulari studio et favore benevolo psequamur, Hinc est Quod nos eundem magrum Johem Lloid intuitu meritorum suorum huiusmodi in numerum Advocatorum Curie nre Cantuar pdict admittend et aggregand non gravamur Ad dispensand igr cum eodem magro Johe Lloid in forma Curie nre pdict solita et consueta ut in numerum et collegium Advocatorum Curie nre pdict admitti et in eadem patrociniari valeat ipumqz Advocatum eiusdem Curie nre admittend et in numero Advocatorum Curie pdict aggregand Tibi vices nras tenore psentium comittimus ac spialem elargimur facultatem statutis et ordinacoibus eiusdem Curie nre in contrarium editis nn obstan quibuscumqz In cuius rei testimonium sigillum nrum psentibus apponi fecimus Dat in Manerio nro

de Croydon xvij° die mensis Junij Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo Et nostre Consecrationis Anno Septimo.

Licentia demoliendi ecclesiam Sancte Trinitatis Elien et Capellam beate Marie in ecclesia cathedrali Elien in parochialem ecclesiam transferendi

Universis Christiane ecclesie filiis presentes literas inspecturis visuris aut audituris et quos infrascripta attingunt seu deinceps aliquo modo attingere poterunt Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere. Porrecte nobis iampridem tam pro parte venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie cathedralis sancte et individue Trinitatis Eliensis quam proborum hominum parochianorum parochie sancte Trinitatis infra Civitatem Eliensem preces et petitio continebant Quod longo tempore post edificationem et structuram dicte ecclesie cathedralis sancte et individue Trinitatis Eliensis adiunctum et annexum fuit quoddam Sacellum sive ecclesia parochialis contigua dicte ecclesie cathedrali ex boreali parte eiusdem in usum parochianorum predictorum pro divinis officiis ibidem celebrandis et iuxta morem ecclesie Anglicane frequentandis quod quidem Sacellum sive ecclesia tum propter luminis paucitatem obscura nimis et propter aeris salubris inopiam obfuscata et admodum insalubris fuerat tum propter eius angustiam nequaquam capere aut continere possit ingentem numerum eorum virorum qui ad illam parochiam sunt assignati illamque in divinorum officiorum audiendorum frequentare debeant tum etiam quia dicte ecclesie cathedrali et fenestris eiusdem ita adiuncta et contigua sit ut plurimum luminis et aeris salubris dicte ecclesie cathedrali ratione illius structure sit adempta, quibus in prima edificatione dicta ecclesia cathedralis predita et illustrata fuit unde magis insalubris multoque deformis redditur Cumque etiam sit in eadem ecclesia continebatur Sacellum quoddam amplum eximium et memorabile vulgo nuncupatum Capella beate Marie in boreali parte dicte ecclesie cathedralis magnis impensis fuerit et sit antiquitus constructum quod tum propter eximiam et pretiosam illius structuram quam lucis ac aeris transfluendi claritatem et salubritatem ac amplitudinem sit multo magis veteri illa ecclesia parochiali parochianis predictis necessaria et salubrior Cuius quidem Capelle nullus omnino in presentiarum usus multum necessarius existat, sed tanquam locus vacuus et desolatus nullique certo usui accommodatus existat Ex parte igitur parochianorum veteris illius ecclesie nobis fuit et est humiliter supplicatum tum pro veteri illa et minus augusta ecclesia demolienda tum pro commutando dicte Capelle beate Marie in ecclesiam parochialem commutande licentiam et facultatem nostras concedere et impartiri dignaremur. Nos vero quibus cordi est ea que tum divini cultus et Christiane religionis augmentationem tum parochianorum utilitatem et pietatis studium respiciunt et concernunt excitare et pietatis studium in illis promovere nostreque pastoralis auctoritatis munimine et presidio corroborare, quibus etiam cum istorum certitudine de nostrorum venerabilium et proborum virorum fidedigna relatione verum etiam rei ipsius manifesta et indubitata certitudine constat perpendentes quoque quanta dicte ecclesie cathedrali ex veteris ac lateralis structure sive ecclesie parochialis predicte ablatione et demolitione, luminis claritas salubriorque aeris accessio obtinebitur denique quanto salubrior et propter amplitudinem commodior et ornatior sit ad predictos parochianos recipiendos pro religiosa divinorum officiorum celebratione petitioni predicte tanquam pie et devote consensum et assensum nostros duximus exhibendos. Quocirca tam ex causis supradictis quam ex aliis iustis et legitimis considerationibus nos in hac parte specialiter moventibus tam predictis venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie cathedralis predicte veteris illius ecclesie parochialis molem sive structuram tanquam ecclesie cathedrali predicte inutilem et nocuam demoliendi et in usum predicte ecclesie cathedralis convertendi atque Capellam beate Marie supra memoratam ad usum ecclesie parochialis parochianis predictis vice et loco veteris transferendi deputandi et assignandi quam parochianis predictis capellam huiusmodi in usum eorum ecclesie parochialis recipiendi et retinendi sedibusque et structuris necessariis aptandi eandemque pro eorum ecclesia parochiali deinceps habendi et tenendi atque ad eandem pro divinis audiendis ac sacramentis recipiendis celebrandis et percipiendis accedendi et frequentandi libere et licite valeant et possint licentiam et facultatem nostras quantum in nobis est et de iure possumus pro nobis et successoribus nostris per presentes concedimus et impartimur Eandemque Capellam postquam sic ut prefertur in ecclesiam parochialem erecta et aptata fuerit ex eorum parochianorum ecclesiam parochialem iuxta morem et formam aliarum ecclesiarum huius Regni de cetero habendam censendam et nuncupandam fore decernimus Eisdem quoque privilegiis immunitatibus et iuribus quibus vetus illa ecclesia parochialis insignita fuit perpetuis futuris temporibus quantum de iure possumus donamus et auctoritate nra communimus per pntes **In quorum** omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Sigillum nrum pntibus apponi fecimus **Dat** in manerio nro de Lambehith xijo die mensis Novembris Anno dni millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Et nre cons Anno Septimo.

ffirst he saithe that it is reported that William Newton one of the Bedemen hathe mayntayned Bawdrie betwene his owne daughter and an other man

Primo die mensis Octobris Anno domini 1560 in ecclesia cath Roffen Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus per magistros Thomam Yale legum doctorem et Edwardum Leedes in legibus licentiatum Commissarios suos in hac parte sufficienter constitutos visitavit decanatus Roffen et Mallinge Roffen dioc facta primitus concione per magistrum Richardum Tremer

Dictis die et hora assignat domini Commissarij ex certis causis ipsos in hac parte moventibus continuaverunt huiusmodi visitacionem ab ecclesia poch Sti Nicholai Civitatis Roffen ad Ecclesiam cath Roffen Quibus die et loco facta preconizatione omnium et singulorum citatorum etc/ domini Commissarij pronunciaverunt omnes et singulos Rectores Vicarios Curatos/ Lectores/ Iconomos sive gardianos et parochianos ut alios quoscumque etc/ non comparentes notorie contumaces et in penam etc/ ipsos et eorum quemlibet excommunicaverunt in schedula per magistrum Yale lecta Et continuaverunt huiusmodi visitacionem in statu quo nunc est usque ad et in horam terciam post meridiem huius diei in hoc loco/ Deinde post meridiem eiusdem diei inter horas quartam et quintam domini Commissarij pronunciaverunt omnes et singulos Ecclesiarum poch Iconomos sive Gardianos non exhibentes Billas detect iuxta monitionem etc/ notorie contumaces et in penam etc/ ipsos et eorum quemlibet excommunicaverunt in Schedula per magistrum Yale lecta

Dictis die et loco domini monuerunt Johannem Heron et Johannem Wheler presentem in iudicio ad interessend coram eis in ecclesia poch de Dartford Roffen dioc die Jovis prox inter hor octavam et nonam ante meridiem ad respondend certis Articulis etc/

Quibus die et loco comparuerunt personaliter ~~ Richardus Arnold et Elizabetha Ramsford quibus domini obiecerunt etc ipsi in gradibus affinitatis a iure divino prohibit existen matrimonium seu verius effigiem matrimonij inter eos prophanari procuraverunt dicto Rico et Elizabethe fatent That she the said Elizabeth was his first wyves sisters doughter Et tunc domini monuerunt dict Ricum et Elizabeth quod imposterum abstineant se a mutuo consortio et cohabitatione ac a thoro et mensa et insuper monuerunt dictos Ricum et Elizabeth ad interessend coram eis in hoc loco crastino die inter horas septimam et nonam ante meridiem eiusdem diei ad recipiend penam

Secundo die mensis Septembris Anno domini 1560/ Apud Rochester magistri Thomas Yale legum doctor et Edwardus Leedes in legibus licentiatus Commissarij etc/ commiserunt vices suas magistro Johanni Calverley in legibus Bacc ad expediend omnia et singula detecta et compta in visitacione metropolitica Reverendissimi domini Archiepi Cantuarien infra dioc Roffen etc/ Necnon omnia et singula finaliter terminand Penitentias salutares delinquentibus quibuscumque pro commissis iniungend Ac innocentes et immunes [illegible] pabiles ab officio dimittend Ceteraque omnia et singula faciend etc que in et circa premissa necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Assumpto Thoma Robinson notario publico in Actorum Scribam etc/ Acta in presentia mei Johannis Incent notarij publici dicti Rmi patris Registrarij primarij etc

Detectum est that Elizabeth Browne of Rochester is suspected of incontinencie with John Walle
Quibus die et loco domini monuerunt dict Browne quod imposterum non frequentat Consortium dicti Johannis Walle nisi in publico loco tantum sub pena Iuris

Secundo die mensis Octobris Anno domini 1560/ in ecclesia cath Roffen coram magistris Thoma Yale et Edwardo Leedes commissarijs etc/ in presentia mei Johannis Incent Registrarij etc

Quibus die et loco comparuit personaliter dna Margareta Edmonde cui domini obiecerunt fama publica referente quod commisit fornicationem cum quodam Watson Sutore calceario dna Margareta negante crimen obiectum/ Unde domini assignarunt sibi ad purgand se sola manu honestarum mulierum de poch Sti Nichi Civitatis Roffen die ultimo mensis Octobris in hoc loco coram magistro
die Martis xix

Calverley Comissario in spiritualibus generali domini Episcopi Roffen / Et ulterius domini
monuerunt dictam Margaretam quod imposterum non frequentet Consortium dicti Walle
nisi in publico foro tantum sub pena iuris

Secundo die mensis Octobris 1560 / in domo capellani ecclesie cathedralis Roffen domini
Commissarii monuerunt magistrum Walterum Phillips decanum quod admoneat prebenda-
rios ut faciant Conciones secundum Statuta ac quod negligentes mulctet
Item quod ministri ecclesie frequentius communicent diebus dominicis et festivis

Quibus die et loco comparuit personaliter / Petrus Towle Cui domini obiecerunt fama
publica referente quod vivit incontinenter cum uxore magistri Sympkins quod quidem crimen
dictus Petrus negavit offerendo se purgaturum / Et tunc prestito iuramento per ipsum Petrum se immu-
nem fore Criminis obiecti / ac simili modo prestito iuramento per magistrum Willelmum Oliver clericum Walterum
Hole et Franciscum Collins Compurgatores de veritate iuramenti prestiti per dictum Petrum Towle
iuxta eorum credulitatem etc. domini dimiserunt ab officio et declaraverunt ipsum innocentem fore etc.
ac eundem restituerunt pristine fame etc.

Quibus die et loco comparuit personaliter Johannes Walle Cui domini obiecerunt fama publica
referente quod vivit incontinenter cum uxore cuiusdam Browne et nonnullis aliis quod quidem crimen
dictus Walle negavit unde domini assignaverunt sibi ad purgandum se sexta manu videlicet quarta ex
vicinis suis et secunda ministrorum ecclesie coram magistro Calverley in hoc loco die martis
proximo videlicet die xvto mensis Octobris

Quibus die et loco comparuit personaliter Willelmus Ulcoton Cui domini obiecerunt fama publica
referente quod fovet lenocinium cum Margareta Ulcoton filia sua et quodam Bette quod
quidem Crimen dictus Willelmus negavit / unde domini assignaverunt sibi ad purgandum se sexta ma-
nu honestorum virorum de Civitate Roffen coram magistro Calverley die martis videlicet die
xvto mensis Octobris in hoc loco

Simili modo domini assignaverunt Phillis Ulcoton uxori dicti Willelmi ad purgandum se sexta manu
honestarum mulierum dicto die martis de crimine lenocinii etc. coram prefato magistro Calverley etc.

Quibus die et loco comparuit personaliter Alicia Constantine cui domini obiecerunt fama publica
referente quod comisit Adulterium cum quodam Walle et nonnullis aliis et quod non recepit Communionem
per annum et ultra quod ipsa fatebatur / cetera vero videlicet Adulterium et alia crimina obiecta negavit
unde domini assignaverunt eidem Alicie ad purgandum se sexta manu honestarum mulierum de Civitate
Roffen die martis videlicet die xvto mensis Octobris in hoc loco coram magistro Calverley

Quibus die et loco comparuit personaliter Elenora Baker cui domini obiecerunt fama publica
referente quod fovet lenocinium / quod quidem crimen dicta Elenora negavit unde domini
assignaverunt dicte Elenore ad purgandum se sexta manu honestarum mulierum de Civitate
Roffen die martis videlicet die xvto mensis Octobris in hoc loco coram magistro
Calverley

Tercio die mensis Octobris Anno domini 1560 in ecclesia parochiali de Dartford Roffen
diocesis Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Matheus permissione divina Cantuar
Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus per magistros Thomam Yale legum
doctorem et Edwardum Leedes in legibus licentiatum visitavit decanatum de Dartford
predictum facta primitus concione per magistrum Richardum Turner vicarium de Dartford

Moniti sunt Johannes Heron parochie de Bexley et Johannes Wheler parochie de
Lesnes ad interessendum isto die et loco ad respondendum certis articulis etc. Quibus
die et loco facta preconizatione dictorum Heron et Wheler et non comparentibus domini pronunciarunt
eos contumaces et in penam etc. / ipsos et eorum utrumque excommunicarunt in schedula per
magistrum Yale lecta

Dictis die hora et loco facta preconizatione omnium et singulorum citatorum etc. / et non comparentibus
domini pronunciarunt eos et eorum quemlibet contumaces et in penam etc. / ipsos et eorum
quemlibet excommunicarunt in Schedula per magistrum Yale lecta unde domini prorogarunt
huiusmodi visitationem metropoliticam in et per dioceses Cantuarien et Roffen usque ad
beneplacitum Reverendissimi domini Archiepiscopi Cantuarien

Nono die mensis Octobris Anno domini 1560 / in edibus magistri Thome
Yale vicarii in spiritualibus generalis Reverendissimi domini Archiepiscopi Cantuarien in
loco vulgariter vocato [illegible] Civitatis et diocesis London notorie situatis et situatis coram
eodem magistro Yale in presentia mei Johannis Incent notarii publici Registrarii primarii dicti
Reverendissimi patris comparuit personaliter Edwardus Cornwell clericus et exhibuit

procuratorium suum pro venerabili viro magistro Hugone Turnebull sacre theologie professore Canonico & et prebendario in ecclia cath et metropolitica Xpi Cantuarien ac sorit se ptem pro eodem et solvit Beneficiu absolutois eidem magro Hugoni impendi a sua suspensionis sentencia in eum lata in non comparendo in visitacione metropolitica dci Reverendissimi patris Et tunc prestito per ipsum iuramento nomine procuratorio dicti magri Turnebull de parendo iuri &c dominus absolvit eundem magistrum Turnebull in psona dci procuratoris sui &c a dca sua suspensionis &c et eundem restituit &c

absolutio magri Hugonis Turnebull

Vicesimo octavo die mensis Octobris Anno dni 1560 in Edibus magri Edwardi Leedes infra porch Sci Fidis Civitatis London notorie sitis et situatis coram magistro Thoma yale legum doctore et prenominato magro Leedes Commissarijs Reverendissimi patris domini Mathei Archiepi Cantuarien ad visitand ecclesiam cath et metropoliticam Xpi Cantuarien ac Civitatem et dioc Cant rite constitut in presentia mei Iohis Incent notarii publici Registrarii &c

Detectum est in visitacione &c that James Austen of Staplehurst of the dioces of Canterbury is accused by Dennis Knyght to be father of her child Quibus die et loco comparuit personaliter dictus Iacobus Austen et negavit detect offerens se promptum et paratum ad purgandum se &c Et tunc prestito iuramento per eundem Iacobum Austen se innocentem fore criminis huiusmodi et similiter prestito iuramento per Thomam Poke Thomam Partridge et Laurentium Austen porch de Staplehurst et willmum Brasseland et willmum Willard de Goodhurst Iohem Smythe porch de Frythinden compurgatores suos per ipsum in hac parte product de veritate iuramenti prestiti per dcm Iacobum Austen iuxta credulitatem eorum, domini pronunciarunt eundem Austen sufficienter se purgasse Ipsumque fuisse et esse innocentem de crimine huiusmodi &c Ac proinde eundem Iacobum restituerunt sue pristine fame Quatenus de iure potuerunt et decreverunt literas testimoniales &c

Secundo Cinerum viz xxi° die februarij Anno dni 1560 in loco consist ecclie cath dni Pauli London coram venerabili viro magistro Thoma yale legum doctore vicario in spiritualibus generali Reverendissimi domini Archiepi Cantuarien &c in presentia mei Iohis Incent Registrarij &c

Detectum est in visitacione metropolitica Reverendissimi &c That there is a common voyce and fame by one Richard Rawlins of Canterbury with Thomasine Bull of St Georges in Canterbury Quo die comparuit personaliter dictus Ricus Rawlins ac fatebatur famam sed factum negavit Unde dnus assignavit dco Rawlins ad purgand se quatuor manibus honestorum virorum quorum duo sunt de coetu ministrorum ecclie cathis cath et metropolitice Xpi Cantuarien ij° Colle prox in hoc loco et decrevit omnes et singulos oppositores si qui sunt qui volunt opponere contra dcam purgacionem, citand fore ad diem et locum predict ad dicend et obiciend &c si sua putaverit interesse &c

Nettlested Rectoris Institutio

Decimo septimo die Octobris Anno domini 1560 dnus admisit Iohem Bridgewater clicum ad Rectoriam sive ecclesiam porch de Nettlestede una cum Capella de Barmyngett als West Barmyngett eidem annex Roffen dioc per mortem naturalem dni Willmi Smythe clici ultimi Rectoris eiusdem vacan Ad quam per strenuum virum dnm Georgium Haywarde militem eiusdem ecclie ratione Custodie Corporis dne Wenefrede Raynsforde vidue fatue et idiote existen per regias literas paten sibi concess pleno iure spectan verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et ptinen universis Ac recepit ab eodem Iohe Bridgewater iuramentum expressum in statuto parliamenti &c Et acceptata per eum circa articulis &c Scriptum fuit Decanis et singulis per dioc Roffen ad inducend &c

Brenchesley Vicarie Institutio

Eodem die dominus admisit Iohem Ferrall clicum ad Vicariam perpetuam ecclie porchis de Brenchesley Roffen dioc vacan Ad quam per strenuum virum dominum Willmum Damsell militem eiusdem ecclie verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum domino presentatus extitit Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et ptinen universis Ac recepit ab eodem Iohe Ferrall iuramentum de solita obedien et prestito per ipsum iuramento expresso in statuto parliamenti &c ac de continua et personali residencia &c Et acceptata per eum circa articulis Scriptum fuit Decanis et singulis per dioc Roffen ad inducend

Commissio fact' magistro Roberto Weston ad visitand' ecclesiam cath' ac Civitat' et dioc' Coven' et Lichen'

Matthæus permissione divina Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto nobis in Christo magistro Roberto Weston legum doctori Salutem gratiam et ben'. Visitaturi cum nos [illegible] impellit sed vitia extirpando et virtutes plantando nostri officij debitum quantum cum deo possumus implere intendimus hinc est q'd nos ecclesiam cath' ac Civitatem et dioc' Coven' et Lichen' nostre Cantuarien' provincie tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen' sive residen' iure nostro metropolitico procedentes (annuente domino) visitare et defectus inibi repertos, corrigere et reformare necessaria indigentes [illegible] et in statum suum debitum prout decebit reducere proponimus et intendimus domino [illegible]. Quia vero nos [illegible] quibusdam arduis et urgentibus negotijs ita sumus impliciti et remorati quod [illegible] Quod dictum nostrum premissum propositum in persona nostra propria exequi non possumus ubi vacare [illegible] volumus [illegible] impediti [illegible]. Tibi de cuius conscientie puritate circumspectionis industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate in hijs et alijs tibi creditis [illegible] pleniorem confidimus [illegible] committend'. Ad visitand' igitur tam in capite quam in membris ecclesiam cath' ac Civitat' et dioc' Coven' et Lichen' predict' Necnon quascumque alias collegiatas, parochiales et prebendales ecclesias ac loca alia ecclesiastica quecumque tam exempta quam non exempta in et per easdem Civitatem et dioc' ubilibet constitut' Clerumque et populum in eisdem degen' sive residen' de et super statu ecclesiarum et locorum huiusmodi, Necnon vita moribus et conversatione, ac etiam qualitatibus personarum in ecclesijs et locis huiusmodi degen' sive ministrantium modis omnibus quibus id melius aut efficatius poteritis inquirend' et investigand'. Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam clericos quam laicos condignis penis etiam usque ad Beneficiorum dignitatum sive officiorum suorum privationem (si facti atrocitas ita exposcerit) fructuumque Redditium et proventuum ecclesiarum et locorum quibus presunt sequestrationem vel quamcumque aliam congruam et competentem Coertionem inclusive puniend' et corrigend'. Aliaque ad probationes [illegible] modis omnibus quibus id melius et efficatius poteritis exequend'. Testamenta etiam quorumcumque defunctorum infra Civitatem et dioc' predict' decedent' proband' approband' et insinuand', Administrationesque bonorum eorundem defunctorum Executoribus in eisdem testamentis nominatis committend', Administrationes insuper ac sequestrationes bonorum ab intestato sive per viam intestati etiam decedent' in debita iuris forma expediend' concedend' et committend'. Computa quoque tam Executorum quam Administratorum ac sequestratorum quorumcumque recipiend' et admittend'. Ac insuper eosdem Executores Administratores et sequestratores omnes et singulos acquietand' relaxand' et finaliter dimittend'. Causasque instantiarum quascumque examinand' et finaliter terminand'. Contumaces etiam et rebelles cuiuscumque conditionis sive status fuerint, si quos inveneritis per censuras ecclesiasticas compescend'. Ecclesias etiam et alia loca [illegible] vacare et pro vacan' haberi fore decernend' et declarand'. Pensionesque annuas, congruas et competentes cedentibus vel resignantibus quibuscumque assignand' et limitand'. Necnon quoscumque presentatos ad quecumque Beneficia ecclesiastica infra ecclesiam cath' ac Civitatem et dioc' predict' constitut' durante visitatione nostra huiusmodi (si habiles et idonei reperti fuerint) ad eadem admittend', ac in et de eisdem instituend' et investiend' cum suis iuribus et pertinentijs universis, eosque in realem actualem et corporalem possessionem eorundem inducend' et induci faciend' atque mandand'. Necnon clericorum et Beneficiatorum quorumcumque tam de Ordinibus quam Beneficijs per eos adeptis literas et munimenta quecumque exigend' et recipiend', easque et ea diligenter examinand' et discutiend', et quos non sufficienter munitos in ea parte compereritis ab officijs dimittend' et sic pro non munitis pronuntiand' et declarand'. Synodosque et capitula tam generalia quam specialia Cleri et populi huiusmodi pro executione premissorum aut reformatione quacumque faciend' et convocand'. Procurationesque et Synodalia quecumque nobis ratione visitationis nostre metropolitice huiusmodi debita ad usum nostrum petend', exigend' et levand'. Ac procurationes huiusmodi non solventes aut solvere recusantes per censuras ecclesiasticas coercend' compellend' et cohercend'. Ac inhibend' publice via iuris et modo [illegible] venerabili confratri nostro [illegible] Episcopo Coven' et Lichen' predict' Necnon omnibus et singulis Decanis Capitulis Archidiaconis Cancellarijs Officialibus Commissarijs Registrarijs Actorum Scribis ceterisque omnibus et singulis quibuscumque quocumque nomine ac cognomine censentur vel reputantur iurisdictionem aliquam spiritualem et ecclesiasticam in et per easdem Civitatem et dioc' Coven' et Lichen' quacumque auctoritate exercentibus, ne ipsi aut eorum aliquis pendente visitatione nostra metropolitica huiusmodi iurisdictionem aliquam spiritualem vel ecclesiasticam alicubi infra Civitat' et dioc' Coven' et Lichen' predict' quovismodo exerceat aut quicquam aliud in preiudicium sive dispendium visitationis nostre metropolitice huiusmodi quomodolibet attemptare presumant seu eorum aliquis presumat facientve aut faciat sub pena contemptus. Ac usurpata et attemptata in contrarium per eosdem iuris remedia revocand' et reformand'. Contra usurpatores et attemptatores et Transgressores huiusmodi procedend' ac eos per quascumque censuras ecclesiasticas canonice puniend' et compescend'. Et generaliter omnia et singula alia faciend' exercend' et expediend' que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna tibi vices nostras committimus et plenam tenore presentium concedimus potestatem cum potestate alium sive alios in premissis si opus fuerit substituend'. Assumpto tibi dilecto nobis in Christo magistro Johanne Incent notario publico Registrario nostro principali vel eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum nostrorum Scribam in hac parte durante visitatione nostra huiusmodi. Mandantes nihilominus q'd dicta visitatione nostra finita de omni eo q'd [illegible] in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit nos aut officialem nostrum principalem per [illegible] patentes sub forma autentica concernentes certiorem faciat modo prout decet. In cuius rei testimonium

Sigillum nostrum presentibus affigi fecimus Dat in Manerio nostro de Lambehith viij die mensis Augusti Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Et nostre Consecrationis Anno primo

Herberbury vicarie Institutio

Decimo sexto die mensis Novembris Anno domini 1560 dominus admisit Robertum Crofte Clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Herberbury Coventrensis et Lichfeldensis diocesis per mortem naturalem ultimi incumbentis ibidem vacantem Ad quam per Serenissimam in christo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie Francie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. dicte vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicebatur) patronam nobis presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem in persona Roberti Allen notarii publici procuratoris sui etc. instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis universis Ac recepit ab eodem Roberto Allen nomine procuratorio dicti Roberti Crofte Iuramentum de legitima obedientia etc. et de continuo et personali residendo etc. Ac prestitit per ipsum Iuramentum expressum in statuto parliamenti etc. Scriptum fuit universis et singulis per diocesim Coventrensem et Lichfeldensem ad inducendum etc.

Meneven.

Commissio facta reverendo patri domino Thome Meneven Episcopo ad visitandum diocesim Meneven.

Matthaeus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus venerabili Confratri nostro domino Thome eadem permissione Menevensi episcopo Salutem et fraternam in domino charitatem Suscepti Cura Regiminis nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur Hinc est quod nos ecclesiam cathedralem ac Civitatem et diocesim vestras Menevensem nostre Cantuariensis provincie tam in capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem sive residentes iure nostro metropolitico proposuimus (annuente domino) visitare et defectus inibi repertos Correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum suum debitum pro iuribus restituere proponimus et intendimus Verum quoniam nos nonnullis quibusdam arduis et urgentibus negotiis ita sumus impliciti et remorati prout et verisimili credimus infuturum Quod dictum munus nostrum propositum in persona nostra propria exequi non possumus neque valemus ut vellemus, Si huiusce impedimentis non remoraremur, fraternitati vestre de cuius conscientie puritate, Circumspectionis industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate in hiis et aliis (nobis creditis negotiis) plurimum confidimus, hanc provinciam duximus committendam Ad visitandum igitur tam in capite quam in membris ecclesiam cathedralem ac Civitatem et diocesim vestras Meneven predictas necnon quascumque alias collegiatas parochiales et prebendales ecclesias, ac loca alia ecclesiastica quecumque tam exempta quam non exempta in et per Civitatem et diocesim vestras predictas ubilibet constituta Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes deque statu ecclesiarum et locorum huiusmodi necnon vita moribus et conversatione, ac etiam qualitatibus personarum in ecclesiis et locis huiusmodi degentium sive ministrantium, modis omnibus quibus id melius et efficacius poteritis inquirendum et investigandum Criminososque vero culpabiles et delinquentes tam clericos quam laicos condignis penis etiam usque ad beneficiorum, dignitatum sive officiorum suorum privationem (Si facti Atrocitas ita poposcerit) fructuumque reddituum et proventuum ecclesiarum et locorum quibus presunt sequestrationem vel quamcumque aliam congruam et competentem Coercionem inclusive puniendum et corrigendum atque ad probatiores vivendi mores modis omnibus quibus id melius et efficacius poteritis reducendum Testamenta etiam quorumcumque defunctorum infra Civitatem et diocesim vestras predictas decedentium probandum approbandum et insinuandum, Administrationesque Bonorum eorundem defunctorum executoribus in eisdem testamentis nominatis committendum, Administrationes insuper ac Sequestrationes Bonorum ab intestato sive per viam Intestati etiam decedentium in debita Iuris forma expediendum concedendum et committendum, Computa quoque tam executorum quam Administratorum ac Sequestratorum quorumcumque recipiendum et admittendum Ac insuper eosdem executores Administratores et Sequestratores omnes et singulos acquietandum et relaxandum et finaliter dimittendum, Causasque Instantiarum quascumque examinandum et finaliter terminandum, Contumaces autem et rebelles cuiuscumque Condicionis sive status fuerint (si quos inveneritis) per Censuras ecclesiasticas compescendum ecclesias etiam et alia loca dimissa vacare, et pro vacantibus habendum fore decernendum et declarandum, Pensionesque legitimas congruas et competentes cedentibus vel resignantibus quibuscumque assignandum et limitandum, Acceptos quoscumque presentatos ad quecumque Beneficia ecclesiastica infra ecclesiam cathedralem ac Civitatem et diocesim vestras predictas constituta durante visitatione nostra huiusmodi (Si habiles et idonei reperti fuerint) ad eadem prout et curate iuris admittendum, ac in et de eisdem instituendum et investiendum, cum suis Iuribus et pertinentiis universis eosdemque in realem, actualem et corporalem possessionem eorundem inducendum et induci faciendum et mandandum, Literas ordinum clericorum et Beneficiatorum quorumcumque tam pro ordinibus quam beneficiis per eos adeptis titulos et munimenta quecumque exigendum et recipiendum easque et ea diligenter examinandum et discutiendum, et quos non sufficienter munitos in ea parte compereritis ab officiis dimittendum et sic pro non munitis pronunciandum et declarandum, Synodosque et Capitula tam generalia quam specialia Cleri et populi huiusmodi faciendum et convocandum, Procurationesque et Synodalia quecumque nobis ratione visitationis nostre metropolitice huiusmodi debita ad usum nostrum petendum exigendum et levandum, Ac procurationes huiusmodi non solventes aut solvere recusantes per censuras ecclesiasticas compellendum cogendum et coercendum Ad inhibendum preterea vice et auctoritate nostris omnibus et singulis Decanis ruralibus Archidiaconis Cancellariis Officialibus Commissariis Registrariis Apparitoribus ceterisque quibuscumque quocumque nomine aut cognomine censeantur vel reputantur, Iurisdictionem aliquam Spiritualem vel ecclesiasticam alicubi infra Civitatem et diocesim vestras predictas quoquomodo exerceant aut quicquam aliud in preiudicium sive dispendium visitationis nostre metropolitice huiusmodi quovis attemptare presumant seu eorum aliquis presumat, faciantve aut faciat sub pena contemptus, Ac usurpata et attemptata in contrarium per censuras huiusmodi remedia revocandi et reformandi contra usurpatores attemptatores et transgressores huiusmodi procedendi ac eos per quascumque censuras ecclesiasticas canonice puniendi et compescendi Aliumque vel alios in premissis et eorum quolibet loco vestri substituendi, ac ei sive eis vices nostras circa premissa committendi Et generaliter omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna fraternitati vestre vices nostras committimus et plenam tenore presentium concedimus potestatem Assumpto vobis dilecto nobis in Christo magistro Johanne Incent notario publico Registrario nostro principali vel Gilberto Potter notario publico eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum vestrorum Scribam in hac parte durante visitatione nostra huiusmodi Rogando nichilominus quatenus dicta visitatione nostra finita de omni eo quod per vos aut substitutos vestros in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit nos aut officialem nostrum principalem per literas vestras patentes sub forma autentica contentas certiores facere velitis In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nostro de Lambehith, octavo die mensis Augusti Anno domini millesimo quingentesimo Sexagesimo Et nostre Cons Anno primo

Assaphen.

Commissio facta Reverendo patri domino Ricardo Assaphen Episcopo ad visitandum ecclesiam cathedralem ac Civitat et dioc predict

Eodem octavo die Augusti emanavit similis Commissio Domino Richardo Assaphen Episcopo ad visitandum vice et auctoritate Reverendissimi ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc Assaphen &c Assumpto magistro Johanne Incent Registrario primario dicti Reverendissimi patris vel eius deputato in Registrarium

Bangor.

Commissio facta Reverendo patri domino Rolando Bangor Episcopo ad visitandum ecclesiam cathedralem ac Civitat et dioc Bangor

Eodem die emanavit alia similis Commissio Reverendo patri domino Rolando Bangor Episcopo ad visitandum vice et auctoritate Reverendissimi patris ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc Bangorien &c Assumpto magistro Johanne Incent Registrario primario antedicti Reverendissimi patris vel eius deputato in Registrarium et Actorum Scribam

Bathon et Wellen.

Commissio facta Reverendo patri domino Gilberto antedicto ad visitandum ecclesiam cathedralem ac Civitat et dioc suas

Eodem octavo die emanavit similis Commissio Reverendo in Christo patri domino Gilberto Bathon et Wellen Episcopo ad visitandum ecclesiam cathedralem Civitatem et dioc suas Bathon et Wellen vice et auctoritate Reverendissimi patris &c Assumpto magistro Johanne Incent registrario primario antedicto vel eius deputato in Registrarium &c

Relaxatio sequestri fructuum ecclesie de Llandihangyllavenlon Menevien dioc

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto nobis in Christo Custodi sive Custodibus Sequestri fructuum decimarum proventuum, obventionumque et ceterorum emolumentorum quorumcumque ecclesie parochialis de Llandihangellavenlon Menevien dioc nostre Cantuarien provincie Salutem gratiam et benedictionem. Cum nos et singulos fructus redditus proventus decimas obventiones et cetera emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictam ecclesiam parochialem de Llandihangellavendo et eius Rectorem pro tempore existentem quomodolibet spectantes et pertinentes pendente visitatione nostra metropolitica infra eandem dioc Menevien alias auctoritate nostra ex certis iustis et legitimis causis sequestrari fecerimus, Custodiamque eorundem vobis commiserimus iustitia ita exigente Nos impresentiarum ex certis aliis causis iustis et legitimis nos in hac parte specialiter moventibus Sequestrum predictum sic (ut premittitur) auctoritate nostra metropolitica interpositum duximus relaxandum prout etiam sic relaxamus per presentes vobis firmiter precipiendo mandantes Quatenus a die receptionis presentium aut intimationis earundem vobis fiende ulterius in dicto Sequestrationis negotio de cetero vos non intromittatis aut ministretis aut vestrum aliquis intromittat vel ministret sed eidem Sequestro et eius Custodie penitus et omnino supersedeatis de receptis vero et expositis per vos virtute Sequestri predicti Rectori moderno eiusdem ecclesie seu eius legitimo procuratori (eius nomine) iustam reddatis rationem prout convenit literis vobis in hac parte factis in aliquo non obstantibus quibus harum serie derogamus. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nostro de Lambehith die mensis

Anno domini millesimo quingentesimo Sexagesimo Et nostre Cons Anno primo

Sarum.

Commissio facta Reverendo patri domino Johanni Sarum Episcopo ad visitandum Civitates et dioc Sarum et Bristollen iure metropolitico Reverendissimi

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus venerabili Confratri nostro Johanni eadem permissione Sarum Episcopo Salutem et fraternam in domino charitatem Suscepti cura regiminis nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Hinc est quod nos ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc vestras Sarum necnon ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc Bristollen nostre Cantuarien provincie tam in capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes iure nostro metropolitico proxime (annuente domino) visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus Verum quoniam nos impresentiarum quibusdam arduis et urgentibus negotiis ita sumus impliciti et remorati prout verisimiliter continuo infuturum quod dictum nostrum pium propositum in persona nostra propria exequi non possumus nec valemus (ut vellemus) Si huiusmodi impedimentis non remoraremur Fraternitati vestre de cuius consientis probitate circumspectionis industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate in hiis et aliis vobis creditis negotiis plurimum confidimus Hanc provinciam duximus committendam Ad visitandum igitur tam in capite quam in membris ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc vestras Sarum necnon ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc Bristollen predict necnon quascumque alias collegiatas parochiales et prebendales ecclesias ac cetera alia ecclesiastica quecumque tam exempta quam non exempta in et per Civitates et dioc predictas et earum decanatus ubilibet constituta Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes deque Statu ecclesiarum et locorum huiusmodi necnon vita moribus et conversatione ac etiam qualitatibus personarum in ecclesiis et locis ecclesiasticis huiusmodi degentes sive ministrorum modis omnibus (de Iure et Statutis huius Regni Anglie permissis et approbatis) quibus id melius et efficacius poteritis inquirendum et investigandum Criminosos vero Culpabiles et delinquentes tam clericos quam laicos condignis penis etiam usque ad Beneficiorum dignitatum sive Officiorum suorum privacionem (Si facti Atrocitas ita exposcerit) fructuumque redditum et proventuum ecclesiarum et locorum quibus pertinet Sequestracionem vel quamcunque aliam congruam et competentem Coercionem inclusive iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam puniendum et corrigendum atque ad probatiores vivendi mores modis omnibus quibus id melius et licite poteritis reducendum Testamenta etiam quorumcunque defunctorum infra Civitates et dioc predictas decedentium probandum approbandum et insinuandum, Administracionesque Bonorum eorundem defunctorum executoribus in eisdem testamentis nominatis committendum Administraciones insuper ac sequestraciones bonorum ab intestato sive per viam intestati etiam decedentium in debita Iuris forma expediendum concedendum et committendum Compota quoque tam executorum quam Administratorum ac Sequestratorum quorumcunque recipiendum et admittendum ac insuper eosdem executores Administratores et Sequestratores omnes et singulos quatenus videbitur expediens acquietandum relaxandum et finaliter dimittendum Causasque Instanciarum quascunque licite examinandum et finaliter terminandum Contumaces autem et rebelles cuiuscunque Condicionis sive Status fuerint (Si quos inveneritis) per censuras ecclesiasticas licite compescendum Litteras etiam et alia scripta dimissa parte et pro parte habendas fore decernendum et declarandum Pensionesque licitas congruas et competentes Cedentibus vel resignantibus quibuscunque iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam assignandum et limitandum Necnon quoscunque presentatos ad quecunque Beneficia ecclesiastica infra ecclesias tales ac Civitates et dioc predictas constituta durante visitacione nostra huiusmodi (Si habiles et idonei reperti fuerint) ad eadem vice nomine et auctoritate nostris admittendum ac in et de eisdem instituendum et licite investiendum cum suis Iuribus et pertinenciis universis, easque in realem actualem et corporalem possessionem eorundem inducendum et induci faciendum et mandandum Necnon clericorum et Beneficiatorum quorumcunque tam pro ordinibus quam beneficiis per eos adeptis litteras et munimenta quecunque exigendum et recipiendum easque et ea diligenter examinandum et discutiendum Et quos non sufficienter munitos in ea parte compereris ab officiis et Beneficiis huiusmodi dimittendum et sic pro non munitis pronunciandum et declarandum Synodosque et Capitula tam generalia quam specialia Cleri et populi huiusmodi pro execucione premissorum aut reformacione quacunque licite faciendum et convocandum Procuraciones et Synodalia quecunque nobis Racione visitacionis nostre metropolitice huiusmodi debita, ad usum nostrum petendum exigendum et levandum Ac Procuraciones huiusmodi non solventes aut solvere recusantes per censuras ecclesiasticas debite compellendum cogendum et coercendum Ac inhibendum predicta durante visitacione nostra omnibus et singulis decanis Archidiacono Cancellario, Registrariis Actorum Scribis Ceterisque quibuscunque quocunque nomine aut cognomine censeantur vel reputantur, Iurisdictionem aliquam Spiritualem vel ecclesiasticam in et per easdem Civitates et dioc Sarum et Bristollien et earum decanatus quoscunque antehac exercentibus, vel ipsi aut eorum aliquis pendente visitacione nostra metropolitica huiusmodi Iurisdictionem aliquam Spiritualem vel ecclesiasticam alicubi infra Civitates et dioc predictas quoquo modo exercere aut quicquam aliud in preiudicium sive dispendium visitacionis nostre metropolitice huiusmodi qualiter attemptare presumant seu eorum aliquis presumat faciantve aut faciat ab aliis attemptari sub pena contemptus, Ac usurpata et attemptata in Contrarium per licita Iuris et Statutorum huius Regni Anglie remedia revocandum et reformandum, Contra usurpatores et attemptatores huiusmodi procedendum ac eos et eorum quemlibet per quascunque Censuras ecclesiasticas licite puniendum et compescendum, Alium insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco vestro substituendum, ac si sine eis vices nostras circa premissa committendum Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea de iure necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, [illegible] vices nostras committimus et plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem, Assumpto vobis dilecto nobis in Christo magistro Iohanne Incent notario publico Registrario nostro principali vel eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum nostrorum Scribam in hac parte durante visitacione nostra huiusmodi Rogando nihilominus quod circa visitacionem nostram finitam de omni eo quod per vos aut Substitutos vestros in hac parte actum gestumve sive expeditum fuerit Nos aut officialem nostrum principalem per litteras vestras patentes sub forma autentica conceptas certiorem facere debite In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nostro de Lamehith octavo die mensis Septembris Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Et nostre Consecracionis Anno primo

Relaxatio [illegible] exercende infra dioc Bristollien Sede episcopali vacante

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto nobis in Christo magistro Iohanni Cottrell legum doctori Vicario nostro in spiritualibus generali sive Commissario in et per Civitatem et dioc Bristollien Sede episcopali ibidem vacante necnon Archidiacono Archidiaconatus dorset Salutem graciam et benedictionem, Cum venerabilis Confrater noster dominus Iohannes permissione divina Sarum episcopus Commissarius noster ad visitandum tam in Capite quam in membris ecclesias Cathedrales ac Civitates et dioc Sarum et Bristollien predicte sufficienter constitutus easdem ecclesias Cathedrales ac Civitates et dioc Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes vice et auctoritate nostris iam visitans statutis et propositis Tibi ac tuis Officialibus et ministris quibuscunque inhibuerit seu inhiberi fecerit et mandaverit ne tu aut Officiales vel ministri tui seu eorum aliquis Iurisdictionem aliquam ecclesiasticam infra ecclesias tales ac Civitates et dioc predictas exercere, aut quicquam aliud in preiudicium sive dispendium dicte visitacionis nostre attemptare presumeret prout in litteris inhibitoriis huiusmodi manifeste liquet et apparet, Nos tamen attendentes Causas Lites querelas et alia negotia ecclesiastica coram te aut Officialibus et ministris tuis quibuscunque iudiciales vel extraiudiciales inter dicti nostri Regni subditos in et per Civitatem et dioc Bristollien aut Archidiaconatum tuum predictum degentes pendere et imposterum pendere seu ventilari minime et-

plus iusto differri in Subditorum predictorum dispendium et gravamen Tibi igitur ac officialibus et ministris
tuis quibuscumque ad cognoscendum et procedendum in omnibus causis litibus querelis et negotiis ecclesiasticis quibuscumque
coram te aut officialibus et ministris tuis quibuscumque agitatis sive agitandis Causasque et negotia huiusmodi
cum suis incidentibus emergentibus et connexis quibuscumque fine debito terminandum Necnon ad eiusdem iurisdictionem
spiritualem et ecclesiasticam in et per Civitatem et dioc Bristollen ac Archidiaconatum eiusdem durante predicta nostra
et libere exercendum in causis predictis et aliis nos in hac parte specialiter moventibus licentiam et facultatem
damus et concedimus per presentes litteris inhibitoriis predictis Tibi aut illis antea in ea parte directis forte
in aliquo non obstantibus Reservata nobis ac Commissariis et ministris nostris visitationem nostram predictam exercend
potestate corrigendi puniendi et reformandi Crimina excessus et delicta quorumcumque Subditorum dict
Civitatis et dioc Bristollen in visitatione nostra huiusmodi comperta Necnon colligendi levandi et recipiendi tam
et a me nostris ac ad nostrum usum procurationes et prestationes quascumque ac omnia et singula alia emolumenta
ecclesiastica que ad nos ratione visitationis nostre predicte pertinent seu pertinere poterunt de Consuetudine vel
de iure Consuetudinibus dignitate et Prerogativa nostris et ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis
predicte in omnibus semper salvis In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus
Dat in manerio nostro de Lambehith ultimo die mensis Octobris Anno domini 1560 Et nostre consecrationis
Anno primo

Glocestren.

Commissio facta magistro
Thome Powell ad
visitandum ecclesiam cathedralem
ac Civitatem et dioc
Glocestren

Tercio die decembris Anno domini millesimo quingentesimo Sexagesimo emanavit Com
missio magistro Thome Powell legum doctori ad visitandum ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc
Glocestren iure metropolitico &c &c Assumpto magistro Johanne Incent notario publico Re
gistrario nostro primario dicti Reverendissimi &c vel eius in hac parte deputato

Commissio ad visitandum
ecclesiam cathedralem Sarum

Matthewus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et me
tropolitanus dilectis nobis in Christo magistro Johanni Cottrell legum doctori et Procter clerico
Salutem gratiam et benedictionem Cum nos nuper per litteras nostras commissionales Sigillo nostro sigillatas Vene
rabili confratri nostro domino Johanni eadem permissione divina Sarum episcopo ad visitandum tam in capite quam
in membris ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc Sarum Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes
inter alia potestatem et auctoritatem commisimus prout per easdem litteras nostras commissionales, ad quas habe
atur relatio, plenius liquet et apparet Quidam tamen ex insinuatione dilectorum filiorum decani et
Capituli ecclesie cathedralis Sarum predicte ad nostrum pervenit Auditum Quod si prefatus venerabilis Confrater noster
eandem ecclesiam Cathedralem vigore litterarum nostrarum commissionalium predictarum visitaret iura libertates privilegia et
immunitates eiusdem ecclesie ex visitatione huiusmodi licet nomine nostro exemplo ac preiudicio lederentur nonnihil Nos
vero iura et libertates eiusdem ecclesie illesas conservare pro posse nostro cupientes Ad visitandum igitur vice et aucto
ritate nostra metropolitica tam in Capite quam in membris ecclesiam cathedralem Sarum predictam decanumque et capitulum eiusdem
ecclesie cathedralis Necnon de vita moribus et conversatione ac etiam qualitatibus quarumcumque personarum et
ecclesie dignitates promotiones administrationes vel officia in eadem ecclesia cathedrali obtinentium inquirendi omnibus
quibus id melius et efficacius poteritis inquirendum et investigandum Criminosos atque culpabiles et delin
quentes tam clericos quam laicos condignis penis usque ad beneficiorum dignitatum promotionum Admi
nistrationum et officiorum suorum privationem inclusive si facti Atrocitas ita exposcerit puniendi
Redditum et proventuum Beneficiorum dignitatum et Officiorum quibus presint Sequestrationem
vel quamcumque aliam congruam et competentem Coercionem inclusive puniendi et corrigendi atque ad probationes
dicendi modis et mediis omnibus quibus id melius et efficacius poteritis reducendi Et generaliter omnia
et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet
oportuna Vobis de quorum sana doctrina Conscientiarum puritate ac in rebus gerendis circumspectione
plurimum in domino confidimus committimus vices nostras et plenam in domino tenore
presentium concedimus potestatem Assumpto vobis dilecto nobis in Christo magistro Johanne Incent notario publico
Registrario nostro principali seu eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum vestrorum Scribam
in hac parte durante visitatione nostra huiusmodi Mandantes nihilominus Quod visitatione nostra finita
de omni eo Quod per vos in hac parte Actum gestum sit expeditum fuerit vos aut alter vestrum nos
principalem per litteras vestras patentes sub forma autentica conceptas certiorem faciat vestrum alter In cuius
rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nostro de Lambehith nono
die mensis novembris Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Et nostre Consecrationis Anno primo

Commissio ad inquirendum
de infamia domine Elizabeth
Stafford et ad proce
dendum contra eandem

Matthewus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et metropo
litanus Ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica ad Civitatem Petriburgen pro
tempore vacationis eiusdem quocumque modo spectat et pertinet ad nos ratione Confirmationis et consecrationis visita
tionis nostre metropolitice in eadem dioc Petriburgen nuper inchoate et actualiter exercite notorie dinoscitur
pertinere dilecto nobis in Christo magistro Ricardo Walker legum doctori Salutem gratiam et benedictionem De
tuis sana doctrina conscientie puritate et Circumspectionis industria ac probitate et virtutum
meritis plurimum fidentes Ad inquirendum seu inquiri faciendum cum omni assiduitate et diligentia omnibus
quibus melius et efficacius poteris tam de et super fama et infamia domine Elizabeth Stafford
uxoris Humfridi Stafford militis dicte Petriburgen dioc infra eandem dioc Petriburgen et
alia loca quecumque Necnon de et super quibuscumque criminibus excessibus Culpis et delictis
quibuscumque per eandem dominam Elizabeth commissis et perpetratis que etiam de meritis causarum

ffamys

et veritate eorundem necnon ad cognoscendum et procedendum contra eandem dominam Elizabeth in huiusmodi inquisitionis
correctionis et reformationis negotio tam ex officio vestro (crimine nostro) mero mixto vel promoto quam ad
alicuius partis instantiam denunciationem vel accusationem adversus dictam dominam Elizabeth coram
vobis proponi contigerit vel proponendi ipsamque dominam Elizabeth si ream aut culpabilem criminum et excessuum huiusmodi
per ultima iuris documenta compertam et inventam per quascumque censuras et poenam ecclesiasticas debite
corrigendi et reformandi necnon dictam dominam Elizabeth si se de et super criminibus excessibus et
delictis huiusmodi obtulerit purgaturam purgationem eiusdem cum sufficienti compurgatorum numero vestro sano
arbitrio limitandi recipiendi dictaque purgatione sic facta ac per vos recepta et admissa ipsam dominam Elizabeth
criminum excessuum et delictorum huiusmodi ac infamie eorundem innocentem fore denunciandi et declarandi ac
fame sue pristine restituendi ipsamque ab officio vestro quoad crimina excessus et delicta huiusmodi ac famam eo-
rundem absolvendi et dimittendi ac literas testimoniales sibi in ea parte vice et auctoritate nostris faciendi et
sigillandi, Quoscumque etiam testes si se odio vel timoris gratia, aut alia quacumque de causa subtraxe-
rint, eos ad perhibendum veritati testimonium per censuras ecclesiasticas compellendi Atque in eodem correctionis et
reformationis negotio cum suis incidentibus emergentibus dependentibus annexis et connexis quibuscumque usque ad finalem
expeditionem eiusdem inclusive procedendi et recognoscendi Ceteraque omnia et singula alia faciendi exercendi
et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Tibi vices nostras
committimus cum cuiuslibet cohertionis canonice potestate, Assumpto tibi quocumque notario indifferenti in registrarium
et actorum tuorum scribam in hac parte, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus
Dat in manerio nostro de Lambehith xx° die mensis Februarij Anno domini iuxta computacionem ecclesie
Anglicane millesimo Quingentesimo Et nostre consecrationis Anno Secundo

Petriburgen.

Commissio ad visitandum ecclesiam cathedralem ac civitatem et dioc Petriburgen /

Decimo nono die mensis decembris Anno domini 1560 emanavit Commissio magistro Thome
Yale legum doctori Edwardo Leedes in legibus licentiato et coniunctim et divisim ad
visitandum iure metropolitico Reverendissimi ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc Petriburgen &c.
Assumpto magistro Johanne Incent notario publico Registrario primario domini Reverendissimi vel Johanne Mounslowe in
Registrarium &c.

Primo die mensis Februarij Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane
millesimo Quingentesimo Sexagesimo in edibus [illegible] et [illegible] domini magistri Thome Yale legum doctoris
vicarij in spiritualibus generalis Reverendissimi domini Matthei Cantuarien Archiepiscopi in vico vulgariter
nuncupato pater noster Rowe infra parochiam sancte fidis virginis Civitatis London notorie sitis et situatis
ac coram eodem magistro Thoma Yale in presentia mei Edwardi Orwell notarij publici in actorum scribam
propter absentiam magistri Johannis Incent Registrarij primarij domini Reverendissimi pro assumpti

Quibus die et loco comparuit personaliter Nicholaus Archbold Clericus Rector de Harleston
Petriburgen dioc quem dominus monuit quod faciat personalem et continuam suam residentiam in eadem
ecclesia de Harleston iuxta iuris exigentiam citra primum diem mensis Aprilis extunc proxime sequentem

[illegible]

Commissio ad reformandum detecta & infra dioc Petriburgen

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et metropo-
litanus dilectis nobis in Christo magistris Willelmo Bynsley in legibus Bacc Anthonio Burton clerico et
Salutem gratiam et benedictionem De vestris sana doctrina conscientiarum puritate et
circumspectionis industria plurimum fisi, Ad operandum, distituendum corrigendum reformandum castigandum, et
etiam puniendum quecumque crimina, excessus Culpas et delicta quecumque quorumcumque tam clericorum quam
Laicorum Civitatis et dioc Petriburgen nuper in visitatione nostra metropolitica infra easdem Civitatem
et dioc vice et auctoritate nostris exercita, compertum detecta et denunciata Quorum correctio punitio et castigatio
ad forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine pertinere dinoscitur Ac poenas salutares condignas, et
condignas pro huiusmodi excessibus, Criminibus et delictis eis et eorum cuilibet pro modo culpe etiam iniungendi
et penas faciendi et mandandi necnon in pietatis opera pro vestris sanis conscientiis (quas coram altissimo
oneramus) mutandi et sine scandalo et offendiculo cuius vel hominum commutandi Quoscumque clericos
a quibuscumque ecclesijs et beneficijs suis ecclesiasticis absentes et in eisdem non residentes iuxta iuris et Statu-
torum huius inclyti Regni Anglie exigentiam privandi, amovendi et destituendi, Quoscumque insuper fructus
redditus et proventus quorumcumque Beneficiorum ecclesiasticorum infra Civitatem et dioc Petriburgen
in casibus a iure Consuetudine et Statutis huius Regni Anglie permissis et approbatis sequestrandi
seu sequestrari faciendi Sequestrataque huiusmodi custodiendi seu faciendi per alios custodiri, Ac huiusmodi sequestra-
sic per vos aut vestrum aliquem interponendi, revocandi et relaxandi quoties et quando id vobis seu vestrum
alicui melius videbitur expedire Ceteraque omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in pre-
missis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna vobis coniunctim et cuilibet vestrum per se divisim
vices nostras committimus cum cuiuslibet cohertionis canonice potestate, Assumpto vobis coniunctim et vestrum cuilibet per
se divisim dilecto nobis in Christo magistro Johanne Incent Registrario nostro principali vel Johanne Mounslowe no-
volentes et mandantes quatenus de omni eo quod per
tario publico vestro in hac parte deputato in Registrarium et actorum vestrorum Scribam in hac parte vigore
Commissionis nostre huiusmodi actum gestum sive expeditum fuerit nos aut vicarium nostrum in spiritualibus gene-
ralem sive officialem principalem per literas vestras patentes sub forma autentica conceptas dicta et
processus vestros complectentes certiores faciatis prout convenit, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum
presentibus apponi fecimus Dat in manerio nostro de Lambehith primo die mensis Februarij Anno domini
iuxta computacionem ecclesie Anglicane 1560 et nostre consecrationis Anno Secundo

317

Vicesimo septimo die mensis Februarii Anno domini 1560 in edibus magistri Thome Yale legum doctoris vicarii in spiritualibus generalis Reverendissimi domini Archiepiscopi Cantuariensis ac dicti Commissarii eiusdem Reverendissimi patris ad visitandum ecclesiam cathedralem ac Civitatem et diocesim Petriburgensem sufficienter deputati in presentia mei Johannis Incent notarii publici Registrarii principalis dicti Reverendissimi patris etc.

Quibus die et loco comparuit personaliter magister Johannes Lewes et exhibuit procuratorium pro Willelmo Bradshawe rectore de Flectonee Petriburgensis diocesis et fecit se partem pro eodem et petiit absolutionem pro eodem domino suo a sententia excommunicationis alias contra dominum suum in visitatione metropolitica dicti Reverendissimi patris etc. lata. Quam quidem Willelmum Bradshawe dominus absolvit a dicta sententia excommunicationis in persona prefati magistri Johannis Lewes procuratoris sui et restituit etc. Et monuit dictum magistrum Lewes ad exhibendum literas Pluralitatis prefati Willelmi Bradshawe (si que sibi competunt) in loco Consistorii domini Pauli London secundo die Quindene Pasche proxime futuri in hora Audientie Cantuariensis

Primo die Martii Anno domini 1560 dominus admisit Johannem Crosse clericum Artium magistrum ad Vicariam sive Vicariam perpetuam de Wylton Petriburgensis diocesis per liberam et spontaneam resignationem domini Antonii Acreton ultimi Vicarii et Incumbentis eiusdem vacantem Ad Quam per Mauritium Tyrcham de Parva Ardbury in Comitatu Northampton Armigerum eiusdem Vicarie sive Vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum dicto Reverendissimo patri presentatus extitit tempore vacationis eiusdem ac in et de eadem in persona Edwardi Orwell notarii publici procuratoris sui etc. instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Ac recepit ab eodem Edwardo Orwell nomine procuratorio dicti Johannis Crosse Iuramento de canonica obedientia etc. Ac Iuramento expresso in statuto Parliamenti etc. Et inducendo per dominum etc. Scriptum fuit domino Archidiacono etc. vel eius officiali ad inducendum etc.

> Institutio vicarie de Wylton Petriburgensis diocesis

Tercio die Martii Anno domini 1560 in edibus magistri Thome Yale legum doctoris Commissarii antedicti infra Civitatem London etc. ac coram eo etc. in presentia mei Johannis Incent notarii publici Registrarii etc.

Quibus die et loco comparuit personaliter Georgius Butman Rector ecclesie parochialis de Barnewell Petriburgensis diocesis et petiit beneficium absolutionis sibi impendi a sententia excommunicationis etc. Quem dominus absolvit etc. et eundem restituit etc. Deinde dictus Georgius interrogatus per dominum quot beneficia modo habet fatetur se habere ecclesiam de Barnewell ac ecclesiam parochialem de Stodington[?] Lincolniensis diocesis et exhibuit literas Pluralitatis ad duo beneficia incompatibilia retinenda Et tunc dominus iniunxit eidem Georgio quod imposterum duo cuiusque Anni tempore in uno et alio in altero Beneficiorum suorum resideat et personalem faciat inibi residentiam sub pena iuris

Tricesimo die Maii Anno domini 1561 emanavit commissio Reverendo patri domino Willelmo Exon Episcopo ad visitandum ecclesiam cathedralem ac civitatem et diocesim Exon iure metropolitico Reverendissimi domini Matthei Cantuariensis Archiepiscopi etc. Assumpto magistro Johanne Incent notario publico Registrario primario dicti Reverendissimi patris vel alio eius in hac parte deputato

> Exon
> Commissio facta Reverendo patri domino Willelmo Exon Episcopo ad visitandum ecclesiam cathedralem ac Civitatem et diocesim Exon

Vicesimo secundo die mensis Iulii Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo dominus admisit Edwardum Borker[?] Scholarem Cantabrigie studentem ad Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Morchard Exon diocesis per mortem naturalem Humfridi Stanley ultimi Rectoris et incumbentis in eadem vacantem Ad Quam per Henricum Borker civem et Haberdasher Civitatis London eiusdem ecclesie verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum dicto Reverendissimo patri presentatus extitit tempore vacationis eiusdem ac in et de eadem in persona Edwardi Orwell notarii publici procuratoris sui etc. instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Ac recepit ab eodem Edwardo Orwell nomine procuratorio dicti Edwardi Borker Iuramentum de canonica obedientia etc. et Iuramentum expressum in statuto Parliamenti etc. et acceptata per eum una summarum etc. Scriptum fuit domino Archidiacono et singulis ad inducendum etc.

> Institutio ecclesie de Morchard Exon diocesis

Quinto die Augusti Anno domini 1561 dominus admisit magistrum Georgium Carewe clericum decanum capelle domini Regine ad Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Shylmerton[?] Exon diocesis per mortem naturalem magistri Walteri Wrighte legum doctoris ultimi incumbentis ibidem vacantem Ad Quam per providum virum Johannem Wadham de Meryfeld in Comitatu Somerset Armigerum eiusdem ecclesie verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum dicto presentatus extitit tempore vacationis eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Ac recepto ab eodem Georgio Carewe Iuramento expresso in statuto parliamenti etc. et de canonica obedientia etc. et acceptata per eum una etc. Scriptum fuit domino Archidiacono et singulis Rectoribus etc. ad inducendum etc.

> Shylmerton[?] ecclesie Institutio

Septimo die Augusti Anno domini predicto dominus admisit Johannem Bellamy clericum ad Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Bratton Exon diocesis per [illegible] vacantem Ad Quam per Willelmum [illegible] Armigerum eiusdem ecclesie verum et indubitatum (ut dicebatur) patronum domino presentatus extitit tempore vacationis eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Ac etc.

> Bratton Rectorie Institutio

Recepto ab eodem Iohanne Bollene iuramento de canonica obedientia &c ac de iuramento expresso in statuto parliamenti Anglie &c et acceptata per eum cura animarum &c. Scriptum fuit Commissario et singulis &c pro eius inductione.

Charlton Rectorie institutio

Vicesimo nono die mensis Decembris Anno domini 1561 dominus admisit Iohannem Pyndar clericum Artium magistrum ad Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Charleton Oxon dioc per mortem naturalem ultimi et immediati Incumbentis ibidem vacantem, Ad quam per venerabilem virum magistrum Richardum Smithe legum doctorem eiusdem ecclesie ratione cuiusdam assignationis advocationis Iurispatronatus eiusdem ecclesie sibi per honorandum virum dominum Anthonium Browne preclari ordinis Garterii militem vicecomitem Montacute unum executorum testamenti et ultime voluntatis domini Stephani Gardener nuper Winton Episcopi defuncti eiusdem ecclesie patroni ratione predicte advocationis eidem domino Stephano vel executoribus per nuper dominum Henricum Courtney militem Marchionem Exon Comitem Devon dominum de Okehampton et Plimton facte et concesse verum et indubitatum hac vice (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Ac Recepto ab eodem Iohanne Pyndar iuramento de canonica obedientia &c et prestito per eum iuramento expresso in statuto parliamenti &c et acceptata per eum cura animarum &c Scriptum fuit Commissario et singulis &c pro eius inductione.

Oxon

Commissio facta magistris Thome yale et Waltero wright legum doctoribus ad visitandum ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc Oxon

Vicesimo quarto die mensis Aprilis Anno domini 1561 emanavit commissio magistris Thome yale legum doctori vicario in spiritualibus generali Reverendissimi &c et officiali principali ac Waltero wrighte legum doctori Archidiacono Oxon coniunctim et divisim ad visitandum tam in capite quam in membris ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc Oxon ac quascumque peculiares et exemptas iurisdictiones infra dictam dioc Oxon constitutas iure metropolitico Reverendissimi &c. Assumpto Iohanne Incent notario publico Registrario principali antedicti Reverendissimi patris aut Arthuro Pitte eius deputato &c.

Wigorn

Commissio facta Episcopo Wigorn ad visitandum ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc Wigorn

Decimo octavo die Februarij Anno domini 1561 emanavit Commissio Reverendo in christo patri et domino domino Edwino Wigorn Episcopo ad visitandum iure metropolitico Reverendissimi ecclesiam cathedralem ac Civitatem et dioc Wigorn &c. Assumpto magistro Iohanne Incent notario publico Registrario principali antedicti Reverendissimi patris vel Willelmo Warmyster eius deputato in Registrarium &c.

Hereforden

Commissio facta domino Edwino Wigorn et Iohanni Hereforden episcopis ad visitandum ecclesiam cathedralem Hereforden

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus venerabilibus confratribus nostris dominis Edwino Wigorn et Iohanni Hereforden respective episcopis Salutem et fraternam in domino charitatem. Cum ea regiminis nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando nostri officij debitum quantum cum deo possimus implere intendamus, hinc est quod nos ecclesiam cathedralem Hereforden nostre Cantuarien provincie tam in capite quam in membris personasque quascumque Beneficia Officia dignitates promotiones et administrationes in eadem ecclesia cathedrali Hereforden obtinentes et possidentes iure nostro metropolitico proxime (annuente domino) visitare, et defectus ibidem repertos correctione et reformatione iudicaria indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus. Verum quoniam nos impeditum quibusdam arduis et urgentibus negotiis ita sumus impliciti et occupati quod ad dictum nostrum propositum in persona nostra propria exequi vacare (prout de verisimili timemus) in futurum non possumus neque valeamus (ut volumus) sed iuste impedimento non removendo, Vobis de quorum conscientiarum puritate circumspectionis industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate in hijs et aliis vobis creditis negotiis plurimum confidimus hanc provinciam duximus committendam, Ad visitandum igitur vice et auctoritate nostris iure nostro metropolitico tam in capite quam in membris ecclesiam cathedralem Hereforden predictam de Statu eiusdem ecclesie cathedralis necnon vita moribus et conversatione ac etiam Qualitatibus quarumcumque personarum Beneficia dignitates, promotiones, administrationes vel officia in eadem ecclesia cathedrali obtinentium modis omnibus quibus id melius et efficatius poteritis inquirendum et investigandum, Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam clericos quam laicos condignis penis etiam usque ad beneficiorum dignitatum promotionum administrationum et officiorum suorum privationem inclusive, (si facti exigentia ita exegerit) fructuumque redditum et proventuum, Beneficiorum dignitatum et officiorum quibus prefuit sequestrationem vel quamcumque aliam congruam et competentem coertionem inclusive puniendum et corrigendum. Atque ad probationes admittendas modis omnibus quibus id melius et efficatius poteritis et dimittendum Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quovis modo oportuna Vobis tantum coniunctim et divisim vices nostras committimus et plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem. Assumpto vobis dilecto nobis in christo magistro Iohanne Incent notario publico Registrario nostro principali vel Edwardo Langford notario publico eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum nostrorum scribam in hac parte durante visitatione nostra huiusmodi Rogantes insuper quatinus dicta visitatione nostra finita de omni eo quod per vos in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit vos aut officialem nostrum principalem per vestras literas patentes sub forma autentica contextas certiorare curetis modo. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat xiiij° die mensis Iulij Anno domini 1561 et nostre Consecrationis Anno Secundo

Commissio facta domino Iohanni Hereforden Episcopo ad visitandum Civitatem et dioc Hereforden

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus venerabili confratri nostro domino Iohanni eadem permissione divina Hereforden Episcopo Salutem et fraternam in domino charitatem. Cum cura regiminis nos impellit, ut vitia extirpando et virtutes plantando in officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Hinc est quod nos Civitatem et dioc' vras Herforden' nre Cantuarien' provincie tam in capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen' sive residen' Jure nro metropolitico proxime (annuente domino) visitare, et defectus ibi repertos correctione et reformatione necessaria indigen' corrigere et in statum suum debitum prout decet restituere proponimus et intendimus verum quoniam nos impeditivum quibusdam arduis et urgentibus negociis ita sumus implicati et remorati prout de verisimili timemus in futurum Quod circa memoratum propositum in persona nra propria exequi non possumus neque valemus (vel volumus) si iuste impedimentis non remoraremur, Fraternitati vre de cuius consciencie puritate circumspectionis industria et in rebus solicite gerendis dexteritate in hiis et aliis vobis creditis negociis plenarium confidimus hanc provinciam ducimus committend'. Ad visitand' igitur tam in capite quam in membris Civitatem et dioc' vras Herforden' predict' necnon quascumque alias collegiatas parochiales et prebendales ecclesias ac loca alia ecclesiastica in et per Civitatem et dioc' vras predict' ubilibet constitut' (Ecclesia vra cath' Herforden' dumtaxat excepta) Clerumque et populum in eisdem degen' sive residen', de statu ecclesiarum et locorum huiusmodi necnon vita moribus et conversatione ac etiam qualitatibus personarum in ecclesiis et locis huiusmodi degen' sive ministran' modis omnibus quibus id melius et efficacius de iure poteritis inquirend' et investigand'. Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam clericos quam laicos condignis penis etiam usque ad beneficiorum dignitatum sive officiorum suorum privationem (si facti severitas ita exposcerit) fructuumque redditum et proventuum ecclesiarum et locorum quibus presunt sequestrationem, vel quamcumque aliam congruam et competen' coercionem inclusive puniend' et corrigend'. Atque ad probatiores vivendi mores modis omnibus quibus id melius et efficacius poteritis reducend'. Testamenta etiam quorumcumque defunctorum infra Civitatem et dioc' vras predictas decedentium proband', approband' et insinuand'. Administrationesque bonorum eorundem defunctorum executoribus in eisdem testamentis nominatis committend'. Administrationes insuper ac Sequestratores bonorum ab intestato sive per viam intestati etiam deceden' in debita iuris forma deputand' concedend' et committend'. Compota quoque tam executorum quam Administratorum et Sequestratorum quorumcumque recipiend' et admittend'. Ac insuper eosdem executores Administratores et Sequestratores omnes et singulos acquietand' relaxand' et finaliter dimittend'. Causasque instanciarum quascumque expediend' et finaliter terminand'. Contumaces autem et rebelles cuiuscumque condicionis sive status fuerint (si quos inveneritis) per censuras ecclesiasticas compescend'. Ecclesias etiam et alia loca dimissa vacare, et pro vacan' habend' fore decernend' et declarand'. Pensionesque annuas congruas et competen' ceden' vel resignantibus quibuscumque assignand' et limitand'. Necnon quoscumque presentatos ad quecumque Beneficia ecclesiastica infra Civitatem et dioc' vras predict' constitut' durante visitacione nra huiusmodi (si habiles et idonei reperti fuerint) ad eadem vice et auctoritate nris admittend' ac in et de eisdem instituend' et investiend' cum suis iuribus et pertinen' universis eosque in realem actualem et corporalem possessionem eorundem inducend' et induci faciend' et mandand'. Necnon clericorum et Beneficiatorum quorumcumque tam pro ordinibus quam Beneficiis per eos adeptis literas et munimenta quecumque exigend' et recipiend', easque et ea diligenter examinand' et discuciend'. Et quos non sufficienter munitos in ea parte compereritis ab officiis dimittend' et sic pro non munitis pronunciand' et declarand'. Emendasque et capitula tam generalia quam specialia cleri et populi huiusmodi pro execucione premissorum aut reformatione quacumque faciend' et concordand'. Procurationesque et Synodalia quecumque nobis ratione visitacionis nre metropolitice huiusmodi debita ad usum nrm petend' exigend' et levand'. Ac procurationes huiusmodi non solventes aut solvere recusantes per censuras ecclesiasticas compellend' cogend' et coercend'. Ac inhibend' predicta vice et auctoritate nris omnibus et singulis Archinis Cancellar' officialibus Commissariis registrariis Actorum Scribis ceterisque quibuscumque quocumque nomine aut cognomine censeantur vel reputentur, iurisdictionem aliquam spiritualem et ecclesiasticam in et per easdem Civitatem et dioc' vras Herforden' exercentibus ne ipsi aut eorum aliquis (pendente visitacione nra metropolitica huiusmodi) iurisdictionem aliquam spiritualem vel ecclesiasticam alicubi infra Civitatem et dioc' predict' quoquo modo exerceant aut quicquam aliud in preiudicium sive derogacionem visitacionis nre metropolitice huiusmodi quovis attemptent presumant seu eorum aliquis presumat faciantve aut faciat sub pena contemptus. Ac usurpata et attemptata in contrarium per alia iuris remedia revocand' et reformand'. Contra usurpatores attemptatores et transgressores huiusmodi procedend' ac eos per quascumque censuras ecclesiasticas canonice puniend' et compescend'. Alium insuper seu alios in premissis et eorum quolibet loco vro substituend' ac eis sive eis vices vras circa premissa committend'. Et generaliter omnia et singula alia faciend' exercend' et expediend' que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Fraternitati vre vices nras committimus et plenam tenore presentium concedimus potestatem. Assumpto vobis dilecto nobis in Christo magistro Johanne Kirkeby notario publico vel alio in hac parte deputato in Registrarium et Actorum vrorum Scribam durante hac nra visitacione. Rogando mandamus Quod cum visitacio nra finita de omni eo quod per vos aut substitutos vros in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit nos aut officialem nrm principalem per literas vras patentes sive formam autenticam continentes certiores facere velitis. In cuius rei testimonium sigillum nrm presentibus apponi fecimus. Dat' xvij° die mensis Iulij Anno 1461 et nre transl' Anno Secundo

Commissio ad visitandum Collegium de Merton in Oxonia

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus **dilectis** nobis in Christo magistris Thome Yale legum doctori vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, Johanni Warner in medicina doctori et Johanni Kennall legum doctori salutem gratiam et benedictionem. **Pastoralis** cure sollicitudo circa gregem sibi commissum ita requirit vigilantem, ut [illegible] operam in convertendis sibi negotiis assidue impendat, ut virtutem et mores sue cure commissorum notos semper habeat et perspectos, ut ut bona piorum locorum que ad certum usum largitione fidelium sunt pie et religiose destinata ad illum debeant, et non alium absque sufficienti causa converti. **Dudum** siquidem magnis et urgentibus de causis decrevimus collegium nostrum de Merton in Oxon nostrorum patronatus et jurisdictionis immediate ad dei optimi maximi gloriam et honorem pacificationem discordiarum inibi dudum natarum ac etiam in eodem degentium salutem dictique collegii statum reformationem utilitatem et commodum die martis viz xxvj° die xxvjtis mensis maij in aula sive capella infra dictum collegium cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium ordinaliter visitare decrevimus et proposuimus. Verum quia nos tot tantisque et tam arduis ac urgentibus negotiis impediti ita summe impliciti et remorati quod de verisimili termino instituto pro visitatione collegii nostri predicti eodem xxvj° die xxvjtis mensis maij negotiorum in persona nostra propria operam non intendendo et exercendo interesse et idem visitationis negotium [illegible] valeamus, de vestra igitur fama doctrina conscientiarum sinceritate et circumspectionis industria ac in rebus feliciter gerendis dexteritate in hiis et aliis plurimum confidentes, **Ad** visitandum igitur hujusmodi collegium nostrum de Merton tam in capite quam in membris juxta tenorem Statutorum ordinationum et fundatoris dicti collegii nostri secundum tenorem eodem xxvj° die xxvjtis mensis maij cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si opus fuerit) necnon ad inquirendum investigandum et indagandum super omnibus et singulis articulis capitulis dictis ordinationibus et statutis supradicti collegii, etiam sub omnium et singulorum infra dictum collegium nostrum degentium et commorantium juramentis coram vobis vel duobus vestrum de dicenda plenam et meram veritatem de et super per vos seu vestrum edendis interrogatoriis, quam noverint prestanda a vobis aut vestrum aliquo eis et eorum cuilibet edendis et ministrandis juxta et secundum vim formam et ordinationes et Statuta supradicti nostri collegii, Necnon super omnibus et singulis bonam famam, statum commodum et honorem dicti collegii nostri concernentibus diligentissime inquirendum et investigandum, Excessusque negligentias, crimina et delicta quorumcumque dicti collegii nostri qualitercumque commissa juxta tenorem formam et effectum juris seu ordinationum fundationis et Statutorum eiusdem collegii nostri debite corrigendum puniendum et reformandum, Attemptataque contra tenorem in hac parte jurisdictionem aut inhibitionem aliquam a nobis ante hac emanata vel dicta Statuta et ordinationes collegii predicti debite corrigendum, reformandum cassandum et irritandum, Ac insuper custodem vel quoscumque socios et scholares, ac ministros delinquentes et super criminibus et delictis per vos investigandum, quem aut quos culpabilem seu culpabiles detectos inventos et repertos ab administrationibus et officiis etiam a dicto collegio et Sodalitatibus suis in eodem, (vel Statutis, ordinationibus, et fundatione supradicti collegii nostri, aut culpis suis id exigentibus) penitus amovendum et hujusmodi suis officiis ad omnem effectum privandum et deprivandum, ceteraque commissa comperta, et detecta pro vestro sano arbitratu, viis et modis quibus melius vobis videbitur puniendum castigandum et reformandum, Necnon Injunctiones quascumque Custodi [illegible] Sociis Scholaribus et ceteris ministris collegii predicti et eidem collegio salubres et utiles vice et nomine nostris tunc eodem tradendum et sub penis per vos infligendis firmiter observari mandandum et faciendum, Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras, et plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem, vosque Commissarios nostros in et circa premissa omnia et singula per vos seu vestrum aliquem expedienda gerenda et ordinanda etiam cum [illegible] quacumque censura ecclesiastica [illegible] coniunctim et divisim ordinamus deputamus et constituimus per presentes. **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith xxij° die mensis maij Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo Septimo et nostre consecrationis Anno Octavo.

Citatio ad subeundam visitationem

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et metropolitanus dilectis nobis in Christo Custodi Sociis et reliquis Sociis ac ceteris scholaribus Officiariis et ministris Collegii nostri de Merton in Oxon nostrorum patronatus fundationis et jurisdictionis immediate Salutem gratiam et benedictionem. Pastoris solicita providentia cure sibi credite sic debet operam impendere ut vitam et mores sue cure commissorum notos et perspectos habere valeat Atque solerti studio prospicere ut bona piorum locorum que ad certum destinatumque usum largitione piorum et fidelium hominum fuerunt destinata, ad illum et non alium debeant absque urgente necessitate converti vel mutari. Quocirca nos dictum nostrum Collegium tam in capite quam in membris ad omnipotentis dei honorem et nostrum degentium in eodem salutem dictique Collegii utilitatem pro predicto visitare decrevimus quecumque inibi reperiendo correctione et reformatione digna deo duce reformare, ipsumque Collegium nostrum in statum debitum reducere magnopere cupientes vos omnes et singulos dicti Collegii nostri Socios scholares et ministros tenore presentium peremptorie citamus et citari volumus, Quatenus compareatis et quilibet vestrum per se divisim compareat coram nobis aut nostro vicario in spiritualibus generali Officiali principali seu Commissario speciali vestro vel pluribus quorumque vel quibuscumque in aula sive capella infra dictum collegium situata die martis viz xxvjto die presentis mensis Maij inter horas octavam et decimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum et horarum tunc sequentium prout conveniet visitacionem nostram debitum effectum humiliter subituri solemniterque facturi et recepturi visuri et audituri quod iustum fuerit in hac parte ac dicte visitacionis nostre natura et qualitas de se exigunt et requirunt/ Inhibentes tenore presentium vobis custodi et socijs ac ceteris ministris omnibus et singulis Collegij nostri predicti Ne vos aut vestrum aliquis quicquam in huiusmodi nostre visitacionis preiudicium attemptetis vel attemptet vestrum aliquis similiter ac faciant quovis quesito colore vel ingenio sub pena contemptus/ De die vero recepcionis presentium et execucionis vestre earundem Nobis et quid in premissis feceritis vos aut vestrum aliquis in spiritualibus generalem officialem principalem sive Commissarium huiusmodi dictis die hora et loco per literas vestras patentes harum seriem ac nomina citatorum nominibus et cognominibus in se continentes sigillo vestro communi munitas certificetis fideliter prout decet/ In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nostro de Lambehith decimo sexto die mensis Maij Anno domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo secundo Et nostre consecrationis Anno Tertio

Certificatorium super execucione dicte citacionis

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Matheo permissione divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie primati et metropolitano Collegij de Merton Oxon patrono eiusque vicario in spiritualibus generali Officiali principali sive Commissario in hac parte/ **Johannes** Brooke Artium magister senior socius domus sive Collegij de Merton predicti et eiusdem collegij socij omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri et patrono debitas et condignas cum honore/ Mandatum vestrum Reverendum presentibus annexum die vero viz decimo septimo die instantis mensis Maij recepimus cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos dicti collegij socios scholares et ministros quorum nomina et cognomina in schedula etiam presentibus annexa continentur et specificantur tam in universitate Oxon presentes die Lune viz decimo octavo die eiusdem mensis Maij ad effectum in eodem mandato expressum specialiter commorantes in magna aula dicti collegij quam absentes per affixionem mandati vestri huiusmodi super latam portam collegij predicti eodem die Lune et ibidem aliquandiu dimissum peremptorie citavimus et monuimus ut compareant et eorum quilibet compareat coram vobis prenominato vicario in spiritualibus generali sive Commissario in hac parte die et loco in eodem mandato expressis visitacionem vestram Reverendissimam humiliter subituri veluti facturi et recepturi visuri et audituri quod iustum fuerit in ea parte ac dicte visitacionis vestre natura et qualitas de se exigunt et requirunt Et sic mandatum vestrum Reverendum diligenter sumus executi/ **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus **Dat** quoad sigillacionem vicesimo quarto die mensis Maij Anno domini 1562 Et Regni Illustrissime domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc Anno quarto

Socij collegij de Merton

Mr Johes Wolley [illegible] abest
Mr Johes Brooke
Mr Willmus Hall
Mr Rogerus Gyfford
Mr Jacobus Leche
Mr Johes Potte
Mr Atwood
Mr Thomas Benyon
Mr Henricus Tarleton
Mr Johes Hemmyngs
Dns Thomas Wanton
Dns Johes Hancocke
Dns Ambrosius Appolbe
Dns Thomas Tesbye
Dns Franciscus Butler

Scholares sive portioniste

Stephanus Dickel
Thomas Tayler
Richardus Gibbins
Johes Tatam
Johes Coggs
Georgius Smoll
Richardus Gordon
Anthonius Morbeth
Christopherus Thorne
Leonardus Heale
Carolus Blythbroke
Paulus Key
Hugo Moris
Robertus Dabbe

Capellani

Robertus Blowerwood
Richardus Kele
Willmus Tovell

famuli

Hugo Daniel
Johes Dryton
Edwardus Blacknoll ostiarius
Willmus [illegible] coquus
Robertus Fletcher
Richardus Myshewe
Thomas Gibson Cocus
Thomas Stoc subcocus

Visitatio Collegij de Merton

Visitacio collegij de Merton in Oxonia inchoata et

exercita in curia sive capella infra dictum Collegium per venerabiles viros magistros Thomam Yale legum doctorem Johannem Warner in medicinis doctorem et Johannem Kennall legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Mathei permissione divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani eiusdem collegij patroni et Ordinarij Commissarios in hac parte sufficienter et legitime deputatos et constitutos die martis viz [illegible] die mensis Maij Anno domini millesimo quingentesimo Sexagesimo secundo Et regni Illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei defensoris etc Anno Quarto in presentia mei Johannis Incent notarij publici domini Reverendissimi patris Registrarij primarij.

Quibus die et loco facta eloquenti concione per magistrum Nicholaum Robinson in eadem curia in sermone latino accepto pro themate Capite nobis vulpeculas Canticorum ca. 2o etc finita, Porrecte fuerunt per me notarium publicum ac Registrarium antedictum ex parte dicti Reverendissimi patris eisdem Commissarijs iudicialiter sedentibus ac commissionales eiusdem Reverendissimi patris Sigillo suo sigillat. Quibus per [illegible] Registrarium et eorum mandato publice perlectis dicti commissarii ob honorem et reverentiam eiusdem Reverendissimi patris acceptaverunt et assumpserunt in se onus executionis dictarum literarum commissionalium et decreverunt procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem

Deinde comparuit personaliter Johannes Brooke senior socius collegii predicti et exhibuit ac produxit eisdem Commissariis originales [illegible] literas alias a dicto Reverendissimo patre in hac parte emanatas unacum certificatorio eisdem annexo super [illegible] citationis [illegible] omnium et singulorum dicti Collegii Sociorum Scholarium [illegible] et [illegible] ac [illegible] eorum et singulorum sive portionistarum officiariorum et ministrorum ad hos diem et locum (ut asseruit) citatorum quod sigillo communi eiusdem collegii sigillat.

Et tunc comparuit personaliter Henricus Atwood dicti Collegii (ut asseruit) Socius et allegavit se nuper sub spe Revocationis Beneficii [illegible] a dicto collegio [illegible] ac sub certis aliis conditionibus resignasse et dimisisse Societatem suam in collegio predicto. Quod quidem Beneficium (ut asseruit) non est assecutus nec etiam conditiones predicte in aliquo sunt complete. Ideo resignatio sua huiusmodi hactenus non acceptata nec admissa fuit aut est. Unde (re adhuc existente integra) resignationem suam predictam [illegible] revocavit palam et publice protestans se velle [illegible] secundum [illegible] et eorum ut in statu suo pristino [illegible] et [illegible] Societatem suam in eodem collegio [illegible] cum omnibus et singulis iuribus commoditatibus et Emolumentis ad eandem quomodo[illegible] [illegible] revocationem instanter petiit admitti. Quibus sic gestis modo [illegible] Quam revocationem [illegible] singulorum dicti collegii Sociorum et aliorum ad hos [illegible] citatorum, comparuerunt personaliter inter alios Johannes Broke Willelmus Hall Jacobus Leche Johannes Pole Henricus Atwood Thomas Bynnyon Henricus Jackson Johannes Hemmynge Thomas Wenton [illegible] Thomas [illegible] et Franciscus Butler Socii [illegible] Johannes Hancocke Ambrosius Appelbie Thomas [illegible] Georgius [illegible] Anthonius Morgan [illegible] Thomas Carlo Johannes [illegible] Hugo Morris et Robertus Dabbe Scholares sive Christoferus Thorp Carolus Arnolde Hugo [illegible] Robertus [illegible] et [illegible] portioniste, Vernon Edwardus Blenkensop Willelmus Smith Capellani Collegii, et Willelmus [illegible] Mosgrove famuli sive Officiarii ac [illegible] Kirke [illegible]. Quos dicti domini Commissarii iuramento oneraverunt ad sancta dei Evangelia de dicendo et deponendo omnem veritatem quam noverint super quibusdam interrogatoriis [illegible] et [illegible] omnes et singulos [illegible] fuerint interrogati et [illegible] super eisdem. Et etiam monuerunt eos omnes et singulos [illegible] aut eorum aliquis noverit seu noverint aliqua crimina delicta defectus aut enormitates infra dictum Collegium reformatione et correctione digna [illegible] respective et separatim in scriptis redigant et [illegible] quilibet eorum in vim iuramenti huiusmodi [illegible] in hoc loco hora prima seu citra ante terciam post meridiem huius diei exhibeant. Quibus sic expeditis dicti domini Commissarii [illegible] citatos et non comparentes [illegible] omnes et singulos ad hos diem et locum (ut premittitur) citatos et non comparentes [illegible] arbitrio reservando. Et continuaverunt [illegible] continuationem huiusmodi [illegible] in statu quo nunc est [illegible] et in dictam horam primam post meridiem huius diei in loco [illegible] presentibus tunc et ibidem magistro Nicholao Robinson et Johanne Gibbons testibus &c.

Et tunc dictus Henricus Atwood ~~denuo instanter petiit Revocationem Resignationis [illegible] specialiter~~ [illegible] ~~ad cuius petitionem dicti Commissarii [illegible] Sociorum dicti collegii admiserunt~~ [illegible] ~~suo predicto [illegible] monentibus ac de expresso consensu~~ [illegible] Revocationem Resignationis sue predicte

Deinde eodem die hora prima post meridiem eiusdem diei in loco predicto in presentia mei Johannis [illegible] notarii publici ac registrarii antedicti [illegible] dicti domini commissarii procedentes ad [illegible] Sociorum et aliorum [illegible] super interrogatoriis [illegible]. Qua finita ac [illegible] dicti domini commissarii [illegible] omnia et [illegible] deletis a [illegible] et aliis [illegible] (ut asseruerunt) specialiter monentibus [illegible] Socios collegii [illegible] et [illegible] et eorum [illegible] (ut asseruerunt) singula decreta et [illegible], necnon attemptata quecunque per custodem et Socios [illegible] seu eorum [illegible] aut aliquos post et contra prohibitionem dicti Reverendissimi patris domini Archiepiscopi Cantuariensis [illegible] [illegible] facta [illegible], rescindenda, cassanda irritanda ac annullanda [illegible] Lambehith [illegible] et [illegible] omnia et singula [illegible] ad dominum [illegible] fore decreverunt et declaraverunt [illegible] rescinderunt cassaverunt irritaverunt et annullaverunt ac [illegible] [illegible] [illegible] et declaraverunt. Salvis tamen et reservatis illis quibus dictus Reverendissimus pater post et contra inhibitionem sive prohibitionem predictam [illegible] [illegible] et [illegible] et non aliter neque alio modo [illegible] declaratum [illegible]

Et tunc dictus Henricus Atwood denuo instanter petiit Revocationem Resignationis sue predicte [illegible]. Ad cuius petitionem dicti Commissarii [illegible] specialiter monentibus [illegible] Sociorum dicti collegii admiserunt Revocationem Resignationis sue predicte [illegible] Scriba [illegible] dictum Henricum Atwood [illegible] predicta [illegible] integram ac [illegible] cum omnibus et singulis iuribus commoditatibus et Emolumentis in eodem Collegio [illegible] ad eandem quoquo modo spectantibus [illegible], adeo plene, libere, et integre, ac in tam amplis modo et forma prout eadem Societate uti frui et gaudere potuisset sive debuisset si predicta sua Resignatio facta et interposita non fuisset

Deinde dicti domini commissarii continuarunt et prorogarunt huiusmodi visitationem in statu quo nunc est usque ad horam septimam ante meridiem crastini dicti diei viz xxvij^mi dicti presentis mensis Maii in Conclavi infra domum sive hospitium custodis dicti Collegii situatum Et monuerunt omnes et singulos quorum interest ad tunc interessendum

Quoquidem vicesimo septimo die mensis Maii Adveniente hora assignata in presentia mei notarii publici et Registrarii antedicti comparuit personaliter coram Commissariis prenominatis tunc ibidem iudicialiter sedentibus magister Johannes Manne Ac presentavit et exhibuit literas quasdam Collatorias Reverendissimi patris domini Mathei Archiepiscopi Cantuariensis de officio custodis Collegii de Merton predicti alias sibi factas Sigillo Archiepiscopali dicti Reverendissimi patris ut apparuit sigillatas Quibus per eosdem Commissarios visis perspectis et diligenter ponderatis idem Commissarii interrogarunt omnes et singulos dicti collegii socios tunc ibidem personaliter constitutos an vellent acceptare et admittere prefatum magistrum Manne in custodem et collegii predicti custodem et eidem parere et obedire ut eorum custodi in omnibus licitis et honestis mandatis iuxta literas eiusdem Reverendissimi patris Quibus sic interrogatis maior pars eorum viz Broke Lerge Atwood Bynnyon Hemmyng Newton Hanrocke Josephe et Butler tunc et ibidem expresse consenserunt in eundem magistrum Manne ut in eorum et dicti collegii custodem admitteretur Unde prefati Commissarii una cum prefato magistro Manne et omnibus sociis Collegii memorati contulerunt se ad communem Aulam que pro domo capitulari haberi consueverunt infra dictum Collegium situatam et ibidem in presentia mei dicti notarii expresse constituerunt quod Johannes Broke senior socius dicti collegii defferret Iuramentum dicto magistro Manne per Custodes eiusdem Collegii tempore introitus sui prestari solitum et aliud quodcumque Iuramentum in hac parte requisitum Quod quidem Johannes Brokes tunc ibidem detulit eidem magistro Manne Iuramentum corporale ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta tam de renunciando, refutando et recusando omnem et omnimodam potestatem auctoritatem iurisdictionem et superioritatem forinsecas, ac de recognoscendo supremam potestatem regiam tam in causis ecclesiasticis quam temporalibus iuxta formam statuti parliamenti in ea parte editi et provisi quam etiam de observando statuta ordinationes et laudabiles consuetudines dicti collegii quatenus eum ratione officii custodis dicti collegii concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum Quibus sic factis idem domini commissarii una cum custode et sociis predictis recesserunt ad conclave predictum infra domum eiusdem Custodis situatum ac ibidem in presentia mei dicti notarii publici iudicialiter sedentes monuerunt dictum custodem et socios quod infra viginti dies eligant novos socios ad annum probationis in dicto collegio ita ut de sociis in presenti existentibus et aliis de novo ad annum probationis eligendis sit plenus numerus viginti sociorum in eodem collegio

Et Ulterius dicti domini commissarii monuerunt et iniunxerunt prefatos Custodem et socios collegii memorati quod infra viginti dies extunc proxime sequentes conficiant verum et plenum inventarium bipartitum indentatum ac in pergameno distincte descriptum continens omnia et singula iocalia, supellectilia et reliqua mobilia bona eiusdem collegii infra dictum Collegium ubilibet existentia necnon nomina et cognomina omnium et singulorum firmariorum et occupatorum quorumcumque maneriorum terrarum tenementorum et rectoriarum redditionum et possessionum dicti Collegii verumque valorem annui redditus eorundem ac terminos dimissionum locationum et concessionum ad firmam ac Annuitatum de eisdem factarum et concessarum necnon omnium debitorum ac Chirographorum dicti collegii Quarum una pars dicti Inventarii subscribatur manibus propriis tam Custodis et sociorum quam aliorum in Anno probationis existentium Ac altera pars eiusdem communita sub Sigillo communi dicti Collegii Ac illud sic confectum ad dictum Reverendissimum patrem infra triginta dies tunc proxime sequentes transmitti faciant sub pena suspensionis ab eorum officiis et Societatibus in dicto collegio Et tunc idem domini Commissarii continuarunt huiusmodi visitationem in statu quo nunc est usque in horam secundam post meridiem eiusdem diei in hoc loco

Eodem xxvij^o die mensis maii hora prima assignata Anno domini 1562 in Conclavi infra domum Custodis Collegii de Merton predict situat coram prefato magistro Thoma Yale Johanne Warner et Johanne Kennall Commissariis antedictis in presentia mei Johannis Incent notarii publici Registrarii memorati

Quibus die et loco prefati domini Commissarii presentibus tunc et ibidem Custode et Sociis dicti Collegii predict ex certis causis iustis et legitimis eos in hac parte specialiter moventibus ac coram eis sufficienter confessatis vel probatis pro rei quiete dicti Collegii decreverunt pronunciarunt et declararunt Willelmum Hall socium dicti collegii tunc et ibidem personaliter presentem merito deprivandum et amovendum fore a Societate sua in eodem, ipsumque omnibus melioribus et efficatioribus via, modo et iuris forma quibus melius et efficatius de iure potuerunt et debuerunt ac ad omnes iuris effectus exinde sequi valentes a societate sua predicta ac omnibus et singulis iuribus commoditatibus et emolumentis iure et nomine huiusmodi societatis aut alterius officii in dicto collegio sibi quoque modo competentibus sive pertinentibus amoverunt et deprivarunt omnesque pro non socio eiusdem collegii, (inclusis et dominicis suis ei existentibus) imposterum haberi et reputari voluerunt et decreverunt Ac locum suum in dicto collegio ad omnem iuris effectum vacare esse declararunt

Acceptatio J. Manne in Custodem

Deprivatio W. Hall a Societate sua

Item eisdem die et loco et tempore predictis Custode et Sociis presentibus prefati dni Commissarii pena contumacie Rogeri Gefford dicti Collegii Socii als vestnatum declarando, ipsum Rogerum a perceptione omnium et quorumcumque proficuorum commoditatum et emolumentorum sibi in eodem collegio Ratione societatis sue huiusmodi aut alicuius officii seu prerogative in dicto collegio quoquo modo competen[tium] sive competituri suspenderunt Ipsumque Rogerum Gifford voce sua tam activa quam passiva in dicto collegio quoquo modo habenda penitus privarunt donec et quousque a dicto Reverendissimo dno Archiepo Cantuarien beneficium absolutionis in hac parte obtinuerit ac sese de et super nonnullis criminibus excessibus enormitatibus et delictis suis contra eum absentem coram prefatis commissariis in huiusmodi visitatione detectis et probatis sufficienter purgaverit Et insuper mandarunt Custodi et Sociis dicti Collegii quod ipsum Rogerum Gifford aliqua proficua emolumenta seu commoditates ratione societatis sue predicte, aut alicuius officii seu prerogative in eodem collegio sibi competen[tia] imposterum habere vel percipere, aut illum eis aliquo modo suffragari vel eisdem ullatenus permittant

Preterea dni Commissarii antedicti monuerunt Johannem Brokes socium collegii predicti quod imposterum non frequentet aliqua loca suspecta in oppido et presertim domum cuiusdam rande sub pena deprivationis a societate sua in dicto Collegio Et mandarunt Custodi et Sociis eiusdem Collegii ut non permittant eundem Johannem Broke imposterum exercere officium Bursarii in dicto collegio aut alicuius Receptoris redditum terrarum tenementorum seu aliquarum aliarum reventionum ad idem Collegium pertinen[tium], donec eo collegio predicto pro eum debit[o] plenarie persolverit

Et denique iidem dni commissarii reliquerunt reformationem omnium et singulorum excessuum et delictorum contra Poole Wynnyon Tarkeson et Appulbie socios dicti collegii coram eis in huiusmodi visitatione detect[orum] et probat[orum], ad prefatum Reverendissimum dnm Archiepum Cantuarien suo arbitrio corrigend[orum] et reformand[orum]

Postremo vero iidem dni commissarii continuarunt et prorogarunt huiusmodi visitationem in statu quo nunc est usque in crastinum diem viz xxviij diem presentis mensis Maii inter horas secundam et quintam post meridiem diei eiusdem in hoc loco

Quo quidem xxviij° die eiusdem mensis Maii Continuatione inter horas primas assignat[as] in loco predicto iidem dni Commissarii in mei dci notarii publici presentia iudicialiter sedentes. Quosdam articulos iniunxerunt Custodi et Sociis dci collegii inter alia prout sequitur / Reservando potestatem et auctoritatem prefato Reverendissimo dno Archiepo Cantuarien aut ipsis Commissariis seu eorum alteri dictas iniunctiones aut alias quascumque imposterum durante huiusmodi visitatione publicand[as] in ampliorem formam redigend[as] prout melius visum fuerit expedire viz

1 **Inprimis** ut aliquem alium Officiarium in locum Willm Hall deprivati assumant

2 **Item** ut sese corrigant in vestitu ad magis clericalem etc.

3 **Item** ut ne quis duo gerat officia in dicto collegio etc.

4 **Item** ut septimanatis conductus computentur per Bursarium hebdomadatim etc.

5 **Item** ut computus semel in quolibet Anno habeatur generalis computus etc.

6 **Item** ut terminus abstinendi a collegio diffinitum sit

7 **Item** ut tres tantum in medicinis studeant in dicto collegio et non plures etc.

8 **Item** ut Baccalaurei depositum declamandi morem reassumant etc.

9 **Item** ut Statuta et decreta dci Collegii de non recipiendis aut opponendis [illegible] per Bursarios stricte observentur

10 **Item** quod statuatur tempus claudendi portas singulis noctibus

Matthæus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Angliæ primas et metropolitanus / **dilectis** nobis in Christo magistris Thome Yale legum doctori vicario nostro in spiritualibus generali et Iohanni Kennall legum etiam doctori, ac curie nostre Cantuarien de Archubus London Officialibus quos etiam per presentes sic nominamus, deputamus, et constituimus, Salutem gratiam et Ben / **Pastoralis** nostre sollicitudo cura gregem sibi commissum ita tenetur vigilanter et sollertem operam in concreditis sibi negociis assidue impenderet, ut vitam et mores sue cure commissorum notos semper habeat / et perspectos / ut bona piorum locorum que ad certum usum largitione fidelium sunt pie et religiose destinata, ad illum debeant et non alium absque sufficienti causa converti / Quum sicut in maximis ac urgentibus de causis et certis collegium nostrum animarum omnium fidelium defunctorum in Oxon nostrum patronatus et fundationis et iurisdictionis immediate ad dei optimi maximi gloriam et honorem, ac animarum in eodem degentium salutem, dictique collegii status reformationem necessariam utilitatem et commodum die Lune [illegible] die presentis mensis Maii in capella sive capella infra dictum collegium, cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium actualiter visitare decrevimus et proposuimus / Verum quia nos tot, tantisque et tam arduis ac urgentibus negotiis impresentiarum ita sumus impliciti et remorati prout verisimiliter timemus inposterum, quod visitationem collegii nostri predicti eodem [illegible] die mensis Maii inchoande, et exercende interesse, et eidem visitationis negotio in persona nostra propria expedite non valeamus, de vestra igitur sana doctrina, conscientiarum sinceritate, et circumspectionis industria ac in rebus feliciter gerendis dexteritate in hiis et aliis plurimum in domino confidentes / **Ad** visitandum igitur huiusmodi collegium nostrum animarum omnium fidelium defunctorum tam in capite quam in membris iuxta vim, statutorum, ordinationum et fundationis dicti collegii nostri exigentiam dicto [illegible] die presentis mensis Maii cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum si oportebit / necnon ad inquirendum investigandum, et indagandum super omnibus et singulis articulis capitulis et decretis in ordinationibus et statutis supradicti collegii, etiam sub omnium et singulorum infra dictum collegium degentium et commorantium iuramentis coram vobis vel altero vestrum plenam et meram veritatem de et super per vos eis tradendis interrogatoriis quam continuit prestandis a vobis aut eorum altero eis et eorum cuilibet ministrandis, iuxta et secundum vim vel ordinationes et statuta dicti nostri collegii / Atque super omnibus et singulis bonum, famam, statum, commodum et honorem dicti collegii nostri concernentibus exactissime inquirendum et investigandum, excessusque negligentias, crimina et delicta quorumcumque dicti collegii nostri qualitercumque commissa iuxta eorundem formam et effectum vim et ordinationem fundationis, et statutorum eiusdem collegii nostri debite corrigendum puniendum, et reformandum, Attemptataque contra eorum in hac parte dispositionem vel contra Statuta et ordinationes collegii predicti debite corrigendum et reformandum / Ac insuper Custodem, vicecustodem vel quoscumque alios socios et scholares ac ministros delinquentes, et super criminibus et delictis per vos investigandis reum aut reos, ac incapabilem seu incapabiles detectos, inventos, et repertos ab administrationibus et officiis, etiam a dicto collegio et societatibus suis in eodem (iuxta vel statutis, ordinationibus, et fundatione supradicti nostri collegii aut aliquibus suis id exigentibus) penitus amovendum, et huiusmodi suis officiis ad omnes effectus privandum et expellendum / dictaque commissa comperta, et detecta pro vestro sano arbitratu viis et modis quibus melius vobis videbitur puniendum castigandum et reformandum Necnon iniunctiones quascumque custodi, vicecustodi, sociis scholaribus, et ceteris ministris collegii predicti, et eidem collegio salubres et utiles vice et nomine nostro edendum, tradendum et sub penis per vos infligendis firmiter observari mandandum et faciendum / Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, vobis coniunctim et divisim vices nostras committimus et plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem / Vosque commissarios nostros in et circa premissa omnia et singula per vos gerendum et exercendum etiam cum potestate quascumque censuras ecclesiasticas canonice fulminandi coniunctim (ut prefertur) et divisim ordinamus, deputamus et constituimus per presentes / **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus / Dat in manerio nostro de Lambeth [illegible] die mensis Maii Anno domini millesimo Quingentesimo sexagesimo secundo et nostre consecrationis Anno tertio

Citatio ad subeund visitationem

Matthæus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Angliæ primas et metropolitanus Dilectis nobis in Christo Custodi vicecustodi sociis et scholaribus ac ceteris ministris Collegii nostri animarum omnium fidelium defunctorum nostrarum fundationis patronatus et iurisdictionis immediate infra universitatem Oxonie situat Salutem gratiam et Ben **Pastoris** sollicita providentia cure sibi credite sic debet operam impendere ut vitam et mores sue cure commissorum notos et perspectos habere valeat / Atque solerti studio prospiciat ut bona piorum locorum que ad certum destinaturque usum largitione piorum et fidelium hominum fuerunt destinata, ad illum et non alium debeant absque urgente necessitate converti vel mutari / **Quocirca** nos dictum nostrum collegium tam in capite quam in membris ad dei omnipotentis honorem et animarum degentium in eodem salutem dictique collegii utilitatem propediem visitare defectusque quoscumque inibi comperiendos correctione et reformatione dignos (deo duce) reformare / Cumque Collegium nostrum in decentem statum redactum magnopere cupientes vos omnes et singulos dicti collegii nostri socios scholares et ministros tenore presentium peremptorie citamus et citari volumus, Quatenus compareant et quilibet eorum compareat coram nobis aut nostro vicario in spiritualibus generali Officiali principali sive Commissario speciali uno vel pluribus quorumque vel quibuscumque in aula sive capella infra dictum collegium situat. die Jovis xxj° presentis mensis Maij inter horas octavam et decimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium prout contigerit visitationem nostram debitum effectum humiliter subituri ulteriusque facturi et recepturi visis et auditis quod iustum fuerit in hac parte, ac dicte visitationis nostre natura et qualitas de se exigunt et requirunt. **Inhibentes** tenore presentium vobis custodi vicecustodi sociis et scolaribus ac ceteris ministris omnibus et singulis collegii nostri predicti ne vos aut eorum aliquis quicquam in huiusmodi nostre visitationis preiudicium attemptetis vel attemptet eorum aliquis faciatis vel faciant quovis quesito colore vel ingenio sub pena contemptus. Et de die vero receptionis presentium et executionis vestre earundem necnon et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem Officialem principalem sive Commissarium huiusmodi dictis die hora et loco per literas vestras patentes harum seriem continentes una cum nominibus et cognominibus in se continentes Sigillo vestro communi munitas certificetis sive certificet prout decet. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in manerio nostro de Lambehith decimo sexto die mensis Maij Anno domini millesimo Quingentesimo sexagesimo secundo Et nostre consecrationis Anno tertio.

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Mattheo permissione divina Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie primati et metropolitano Collegii animarum omnium fidelium defunctorum in universitate Oxon. pio fundatori vicario in spiritualibus generali Officiali principali sive Commissario in hac parte quibuscumque, **Johannes** Warner in medicinis doctor collegii animarum omnium fidelium defunctorum in universitate Oxon. predicti Custos omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri ac patrono debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum presentibus annexum die Sabbati viz decimo sexto die mensis Maij instantis recepi Cuius vigore pariter et auctoritate vicecustodem ac omnes et singulos socios scolares, et ministros dicti collegii quorum nomina et cognomina in schedula presentibus etiam annexa continentur tunc in universitate presentes die dominico viz decimo septimo die eiusdem mensis Maij ad effectum in eodem mandato vestro Reverendissimo expressum, in capella dicti collegii personaliter apprehensos, qui absentes erant affigendo dicti collegii specialiter commonitos eodem die dimisso et iam aliquandiu dimittendo per mandati vestri huiusmodi in ostio Aule dicti collegii peremptorie citavi et moneri ut compareant et eorum quilibet compareat coram vobis seu vestro vicario in spiritualibus generali Officiali principali sive commissario speciali uno vel pluribus quorumque vel quibuscumque in ea parte deputat. die hora, et loco, in eodem mandato expressis, visitationem vestram Reverendissimam humiliter subituri ulteriusque facturi recepturi visis et auditis quod iustum fuerit in ea parte, ac dicte visitationis vestre natura et qualitas de se exigunt et requirunt, et sic mandatum vestrum Reverendissimum diligenter sum executus. **In cuius** rei testimonium Sigillum officii mei Custodis presentibus apposui. **Dat.** quoad sigillacionem vicesimo quinto die mensis Maij Anno domini millesimo Quingentesimo sexagesimo secundo Et regni Illustrissime domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie ffrancie et hibernie regine fidei defensoris &c Anno quarto

Mr Johannes Warner Custos collegii animarum predicti

Socii

Antonius Bracher artium magister Vicecustos
Rogerus Conarde artium magister
Ricardus Grene Bac. iuris principalis edium de Brodegate
Johannes ffloyde Bac. iuris principalis edium de whitehall
Clementius Don Bac. iuris
Jacobus Saunders artium magister
Humfridus hall decanus, et prelector artium artium magister
Johannes Langford Bac. iuris bursarius
Jacobus watkins artium magister bursarius
Johannes weston prelector iuris civilis Bac. iuris
Thomas Gressoppe artium magister
Willelmus Marcham artium Bac.
ffranciscus Myllys artium Bac.
Willelmus Blackwell scolaris iuris
Johannes Reynoldes scolaris iuris

Socii

Humfridus Berkeshe artium Bac.
Thomas Tayler Bac. artium
Andreas Kyngesmyll scolaris iuris
Thomas Crikley decanus iuristarum Bac. iuris
Thomas Richardson scolaris iuris
Thomas Woodcocke artium Bac.
Laurentius Crayne scolaris iuris
Andreas ffysher Bac. artium
Johannes Reynoldes iunior scolaris artium
Henricus Chytham Bac. artium
Thomas Wyseman scolaris iuris
Carolus Badger scolaris artium
Willelmus Bote Bac. artium
Robertus Cary scolaris iuris
Willelmus Phillippes scolaris iuris
Jenkin ap Richarde scolaris iuris
Johannes Wullaston scolaris iuris
Thomas Lancaster scolaris iuris
Walterus Colepeper } socii probandi
Henricus Dene

Socii probandi

Thomas Bullingham scolaris iuris
Johannes Malary scolaris iuris
Johannes Brystowe scolaris artium
Henricus Wodde scolaris artium
Thomas Hartforde scolaris artium
Morgan Bense capellanus
Robertus Cleydesley } clerici capelle
Georgius Conarde
Robertus Perkinson
Thomas Palmer } pueri
Ricardus Tryngelhurste
Johannes Wheler
Ricardus Bullinge
Nicholaus Barlie
Philippus Lyndon Janitor
Ricardus Griffith famulus in coquina
Johannes Nasshe promus Custodis
[illegible] dicti collegii Lotor
Christoferus Arundell obsonator
Johannes [illegible] coquus
Willelmus Preston subcoquus
Johannes Smith famulus bursariorum
Elis Dabye } famuli
Humfridus Reynoldes Custodis

Visitacio collegij animarum omnium fidelium defunctorum

Visitatio dicti Collegij

in Oxonia inchoata et expedita in aula sive capella infra dictum collegium per venerabiles viros magistros Thomam Yale legum doctorem et Johannem Kennall legum etiam doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani eiusdem Collegij patroni et ordinarij Commissarios in hac parte sufficienter et legitime deputatos et constitutos die Jovis viz. xxvij° die mensis Maij Anno domini millesimo Quingentesimo sexagesimo secundo et regni illustrissime in Christo principis et domine nostre domine Elizabethe dei gratia Anglie Francie et Hibernie regine fidei defensoris etc. Anno quarto in presentia mei Johannis Incent notarij publici dicti Reverendissimi patris Registrarij.

Quibus die et loco predictis [illegible] fuerunt per me notarium publicum et registrarium antedictum ex parte dicti Reverendissimi patris eisdem Commissarijs iudicialiter sedentibus litere commissionales eiusdem Reverendissimi patris sigillo suo sigillate. Quibus per me dictum registrarium et eorum mandato perlectis dicti domini Commissarij ob honorem et reverentiam eiusdem Reverendissimi patris acceptarunt et assumpserunt in se onus executionis dictarum literarum commissionalium et decreverunt procedendum fore iuxta earum formam et effectum earundem.

Deinde comparuit personaliter magister Johannes Warner Custos collegij predicti et exhibuit ac presentavit eisdem commissarijs originales literas citatorias alias a dicto Reverendissimo patre in hac parte emanatas unacum certificatorio eisdem annexo super executione earundem et schedula affixa nomina et cognomina omnium et singulorum dicti collegij sociorum scolarium officiariorum et ministrorum ad hos diem et locum (ut asseruit) citatorum in se continente sigillo communi eiusdem collegij sigillata ac etiam exhibuit librum statutorum dicti collegij et tunc lecta per me eundem notarium de mandato dictorum commissariorum quadam clausula in dicto statuto contenta intitulata de visitatione etc. factaque publica preconizatione omnium et singulorum dicti collegij sociorum et aliorum ad hos diem et locum ad effectum subeundi visitationem huiusmodi citatorum comparuerunt personaliter inter alios Anthonius Blaxton doctor [illegible] Richardus Grene Johannes [illegible] Vincentius Don Johannes Sanders Johannes Langforde Johannes Weston Thomas Crosseley Franciscus Willes Humfridus Brokesbie Thomas Taylor Andreas Kyngesmyll Thomas [illegible] Johannes Richardson Constantinus [illegible] Johannes Reynoldes Junior Henricus Chetham Thomas [illegible] Carolus Badger Willelmus Boys Robertus Cary Willelmus Phillippes Johannes [illegible] Thomas [illegible] socij Walterus Colepeper Henricus Den Thomas [illegible] Johannes Malarke Johannes Bristowe Thomas Haneforde socij probandi. Quos dicti domini Commissarij iuramento oneraverunt ad sancta dei Evangelia de dicendo et deponendo omnem veritatem quam noverint super quibusdam interrogatorijs eis dandis cum fuerint interrogati et examinati super eisdem. Quibus sic expeditis dicti domini Commissarij pronunciarunt omnes et singulos ad hos diem et locum (ut premittitur) citatos et non comparentes contumaces [illegible] penam contumaciarum suarum huiusmodi ad eorum arbitrium reservando ac continuarunt huiusmodi visitationem in statu quo nunc est et in diem lune proximum post festum sancti Luce Evangeliste proximum viz. xix diem mensis Octobris inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei in hunc locum et monuerunt omnes et singulos dicti collegij socios scolares et ministros istic die et loco personaliter comparentes ad tunc interessendum.

Elien.

Commissio ad visitandum ecclesiam cathedralem Elien.

Matthæus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus **Dilectis** nobis in Christo magistris Thome Yale Vicario nostro in spiritualibus generali Johanni [illegible] legum doctoribus et Roberto Beomond sacre theologie Baccalaureo [illegible] salutem. Cum ex pastorali cura regiminis nobis imposita ut [illegible] et spiritualis [illegible] debitum quantum cum deo possumus impendere teneamur Hinc est quod nos ecclesiam Cathedralem Elien. nostre metropolitice [illegible] Cantuariensis provincie tam in capite quam in membris [illegible] visitare et defectus [illegible] reperiendos corrigere et reformare ac in statum suum debitum [illegible] restituere proponimus et intendimus. Verum quoniam nos quibusdam arduis et urgentibus negotijs ita sumus impliciti et occupati ut ad eandem [illegible] propositum in persona nostra [illegible] non possumus neque valemus (ut volumus) [illegible] impedimentis ne remoremur [illegible] quare [illegible] in hijs et alijs nobis incumbentibus negotijs plurimum [illegible] confidentes [illegible] committend. Ad visitandum igitur tam in capite quam in membris ecclesiam cathedralem Elien. predictam et populum in eadem degentem [illegible] vita moribus et conversatione ac etiam qualitatibus [illegible] in eadem [illegible] degentium modis omnibus quibus id melius [illegible] inquirendum et investigandum Ac criminosos [illegible] et delinquentes tam clericos quam laicos condignis penis etiam [illegible] dignitatibus sive officijs [illegible] puniendum et ita [illegible] corrigendum Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis [illegible] necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vobis coniunctim et [illegible] committimus vices nostras et plenam in domino tenore presentium concedimus [illegible] potestatem [illegible] cum cuiuslibet [illegible] canonice potestate [illegible] et eorum quolibet si opus fuerit [illegible] substituendi Assumpto vobis dilecto nobis in Christo [illegible] notario publico Registrario nostro primario vel eius in hac parte deputato in Registrarium et Actorum [illegible] in hac parte durante visitatione nostra [illegible] Mandantes insuper [illegible] quod dicta visitatione nostra finita de omni eo quod per vos [illegible] in hac parte [illegible] expeditum fuerit nos aut officialem nostrum principalem [illegible] presentes [illegible] certificare [illegible] **In cuius** rei testimonium sigillum quo in similibus ad presens utimur presentibus apponi fecimus Dat. apud

Cantuariensium [illegible] die mensis Augusti Anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo
tertio et nostre Consecrationis Anno Quarto

Commissio ad visitand[um] Civitatem et dioc. Elien.

Matheus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Dilectis** [illegible] nobis in Christo magistris Thome Yale legum doctori ac vicario nostro in spiritualibus generali [illegible] sacre Theologie professori et Edmundo [illegible] Clericum magistro [illegible] gratiam et ben[edictionem]. Suscepti Cure regiminis nos impellit ut [illegible] et [illegible] [illegible] officii debitum quantum cum deo possimus implere intendimus. Unde est quod nos Civitatem et dioc. Elien. nostre Cantuarien. provincie propediem [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] correctionis et reformationis [illegible] indigentes [illegible] et [illegible] debitum [illegible] proponimus et [illegible] [illegible] quibusdem [illegible] et [illegible] negotiis ita simus implicati et [illegible] ut [illegible] in futurum [illegible] propria [illegible] non possimus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in hiis et aliis [illegible] [illegible] industria et [illegible] [illegible] [illegible] Ad visitand[um] [illegible] Civitatem et dioc. Elien. [illegible] Clerumque et populum [illegible] tam in capite quam in membris Civitatem et dioc. [illegible] collegiatas [illegible] et [illegible] ecclesias in eisdem degentes sive residentes Necnon quascumque alias [illegible] tam exempta quam non exempta in et per easdem Civitatem ac totam dioc. [illegible] de statu ecclesiarum et locorum huiusmodi Necnon de vita moribus et conversatione ac etiam qualitatibus personarum in ecclesiis et locis huiusmodi degentium sive residentium modis omnibus quibus de iure melius et efficacius poteritis inquirendi et investigandi Criminosos [illegible] subditos et delinquentes tam clericos quam laicos [illegible] [illegible] dignitatum sive officiorum [illegible] [illegible] [illegible] fructus redditus et proventus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] modis aliis quibus de iure melius et efficacius poteritis [illegible] Testamenta etiam [illegible] [illegible] Civitatem et dioc. [illegible] [illegible] [illegible] in eisdem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Computa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] omnes et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in et [illegible] Civitatem [illegible] [illegible] [illegible] habiles et idonei reperti fuerint [illegible] ad eadem admittend[um] et in et de eisdem instituend[um] cum suis iuribus et pertinentiis [illegible] [illegible] actualem et corporalem possessionem eorundem inducend[um] et induci faciend[um] et mandand[um] Necnon [illegible] [illegible] quorumcumque tam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] et recipiend[um] [illegible] et [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] Et quos non sufficienter munitos in ea parte [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nobis [illegible] [illegible] [illegible] debita [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] et singula alia faciend[um] [illegible] et expediend[um] que in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et plena in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quolibet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in Registrum [illegible] sub forma [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] **In Cuius rei** testimonium Sigillum quo in similibus [illegible] [illegible] presentibus apponi fecimus [illegible] Civitatem nostram Cant. [illegible] die mensis Augusti Anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio Et nostre Consecrationis Anno Quarto.

Visitacio Metropolitica Reverendissimi in Xpo Patris et dni dni Matthei permissione divina Cantuarien Archiepi tocius Anglie Primatis et Metropolitani exercita in Ecclia cath ac Civitate et Dioc Norwicen Anno dni Millimo quingenmo Sexagesimo septimo

Inhibitio direct Epo Norwic

Mattheus permissione divina Cantuariens Archiepus tocius Anglie Primas et Metropolitanus venerabili Confri nro Dno Johanni eadem permissione divina Norwicen Epo vro ve vicario in spualibz generali officiali principali sive Comissario cuicumqz Salutem et fraternam in dno Charitatem Suscepti cura regiminis nos impellit ut vitia extirpanda et virtutes plantando nri officij debitum quantum cum deo possumus implere nitamur Et quia nos Ecclesiam vram cath ac civitatem et dioces vras Norwicen tam in Capite quam in membris Clerumqz et populum in eisdem degen sive residen Jure nro Metropolitico propediem annuente dno visitare et defectus inibi repert correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus Ut igr visitacionem nram hmoi liberius exercere possimus et valeamus fraternitati vre tenore presentium inhibemus et per vos omnibus et singulis alijs officiarijs et ministris vris ac alijs personis Jurisdictionem Ecclesiasticam infra dioces et Jurisdictionem vras Norwicen pred Jurisdictionem Ecclesiasticam exercentibus quibuscumqz cum omni celeritate accomoda sic inhiberi volumus et mandamus Ne a tempore receptionis presentium aut executionis seu intimationis earundem vobis fiend pendente visitacone nra Metropolitica hmoi Ecclias aut alia loca Ecclesiastica Clerum ve aut populum dict civitatis et dioces Norwicen visitare seu visitari facere aut aliquam Jurisdictionem ecclesiasticam contentiosam nec voluntariam quoquomodo exercere seu quicquam aliud in preiudicium visitacionis nre hmoi quomodo attemptare presumatis seu aliquis eorum presumat sub pena contemptus Et quid in premissis feceritis Nos aut vicarium nrm in spualibus generalem sive Comissarium quemcumqz cum ad hoc congrue fuerit requisit debite certificetis Dat in manerio nro de Lambith octavo die mensis Maij Anno dni Millimo Quingentesimo Sexagesimo septimo Et nre Cons Anno octavo

Relaxacio Archnis Norwic Suff et Sudbury

Vicesimo septimo die mensis Augusti Anno dni Millimo Quingenmo Sexagesimo septimo Reverendissimus dns Mattheus Cantuarien Archiepus antedictus relaxavit omnimod Jurisdictionem ecclesiasticam Archnis Norwicen Suff et Sudburie et cuilibet eorundem ac eorum officialibus et actor Scribis et registrarijs Salva ptate eidem Reverendissimo pri eiusqz officiarijs et ministris quibuscumqz corrigend et reformand comperta et detecta in visitacone sua metropolitica predicta

Inhibitio direct decano et Capitlo Ecclesie cathedralis Norwicen

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus tocius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Xpo venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie cath Norwicen nre Cantuar provinc seu eorum vicesgerentibus quibuscumqz Salutem graciam et Benedictionem Suscepti cura regiminis nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando nri officij debitum quantum cum deo possumus implere nitamur Hinc est quod Nos Ecclesiam Cathedram ac civitatem et dioces Norwicen tam in Capite quam in membris Clerumqz et populum in eisdem degen sive residen Jure nro Metropolitico propediem annuente dno visitare et defectus inibi repert correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus Ut igr visitacionem hmoi liberius exercere possimus et valeamus vobis et vrm cuilibet tenore presentium Inhibemus et per vos omnibus et singulis officiarijs et ministris vris et alijs personis quibuscumqz Jurisdictionem Ecclesiasticam aucte vra quomodo exercen cum omni celeritate accomoda sic inhiberi volumus et mandamus Ne a tempore receptionis presentium aut executionis seu intimationis earundem vobis fiend pendente visitacone nra hmoi aliquam Jurisdictionem ecclesiasticam exercere seu quicquam aliud in preiudicium visitacionis nre Metropolitice pred quomodo attemptare presumatis seu aliquis vrm presumat Sub pena contemptus Et quid in premissis feceritis Nos aut vicarium nrm in spualibus generalem sive Comissarium quemcumqz cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite et autentice certificetis cum effectu **In cuius** rei testimonium Sigillum nrm presentibus apponi fecimus Dat in manerio nro de Lambethe vicesimo die mensis Maij Anno dni Millimo Quingentesimo Sexagesimo septimo Et nre Cons Anno octavo

Inhibitio generalis oibz decanis et Archnis etc

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus tocius Anglie Primas et Metropolitanus universis et singulis Rectoribus vicarijs Capellanis Curatis et non curatis quibuscumqz per provinciam nram Cantuarien ubilibet constitut et presertim Johanni Kirke lrat Salutem graciam et ben Cum nos Ecclesiam Cathedram ac Civitatem et dioces Norwicen nre Cantuar provincie tam in Capite quam in membris Clerumqz et populum in eisdem degen sive residen Jure nro Metropolitico propediem annuente dno visitare et defectus inibi repert correctione et reformacione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus Ut igr visitacionem nram hmoi liberius exercere possimus et valeamus **Vobis** communiter et divisim committimus et firmiter iniungendo Mandamus quatenus aucte nra Inhibeatis seu Inhiberi faciatis peremptorie omnibus et singulis decanis Archnis Comissarijs officialibz et alijs personis quibuscumqz qualitercumqz Jurisdictionem spualem et Ecclesiasticam infra dioces Norwicen pred exercen quibus Nos etiam tenore presentium sic Inhibemus Ne ipsi aut eorum aliquis a tempore executionis presentium in eos seu eorum aliquem fiend Pendente visitacone nra Metropolitica hmoi Ecclias aut alia loca Ecclesiastica Clerum ve aut populum dict civitatis et dioces Norwicen visitare seu visitari facere aut aliquam Jurisdictionem Ecclesiasticam contentiosam seu voluntariam quoquomodo exercere seu quicquam aliud in preiudicium visitacionis nostre huiusmodi quomodolibet attemptare presumatis seu aliquis eorum presumat Sub pena contemptus Et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem seu Commissarium quemcumque cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite et autentice certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat. in Manerio nostro de Lambehith decimo quinto die mensis Maii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo septimo et nostre Consecrationis Anno octavo

Inhibitio direct. Decano de Borkinge
3

Mattheus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto nobis in Christo Magistro Thome Cole Sacre Theologie professori Decano decanatus de Borkinge nostre et ecclesie nostre Cant. iurisdictionis immediate Salutem graciam et benedictionem **Quia** etiam sacre Legis auctoritate sollicitudinis pastoris nostri cognoscere et gregi nobis credite necnon tutele ac fidei commissi diligenter attendere et invigilare tenemur ea studiosius exquirentes que Dei gloriam et honorem subditorumque decanatus et iurisdictionis predicte utilitatem commodum et quietem virtutumque incrementum et viciorum extirpacionem concernere dinoscuntur hinc est quod nos decanatum de Borkinge predictum ac Clerum et populum eiusdem divina favente clementia actualiter visitare intendentes Tibi tenore presentium Inhibemus ac per te omnibus et singulis aliis personis iurisdictionem ecclesiasticam infra decanatum et iurisdictionem predictam exercentibus sic inhiberi volumus et mandamus Quatenus Nec tu neque illi seu eorum aliquis pendente visitacione nostra huiusmodi ecclesias aut alia loca clerumve aut populum eiusdem decanatus visitare aut ea que sunt iurisdictionis exercere a die receptionis presentium aut execucionis seu intimacionis eorundem tibi fiende seu quicquam aliud in preiudicium visitacionis nostre huiusmodi quomodolibet attemptare presumas seu presumant Sub pena contemptus Et quid in premissis feceritis Nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem seu Commissarium quemcumque debite certificare non postponas cum ad id congrue fueris requisitus Dat. in Manerio nostro de Lambehith octavo die mensis Maii Anno Domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo septimo et nostre Consecrationis Anno octavo

Citatio pro visitacione

Mattheus permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus venerabili confratri nostro domino Johanni eadem permissione divina Norwicen. Episcopo Salutem et fraternam in domino charitatem Suscepti cura regiminis Nos impellit ut vicia extirpando et virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum Deo possumus implere nitamur **Hinc** est quod nos ecclesiam vestram cathedralem ac civitatem et diocesis Norwicen. nostre Cantuarien. provincie tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes Iure nostro Metropolitico proxime domino annuente visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus **Quocirca** fraternitati vestre committimus et mandamus Quatenus dilectos nobis in Christo decanum et Capitulum ecclesie vestre cathedralis Norwicen. predicte necnon omnes et singulos Archidiaconos Canonicos et Prebendarios ac alios quoscumque dignitates administrationes officia personatus promociones aut Beneficia quecumque in dicta ecclesia cathedrali obtinentes vicariosque choralos choristas et alios ministros eiusdem ecclesie necnon omnes et singulos Rectores Proprietarios et vicarios tam exemptos quam non exemptos Beneficia ecclesiastica quecumque obtinentes Capellanosque stipendiarios ac alios quoscumque ecclesiasticas functiones exercentes infra civitatem et diocesis Norwicen. predicte degentes et divina celebrantes Necnon cuiuslibet parochie Economos sive gardianos ac sex vel quatuor viros laicos fide digniores inter ceteros digniores pro numero et qualitate cuiuslibet parochie quod compareant et quilibet eorum compareat coram nobis aut nostro vicario in spiritualibus generali seu Commissario aut Locumtenenti quocumque uno vel pluribus diebus horis et locis in schedula presentibus annexa respective descriptis et specificatis cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum si oportuerit fiende visitationem nostram metropoliticam huiusmodi in ea parte exercentium humiliter subituri ulteriusque facturi et recepturi et audituri que ex parte nostra eis fuerint exponenda et ministranda Premonentes decanum et Capitulum ecclesie vestre cathedralis Norwicen. antedicte atque Archidiaconos Canonicos et Prebendarios et alios quoscumque dignitates administrationes officia personatus promociones aut beneficia quecumque in dicta ecclesia cathedrali obtinentes Necnon Rectores Proprietarios et vicarios quoscumque tam exemptos quam non exemptos Capellanosque stipendiarios ac alios quoscumque functiones ecclesiasticas infra civitatem et diocesis Norwicen. predicte ut prefertur exercentes et divina celebrantes Quatenus non solum fundationes dotationes Chartas concessiones Statuta ordinationes Ceteraque omnia et singula munimenta illos et eorum quemlibet atque ecclesias predictas statum quomodolibet concernentia literas insuper tam predicandi verbum Dei quam alias quascumque Collationes presentationes institutiones unionis ordinum suorum literas dispensationis pluralitates et concessiones ac literas commendatitias quascumque illis seu eorum alicui factas et concessas realiter exhibeant producant et ostendant verum etiam procurationes et alia iura nobis ratione visitationis nostre Metropolitice huiusmodi competentia quatenus eos et eorum quemlibet respective concernunt et decet atque fieri assolet realiter eisdem die hora et loco prestent persolvant Et ulterius faciant et recipiant quod natura et qualitas visitationis nostre predicte de se exigunt et requirunt ut par est **Ad** hec fraternitati vestre committimus et mandamus Quatenus quorumcumque defunctorum executores ac ab intestato seu ad vicam intestati decedentium relictas et Consanguineos quoscumque infra civitatem et diocesis Norwicen. predictas commorantes omnes et singulos peremptorie citari faciatis quatenus ipsi et eorum quilibet diebus et locis in dicta schedula presentibus ut premittitur annexa descriptis et specificatis coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali seu Commissario aut Locumtenenti huiusmodi compareant et eorum quilibet compareat Testamenta et ultimas voluntates eorundem defunctorum iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam in se acceptaturi vel refutaturi ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in ea parte seu quomodolibet necessarium et requisitum **Preterea** fraternitatem vestram tenore presentium peremptorie Citamus quatenus per procuratorem vestrum legitime constitutum compareatis coram Nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali seu Commissario aut Locumtenenti nostro quocumque uno vel pluribus in domo Capitulari ecclesie vestre cathedralis Norwicen. predicte xviij° die mensis Julii prox. futur.

post datam presentium inter horas octavam et decimam ante meridiem eiusdem diei visitacionem nostram &
Metropoliticam huiusmodi inire et ibidem exercere, etiam subiture ac ulterius facture et recepture quod natura
et qualitas eiusdem visitacionis necnon de se exigunt et requirunt. Et quid in premissis feceritis aut fieri vel
exequi causaveritis in hac parte Nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem sive commissarium aut
Commissionem huiusmodi diebus et locis in dicta schedula presentibus ut prefertur annexa respective descriptis et
specificatis debite et autentice per literas vestras patentes harum seriem una cum Nominibus et cognominibus omnium et
singulorum sic citatorum et Monitorum ac designacione et Annotacione beneficiorum et promocionum suarum in quadam
Schedula literis vestris certificatoriis huiusmodi annectenda conscriptis certiores facere curetis prout decet. In cuius
rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' xvi^to die Maii Anno domini Millesimo quingentesimo
Sexagesimo septimo

Schedula annex' Citacioni huiusmodi

Sessiones Assignate pro visitacione Metropolitica reverendissimi in Christo patris domini **Matthei** permissione
divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani in Ecclesia Cathedrali ac Civitate et Diocesi
Norwicensi exercenda sequuntur. **Quarto** die July Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo septimo
in Ecclesia parochiali beate Marie in villa de **Bury** visitabuntur decanatus de **Bury Thingo**
Thewester Stowe. **Quinto** die July ibidem visitabuntur decanatus de **Hartesmere Fordam**
Blackborne. **Septimo** July in Ecclesia de **Thetforde** visitabuntur decanatus de **Thetforde**
Breckles Rocklande. **Nono** July In Ecclesia de **Soffam** visitabuntur decanatus de **Hingham Cranewich**
Undecimo July In Ecclesia beate Marie in villa de **Lynne** visitabuntur decanatus de **Lynne Mersh-**
lande et peculiaris Jurisdiccionis de **Rysinge**. **Decimo quarto** July in Ecclesia de Walsingham
visitabuntur decanatus de **Brisley Toftes higham**. **Decimo quinto** July in Ecclesia de
Walsingham visitabuntur decanatus de **Walsingham Holtt Burdam**. **Decimo sexto**
July in Ecclesia de **Aylsham** visitabuntur decanatus de **Repps Warston Ingworthe**.
Decimo octavo die July In domo Capitulari Ecclesie Cathedralis Norwicensis visitabitur dicta Ecclesia
Cathedralis Norwicen. **xix^o** July in Ecclesia Sancti Petri Norwicensis visitabuntur decanatus
de **Norwich Taverham Blowfelde Sparham**. **xxi** July In Ecclesia Sancti Petri
Norwicensis predicta visitabuntur decanatus de **Broke depwarde Rendall Humblyarde**. **xxii**
July In Ecclesia sancti Petri civitatis Norwicensis visitabuntur decanatus de **Yarmough Flegge**
Ingham. **xxiiii^o** July in Ecclesia de Beccles visitabuntur decanatus de **Wangforde** South Elmham
Lothingland. **xxv^to** die July in Ecclesia beate Marie de Dunwiche visitabitur decanatus de Dunwiche.
xxvi^to July in Ecclesia beate Marie ad Turrim ville de Ipswiche visitabuntur decanatus de **Ipswiche**
Samforde Bosmere Claydon. **xxviii^o** July in Loco predicto visitabuntur decanatus de
Orford Wilford Lose. **xxix^o** July ibidem visitabuntur decanatus de **Carleford Colneis**
hopney. **Primo** Augusti in Ecclesia sancti Petri apud Sudbury visitabuntur decanatus de **Sudbury**
Clare.

Comissio apparitoris

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus
Dilecto nobis in Christo Johanni Kyrke literato Salutem graciam et benediccionem. **Cum** per dilectum nostrum Thomam Willett
Apparitorem nostrum generosum generalem et principalem in et per totam provinciam nostram Cantuariensem ad
terminum vite sue legitime constitutum et ordinatum Ad officium suum Apparitoris principalis et generalis infra
in et per totas Civitatem et Diocesim Norwicensem nostre Cantuariensis provincie durante visitacione nostra Metropolitica
ibidem tantum rite et legitime nobis nominatum et Deputatum ex istis de tuis fidelitate Diligencia et industria
plurimum confidentes **Ad** citandum omnes et singulos utriusque sexus in et per Diocesim et Jurisdiccionem Norwicensem
Residentes et commorantes de et super quibuscumque Criminibus excessibus et delictis notatos et detectos quorum
punicio Correccio et Reformacio ad forum Ecclesiasticum et Jurisdiccionem Episcopalem Norwicensem pertinere dinoscuntur
Necnon ad Citandum seu citari faciendum Executores testamentorum sive ultimarum voluntatum quorumcumque
in et per Civitatem et Diocesim Norwicensem predictam decedentium ac eorundem defunctorum Relictas et Consanguineos
Citaciones quascumque in ea parte tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad instanciam partium
quarumcumque legitime exequendum ac de et super execucione earundem fideliter certificandum et fidem faciendum
Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et exequendum que ad officium Apparitoris principalis et
generalis Civitatis et Diocesis Norwicensis predicte spectare et pertinere dinoscuntur plenam tenore presentium
concedimus potestatem **Teque** Deputatum Apparitoris nostri principalis et generalis predicti in et per Civitatem
et Diocesim Norwicensem predictam durante nostra visitacione Metropolitica ibidem tantum hac serie Admittimus et
approbamus per presentes. **In cuius rei** testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat'
in Manerio nostro de Lambehith decimo quarto die Mensis Maii Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo
Septimo

Citacio direct' decano decanatus de Borking pro visitacione &c

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilecto &c
nobis in Christo Decano decanatus de Borking Ecclesie nostre metropolitice Christi Cant' Jurisdiccionis immediate &c
seu eius Deputato Salutem graciam et benediccionem. **Quia** etiam ex sacre legis dicto multa pericula &c
in ministerio et grege nobis credito necnon tutele et fidei commisso diligenter attendere et invigilare &c
tenemur eoque studiosius exequentes que dei gloriam et honorem Subditorumque decanatus predicti utilitatem &c
commodum et quietem ac virtutum incrementum et viciorum extirpacionem concernere dinoscuntur huius &c

i est Et Nos totum decanatum nrm de Bockinge antedict Clerumqz et populum eiusdem (divina favente
v Clementia) iure nro Metropolitico actualr visitare intendentes vobis et vrm utriqz tenore presentium inhibemus
ac per vos seu vrm alterum omnibus et singulis aliis presentis Jurisdictionem Ecclesiasticam infra decanatum nrm pred
Exercentibus sic Inhiberi volumus atqz precipimus Quatenus nec vos nec vrm alter (Pendente visitacone
nra metropolitica huiusmodi Ecclesias aut alia Loca Clerumve aut populum eiusdem decanatus de Bockinge
visitare aut ea que sunt Jurisdictionis exercere a die receptionis presentium seu quicquam aliud in preiudicium
visitacionis nre Metropolitice pred quomodolibet attemptare presumat seu presumant Sub pena iuris Et
Mandando tenore presentium vobis et vrm utriqz Quatenus Citetis seu Citari faciatis peremptorie omnes et
singulos Rectores et Vicarios dignitates vel Beneficia ecclesiastica quecunqz obtinentes Capellanosqz Parochiales sive
Stipendarios ac alias quascunqz Ecclesiasticas functiones exercentes infra decanatum nrm de Bocking pred eorum
et divina celebrantes Necnon cuiuslibet parochie Iconimos et sex vel quatuor viros laicos fide dignos inter ceteros digniores
pro numero classe et qualitate cuiuslibet parochie Et quod compareant et eorum quilibet compareat coram
Nobis aut Vicario nro in spiritualibus generali sive Commissario nro vel pluribus in Ecclesia parochiali de Hadleigh ac
Dict decanatus et Iure ultimo die mensis Julii prox futur inter horas nonam et undecimam antemeridie ac
eiusdem diei, cum continuacone et prorogacone dierum extunc sequen et Locorum si oporteat fiend Visitaconem
nram Metropoliticam in hac parte exercend humiliter subituri Necnon ulterius audituri facturi et recepturi
quod de parte nra fuerint exponend et ministrand Premonentes insuper Vicarios et Curatos huiusmodi quatenus
non modo Procuratones et alia Jura nobis racone visitacionis nre huiusmodi competen Quatenus eos et eorum
quemlibet respective concernunt et decet et ab antiquo fieri assolet realr eisdem die et Loco prestent et persolvant
verumetiam Et titulos Beneficiorum suorum Instituciones facultatesqz et dispensaciones suas ac ordinum suorum literas
realr producant et ostendant Ac ulterius faciant et recipiant quod natura et qualitas visitacionis nre huiusmodi de
se exigunt et requirunt ut par est Mandando et precipiendo vobis et vrm utriqz ut supra Quatenus quoscunqz
defunctorum executores et ab intestato decedentium Relictas filios et consanguineos aut consanguinitate coniunctos
eorundem demortuorum infra decanatum pred commorantes omnes et singulos peremptorie Citetis seu Citari faciatis
quatenus ipsi et eorum quilibet dictis die et Loco pred coram Nobis aut nro Vicario in spiritualibus generali sive commissario
comparat et compareat Testamenta et ultimas voluntates eorundem defunctorum iuxta iuris et Statutorum huius
huius Regni Anglie exigenciam in se acceptatur vel recusatur ulteriusqz facturi et recepturi quod iustum fuerit
in hac parte seu quomodolibet necessarium et requisitum Et quid in premissis feceritis aut fieri vel exequi-
tum feceritis in hac parte Nos aut Vicarium nrm in spiritualibus generalem sive Commissarium quemcunqz dicte
die hora et Loco debito et autentico per literas vras patentes harum seriem unacum Nominibus et cognominibus omnium et
singulorum per vos aut vrm alterum citatorum et Monitorum in quadam scedula hiis certificatorijs huiusmodi annectend
conscriptis certiores facere Curetis prout convenit In cuius rei testimonium Sigillum nrm presentibus apponi
fecimus Dat in Manerio nro de Lambeth xxiiij die mensis Junii Anno dni Millesimo Quingentesimo sexagesimo
Septimo et nre Consecr Anno Octavo

Commissio ad visitand Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc Norwicen

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus
Dilectis in Christo Magistris Thome Yale Legum Doctori ac nro in spiritualibus Vicario generali et officiali
principali Thome Godwyn sacre Theologie professori ac Ecclie nre Cathis et Metropolitice Christi Cantuar
Decano Willimo Drury Legum doctori Alme Curie nre Metropolitice de Arcubus [illegible] Norwicen nro ad
facultates Commissario Jacobo Ellis legum etiam doctori ac Ecclesie pred Archidiacono Thome Bickley sacre
Theologie Baccalaureo et Salutem graciam et benedictionem
Suscepti Muneris Sollicitudo et Cura nos imprimis movet movereqz et potest natalis patrie Charitas excitat
officium ut in Civitate et Dioc Norwicen unde orti et nutriti sumus iuxta Apostoli preceptum que desunt et
corrigamus non que nra sunt querere optantes sed que Jesu Christi fidei viz Christiane consentientem a-
professionem ecclesie immaculate edificandum et incrementum fraternam inter eos in dei dilectionem ad laudem
et commendacionem bonorum deo et Prepositis obtemperantium Repressionem vero Malorum sic ut sensu ac humano ambulan-
tium Hijs de causis propositum et constitutum Nobis est (Annuente deo) qui Cogitaciones corda et Itinera dirigit) Iure
nro Metropolitico et provinciali Ecclesiam Cathedralem Civitatem et Dioc Norwicen pred visitare et defectus inibi repertos
salubriter corrigere unum et oleum una vulneratis infundere ut disciplina pie simulanti et Mia misto temperan-
do ut homo Mordeantur putrida et olea foveantur sananda Lenitatem Severitate ita temperantes immiscendo ut
nec multa asperitate exulcerantur subditi nec nimia benignitate solvantur Hijs salutaribus temperamentis
proborum et curandum Dioc Norwicen pred quoquomodo sanitatem sanare Nostri dni et maxime corporum
et etiam proposuimus Verum hoc nrm propositum partim Negociorum multitudo partim grassantium Morborum crebri
accessus distulerunt et adhuc in presenti ita detinent ut haud proinde vobis committere cogamur Ad visitand
igitur tam in Capite quam in membris Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc Norwicen pred Necnon quascunqz
alias collegiatas parochiales et prebendales ecclesias ac loca alia Ecclesiastica quecunqz tam exempta quam non exempta
per easdem Civitatem et Dioc ubilibet constitut Clerumqz et populum in eisdem degentem sive residentem deqz statu ecclesiarum
et Locorum huiusmodi Necnon vita moribus et conversacone ac etiam qualitatibus personarum in Ecclesijs et Locis huiusmodi
degentium sive ministrantium modis omnibus quibus melius aut efficacius poteritis inquirend et investigand crimina
vero culpabiles et Delinquentes tam clericos quam Laicos condignis penis etiam usqz ad beneficiorum dignitatum sive
officiorum suorum privacionem si facti atrocitas ita postulaverit fructuumqz Redituum et proventuum ecclesiarum et Locorum quibus
presunt Sequestracionem vel quamcunqz aliam congruam et competentem cohercionem inclusive puniend corrigend atqz ad
probaciones debitas Modis omnibus quibus melius et efficacius poteritis reducend Testamenta etiam quorumcunqz defunctorum
infra civitatem et Dioc pred decedentium proband approband et insinuand Administracionesqz bonorum eorundem defunctorum Executoribus
in eisdem testamentis nominatis committend Administraciones insuper ac Sequestraciones bonorum ab intestat sive per viam intestat
etiam decedentium in debita iuris forma expediend concedend et committend Computa quoqz tam executorum quam administratorum
ac Sequestratorum quorumcunqz recipiend et admittend Ac insuper eosdem Executores Administratores et Sequestratores
omnes et singulos acquietand relaxand et finaliter dimittend Causasqz instancias quascunqz examinand et finaliter terminand
Contumaces autem et Rebelles cuiuscunqz condicionis sive status fuerint si quos inveneritis per censuras ecclesiasticas
compescend Ecclesias etiam et alia Loca dimissa vacare et pro vacantibus haberi fore decernend et declarand Pensionesqz

Decimo quarto die mensis Augusti Anno domini 1562 apud Bekisborne Reverendissimus contulit Johanni Knott clerico vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Petham Cant. dioc. vacantem, et ad Collationem domini Jure ad eum ita devoluto ratione Lapsus temporis hac vice spectantem / Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Juribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis / Et recepto ab eodem Johanne Knott Juramento de canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et de continue et personaliter residendo etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cant. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Sequestratio fructus vicarie de Barsted.

Eodem die Reverendissimus ex certis causis veris, iustis, rationabilibus et legitimis eum in hac parte specialiter moventibus, et presertim eo quod Cura dicte vicarie de Barsted inofficiata relinquitur, Sequestravit fructus dicte vicarie, et commisit custodiam huiusmodi Sequestri Iohanni Braynford clerico, durante beneplacito etc.

Leysdowne vicarie Collatio. /–/–/

Vicesimo quarto die eiusdem mensis Augusti predicti apud Sittingborne Reverendissimus contulit Thome Jackson clerico vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Leysdowne Cantuar. dioc. vacantem et ad suam Collationem pleno iure spectantem, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis. Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie sue Christi Cantuar. dignitate et honore in omnibus semper salvis. Et recepto ab eodem Thoma Iuramento de legitima obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et de continue et personaliter residendo etc. et de acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar. seu eius Officiali ad inducendum etc. /–/

Compositio inter proprietarium et parochianos de Lynton Cantuar. dioc.

Universis et singulis sancte matris ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, ad quos presentes litere testimoniales pervenerint, et quos infrascripta tangunt, seu tangere poterunt quomodolibet in futurum. **Matheus** permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, Salutem, gratiam, et benedictionem. Cum dudum inter dilectos nobis in Christo parochianos et Inhabitantes de Lillington alias Lynton in comitatu Kanc. nostre Cantuariensis dioc. ex una, et Alexandrum Grighte proprietarium Rectorie sive ecclesie parochialis de Lillington alias Lynton predict. ex altera parte, tam de et super assignatione et admissione unius Capellani idonei ad deserviendum cure dicte parochie in divinis et aliis ecclesiasticis, ac Sacramenta parochianis ibidem ministrandum, quam de et super assignatione et limitatione portionis congrue et competentis eidem Capellano pro alimentis ac victus et vite suorum sustentatione, orta fuisset non modica questionis materies, Quam partes predicte (spiritu unitatis et concordie ducte) placare et sedare volentes, ac odiosos anfractus litium, ingentium impensarum effusiones, ac laborum inutilium onerosa tedia effugere cupientes, Eedem partes videlicet prefatus Alexander Grighte pro se, heredibus, et Successoribus suis, ac parochiani predicti per Iohannem Beale et Gilbertum Best parochianos et inhabitantes de Lillington predict. vice et nominibus suis et singulorum parochianorum et inhabitantium ibidem pro se et Successoribus suis parochianis et inhabitantibus predictis sese, causasque suas, arbitrio, ordinationi, Iudicio et decreto nostris in hac parte, sponte, ultro, et deliberate respective submiserunt, solenniter data fide, promittentes sese tam pro se quam pro Successoribus suis respective ratum, gratum, et firmum perpetuo habituros totum et quicquid per nos ordinatum, statutum, et decretum fuerit in premissis seu eorum aliquo. **Unde** nos pro Officii nostri debito, omnium quietem, et tranquillitatem manutenere, et augmentare cupientes, ac litium anfractus, quoad fieri poterit, amputare ~~cupientes~~ volentes, de et cum expresso consensu, assensu, et voluntate partium predictarum, ac in vim Submissionis huiusmodi taliter facte, ordinamus, decernimus, et statuimus inter partes predictas in hunc qui sequitur modum. /–

Inprimis laudamus, statuimus, decernimus, et ordinamus, quod prefatus Alexander Grighte, proprietarius Rectorie de Lyllington alias Lynton predict. heredes Successores, et Assignati sui proprietarii eiusdem Rectorie pro tempore existentes imposterum, perpetuis futuris temporibus de tempore in tempus, habebunt nominationem unius Capellani idonei, nobis aut Successoribus nostris, vel nostro aut eorum Vicario in Spiritualibus generali faciendam, ac per nos et Successores nostros Cantuar. Archiepiscopos, aut nostrum vel eorum Vicarios in Spiritualibus generales, sive Commissarios approbandum et admittendum, Qui cure dicte parochie in divinis officiis, et aliis ecclesiasticis inserviet ac Sacramenta parochianis ibidem ministrabit (dummodo capellanus huiusmodi infra tres menses proxime et immediate post dictam ecclesiam de Lillington de Capellano sive Curato per mortem, resignationem, cessionem, dimissionem, privationem, aut alio modo quocumque vacare, et vacuam esse contigerit, per dictum Alexandrum Grighte, ac heredes Successores vel Assignatos suos modo premisso nominatus fuerit) Qui quidem Curatus sic per dictum Alexandrum Grighte, heredes Successores, vel Assignatos suos modo premisso nominatus fuerit, Qui quidem Curatus

sit per dictum Alexandrum Grigby, heredes, successores vel Assignatos suos nominandus et -
assignandus tempore admissionis sue ad eandem vicariam de Lillington, iuramentum
corporale ad sancta dei Evangelia prestare tenebitur, quod ipse nihil dedit, vel pro-
misit proprietario eiusdem vicarie seu alicui alii persone propter nominationem suam
ad eandem / **Et** si contingat dictum Alexandrum Grigby, heredes, successores vel
Assignatos suos infra tres menses a tempore vacationis eiusdem vicarie unum -
Capellanum idoneum ad eandem modo premisso non nominare nec assignare, quod
tunc et eo casu nominatio et assignatio Capellani sive curati huiusmodi ad parochianos de
Lyllington predict' pro tempore existentes, sub modo et forma prerecitatis admittend'
et approband', aut ad nos et successores nostros, (si nobis, aut ipsis dictum Capella-
num sive curatum huiusmodi sic nominare, assignare, et admittere placuerit et visum
fuerit expedire) perpetuis futuris temporibus spectabit et pertinebit / **Item** statu-
imus, decernimus, et ordinamus, quod curatus sive capellanus huiusmodi sic (vel pre-
mittitur) admittendus et approbandus, toto et omni tempore incumbentie sue in
eadem vicaria, de tempore in tempus imperpetuum habebit, percipiet, et recipiet pro
portione sua, in usum proprium ipsius Capellani ac deputatorum et assignat-
orum, omnes et omnimodas decimas, obventiones, oblationes, fructus, proventus,
et cetera emolumenta ecclesiastica quecumque, (decimis bladi et feni dumtaxat except'
et omnino reservatis) infra fines, et limites ac loca decimabilia parochie de Lyllington
predict' qualitercumque crescen', proveniend', renovan', et contingen' ad Rectoriam ibidem de iure
aut consuetudine qualitercumque spectan' et pertinen' / Habebit etiam dictus Capellanus
pro tempore existens annuam quatuor marcarum legalis monete Anglie nomine pensio-
nis annue sibi annuatim per eundem Alexandrum Grigby proprietarium ac dictos
heredesque et successores, ac Assignatos suos proprietarios vicarie de Lillington predict' pro
tempore existentes, aut eorum deputatos, ad quatuor anni terminos in regno Anglie -
usuales, viz ad festa sancti Michaelis Archangeli, Nativitatis domini, Annunciatio-
nis beate marie virginis, et sancti Iohannis Baptiste per equales portiones solvend'
et impendend' / **Ac insuper** statuimus, decernimus, et ordinamus quod si contingat -
predictam Annuitatem sive annualem pensionem quatuor marcarum a retro fore et non
solutam in parte vel in toto, per spacium unius mensis post aliquod festum predict' -
quo (vel premittitur) solui debeat (si per dictum capellanum pro tempore existentem -
vel suis assignat' debite fuerit petita) quod extunc bene licebit et fas erit eidem
Capellano pro tempore existenti, et Assignatis suis, in predictam Rectoriam de Lillington et
in quamlibet inde parcellam intrare et distringere, districtionesque ibidem captas licite
asportare et abducere, ac penes se retinere, donec et quousque de predicta Annuitate
sive annuali pensione et qualibet inde parcella una cum arreragiis eiusdem (si que
fuerint) sibi plenarie satisfactum fuerit pariter et solutum / **Premisso** semper
quod prefatus Curatus sive Capellanus qui pro tempore fuerit, non vendicabit,
habebit, vel percipiet de prefato Alexandro Grigby, vel hered' aut successor'
suis eiusdem Rectorie de Lillington proprietariis pro tempore existentibus, seu eorum
tenentibus, firmariis, assignatis vel deputatis, aliquas decimas, proventus, obven-
tiones, ac cetera emolumenta de glebis ad eandem Rectoriam spectan' sive pertinen', pro-
venien', crescen', renovan' et contingen', eo quod dicte glebe sint a solutione decimarum
huiusmodi prefato capellano penitus et omnino exempte et exonerate, premissis ordina-
tione et decreto nostro, aut aliquo in eodem contento, in contrarium facientibus in aliquo
non obstan' / **Item** statuimus, decernimus, et ordinamus, quod prefatus Capellanus
sive curatus qui pro tempore fuerit in eadem parochia de Lillington continue personaliter
residebit, ac divina officia ibidem in persona sua propria celebrabit, nisi aliter legitime
fuerit impeditus et excusatus / **Et** si contingat prefatum Capellanum a dicta sua
cura per spacium unius mensis, absque aliquo iusto et legitimo impedimento se -
absentare, vel continue abesse, quod tunc et in eo casu, licitum erit, prefato Alex-
andro Grigby, heredibusque et successoribus suis eiusdem Rectorie de Lillington proprietar'
pro tempore existentibus infra tres menses ab ultimo die alicuius illius mensis quo
dictum capellanum sic a dicta parochia continue (vel premittitur) abesse contigerit computandos,
unum alium Capellanum sive idoneum curatum, ad deserviendum cure in dicta

parochia

porochia de Lillington, ad divina officia ibidem celebranda modo premisso approband et admittend
nobis et Succ. nostris nominare et assignare / Item statuimus decernimus, et ordinamus,
quod prefatus Capellanus sive curatus pro tempore existens, imperpetuum habebit, gau-
debit, possidebit, et occupabit mansionem, ac cetera omnia et singula edificia, unacum
omnibus et singulis hortis gardinis, pomerijs, terris et glebis, ad curatum sive Vicar.
salie de Lillington predicte pro tempore existen, que antehac qualitercumque spectarunt
et pertinuerunt, sine impedimento, interruptione, vel perturbatione eiusdem Alexandri
Grigby, heredum vel Successorum suorum, seu alterius cuiuscumque eorum nominibus, -
vice aut auctoritate, Quod dictus Curatus, sive capellanus pro tempore existens mansionem
predictam ac cetera edificia ad eandem pertinentia sive spectantia sumptibus suis proprijs,
sufficienter et competenter manutenebit, reparabit, et sustinebit, Ac omnia alia onera
vel extraordinaria, que ab antiquo capellano, curato sive Vicario de salie incumbere con-
sueverunt, subibit et supportabit, Item statuimus, decernimus et ordinamus, quod quoties
imposterum contingat dictam saliam de Lillington memorat. de curato sive Capellano idoneo
vacare et vacuum esse, Quod tunc bene licebit et fas erit, nobis et Succ. nostris Cantuar.
Archiepis, ac Officiarijs, ministris, et deputatis nostris, omnes et singulos fructus, decimas, -
obventiones ac cetera premissa pro portione eiusdem Capellani sive curati supraassignat.
et limitat. colligere, levare et percipere toto et omni tempore vacationis eiusdem salie,
donec et quousque unus alius curatus sive capellanus idoneus nobis aut Succ. nostris -
modo premisso fuerit nominatus et putatus sine impedimento, perturbatione, vel contra-
dictione prefati Alexandri Grigby heredum, Successorum, aut assignatorum suorum -
aut alicuius alterius eorum nomine. Statuimus etiam, decernimus et ordinamus
Quod si contingat aliquod dubium vel ambiguitatem in et circa interpretationem [illegible] et
verum intellectum presentis nostre ordinationis et decreti, aut alicuius partis eiusdem in-
posterum oriri, Quod tunc et eo casu licebit et fas erit, nobis prefato Archiepiscopo et Succ.
nostris Cantuar. Archiepis imperpetuum eadem dubia et ambiguitates interpretari, -
exponere, et declarare, Ac partes predicte, heredes, et Successores sui interpretationi
et declarationi nostris in et circa premissa stabunt et obedient sine aliqua contradictione,
imperpetuum, Reservando nobis et Succ. nostris potestatem et auctoritatem huic presenti ordinationi
et decreto nostro addendi, atque ab eodem subtrahendi ac huiusmodi decretum in meliorem et -
competentiorem formam redigendi, pro loco et tempore congruis et oportunis prout nobis
et Succ. nostris visum fuerit expedire / In quorum omnium et singulorum premissorum -
fidem et testimonium, tam nos prefatus Archiepiscopus presentibus literis testimonialibus Sigillum
nostrum apponi fecimus et mandavimus, quam prenominati Alexander Grigby, Johannes -
Veale et Gilbertus West pro maiori confirmatione consensus et submissionis sue
huiusmodi ac fideli observatione premissorum per se et Succ. suos Sigilla sua presentibus etiam
respective apposuerunt / Dat. xxijo die mensis Junij Anno domini Millesimo, Quingen-
tesimo sexagesimo Secundo, et nostre Consecrationis Anno tertio.

Collatio Vicarie sive Salie de Lynton

Matthew permissione divina Cantuarien. Archiepiscopus totius Anglie primas et
Metropolitanus / Dilecto nobis in Christo Richardo Porte clerico Salutem, gratiam, et ben. / Cum
per quoddam decretum, ordinationem, sive compositionem realem per nos nuper inter -
dilectos nobis in Christo parrochianos et inhabitantes de Lillington als Lynton nostre Cant.
dioc. ex una, Et Alexandrum Grigbye generosum proprietarium Rectorie de Lynton -
predicte ex altera parte, de et cum eorum mutuo consensu initum, habit. et fact. gerens
dat. xxijo die mensis Junij ultimo preteriti inter alia ordinatum, decretum, et statutum
extitit, Quod prefatus Alexander Grygbye proprietarius antedictus, heredesque Succ.
et Assignati sui proprietarij eiusdem Rectorie pro tempore existen, imposterum perpetuis
futuris temporibus, de tempore in tempus, haberent nominationem unius Capellani -
idonei, nobis aut Succ. nostris, vel nostro vel aut eorum Vicario in Spiritualibus generali
pro tempore existen, ad Vicariam perpetuam sive Saliam de Linton predict. per nos
aut Successores nostros Cantuar. Archiepos, aut nostros vel eorum Vicar. in Spirituali-
bus general. sive Commissar. pro tempore existentes approband, et admittend. Qui curam
dicte parrochie in divinis Officijs et alijs requisitis, inserviret, ac Sacramenta -
parrochianis ibidem ministrabit, prout per decretum, ordinationem sive compositionem -
realem predict. (ad quod sive quam habeatur relatio) plenius liquet et apparet / Cumque
pridem venerabilis vir mag. Thomas Cole sacre Theologie professor Archidiaconus Essex
vigore et auctoritate cuiusdam donationis sive Concessionis per prefatum Alexandrum
Grigbye proprietarium antedictum sibi (ut dicitur) imperpetuum facte et concesse, Te ad
eandem Vicariam perpetuam sive Saliam de Lynton, per mortem naturalem dui

Roberti Blande vltimi Incumbentis eiusdem, modo vacan, iuxta tenorem compositionis realis predicte, per literas suas patentes Sigillo suo sigillatas nobis nominaverit et presentaverit, Eandem igitur vicariam perpetuam sive ecclesiam de Hynton sic vacantem, et ad quam modo premisso nobis nominatus existis, tibi charitatis intuitu conferimus, Teque primitus non solum de vltima et Canonica obedientia nobis et Successoribus nostris in omnibus licitis et honestis mandatis perstando et exhibendo, ac de continue et personaliter residendo in eadem vicaria perpetua sive ecclesia, iuxta constitutiones in ea parte editas et provisas, verumetiam de renunciando, refutando, et recusando omnem et omnimodam Iurisdictionem, potestatem, et auctoritatem, et Superioritatem forinsecas, ac de recognoscendo supremam potestatem Regiam in causis ecclesiasticis, iuxta et secundum vim, formam, et effectum Statuti parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, ad sancta dei Evangelia rite iuratum, vicarium perpetuum eiusdem ecclesie, ac in et de eadem instituimus canonice et investimus cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis, Curam et Regimen animarum parochianorum ibidem tibi in domino committentes et committimus, Iuribus nostris Archiepiscopalibus et ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuar dignitate et honore in omnibus semper salvis, **Dat** in Manerio nostro de Lambehith secundo die mensis Septembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Secundo, et nostre Consecrationis Anno tertio —

Mandatum ad inducendum curatum de Linton.

Mattheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, Universis et singulis Rectoribus, Vicariis, Capellanis curatis, et non curatis, clericis et literatis quibuscunque per provinciam nostram Cantuarien vbilibet constitut Salutem, gratiam, et benedictionem. **Cum** nos alias vicariam perpetuam sive ecclesiam de Lyllingston alias Lynton nostre Cantuar dioc per mortem naturalem Roberti Blande clerici vltimi et immediati vicarij sive curati eiusdem, dudum vacan ad nominationem venerabilis viri magistri Thome Colester Theologie professoris Archidiaconi Cantuar nobis factam, vigore et auctoritate, cuiusdam donationis sive concessionis per Alexandrum Beighe generosum proprietarium Rectorie de Linton predict (vt dicitur) imperpetuum fact et concessi nobis iuxta tenorem Compositionis realis in hac parte inite, habite et facte, dilecto nobis in Christo Richardo Vorst clerico intuitu charitatis contulerimus, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituerimus canonice et investiverimus cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis, Vobis igitur communiter et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus, Quatenus eundem Richardum Vorst seu procuratorem suum legitimum eius nomine, in realem, actualem, et corporalem possessionem dicte vicarie perpetue, Iuriumque et pertinentium suorum vniversorum inducatis inducive faciatis, et defendatis inductum, Et quid in premissis feceritis, Nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite certificet ille vestrum, qui presens nostrum Mandatum fuerit executus prout decet. Dat sub Sigillo nostro secundo die mensis Septembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Secundo, Et nostre Consecrationis Anno tertio —

Bredgar ecclesie Institutio.

Quinto die mensis Septembris predicti, dominus admisit Rogerum Hurte clericum ad ecclesiam parochialem de Bredgar Cantuarien dioc vacan, Ad quam per probum virum Thomam Reader generosum ipsius ecclesie verum et indubitatum (vt dicitur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem in persona Thome Jackson clerici procuratoris sui ad hoc instituit ac ea vice investivit in eadem cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis, Curam et Regimen animarum etc. sibi in domino procuratori suo persona instituti commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. salvis, Ac recepto ab eodem Thoma Jackson nomine procuratorio etc. Iuramento de vltima obedientia etc. ac de renunciando, recusando, et refutando omnem auctoritatem et Superioritatem forinsecas ac extraneas ac de agnoscendo supremam auctoritatem Regiam iuxta vim formam, et effectum Statuti huius Regni Anglie, in ea parte editi et provisi ac acceptatis per eum oneribus etc. Scriptum fuit Archidiacono Cant seu eius Officiali ad inducendum eundem etc.

ffaynham vicarie Institutio.

Decimo quinto die mensis Octobris Anno domini 1562 Reverendissimus admisit Iohannem Holinshed clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de ffaynham Cant dioc per liberam ac spontaneam resignationem Iohannis Walshym clerici vltimi vicarij ibidem vacan, Ad quam per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram, dominam Elizabetham dei gratia Anglie, ffrancie et Hibernie Reginam, fidei defensoris etc. dicto vicario perpetuo veram et indubitatam (ut dicitur) patronam, domino presentatus debite, ipsumque vicarium perpetuum eundem instituit et cum suis iuribus et pertinentiis universis, Curam etc. ei in domino commisit, iuribus suis Archiepiscopalibus etc. in omnibus semper salvis, Ac recepto ab eodem Iohanne Holinshed iuramento de canonica obedientia etc. ac de recusando et renunciando omni forinsece superioritati et potestati et de agnoscendo supremam auctoritatem regiam in hoc regno iuxta vim et effectum statuti etc. et de continue ac personaliter residendo in eadem vicaria perpetua iuxta constitutiones etc. Scriptum fuit Archidiacono Cant. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Collatio ecclesie parochialis de North Creake Norwicensis dioc. iure devoluto

Matthaeus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et Metropolitanus, dilecto nobis in Christo magistro Iohanni Maye sacre theologie bacchalaureo salutem, gratiam et benedictionem. **Cum** ecclesia sive vicaria parochialis de North Creake Norwicensis dioc. et iurisdictionis, negligentia et incuria tam patroni originalis ipsius ecclesie, quam loci illius Ordinarii et Diocesani tam diu de iure vacaverit et vacat in presenti, ad nostram donationem et collationem, de iuris dispositione iure et legitime devoluta sit. Nos igitur patroni et ordinarii huiusmodi negligentiam et incuriam supplere volentes, ac animarum saluti parochianorum ibidem pro officii nostri debito prospicere et consulere cupientes, eandem ecclesiam parochialem de North Creake sic vacantem, et ad nostram donationem, collationem, et dispositionem iure ad nos rite devolutam, ratione lapsus temporis (ut premittitur) hac vice spectantem, tibi charitatis intuitu conferimus, teque (primitus nonnullum de licita et canonica obedientia nobis et successoribus nostris et loci Ordinario pro tempore existenti, in omnibus licitis et honestis mandatis per te prestanda et exhibenda necnon etiam de renunciando, et recusando omnem et omnimodam potestatem, auctoritatem, iurisdictionem, et superioritatem forinsecas iuxta et secundum vim, formam, et effectum statuti parliamenti huius inclyti regni Anglie in ea parte editi et provisi, ad sancta dei Evangelia rite iuratum) Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituimus canonice et investimus cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam et regimen animarum parochianorum ibidem tibi in domino committentes et committimus, iuribus nostris Archiepiscopalibus, et ecclesie nostre Metropolitice Christi Cant. necnon ecclesie cathedralis Norwicensis dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. **In cuius** rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambehith sexto die mensis Octobris Anno domini 1562. Et nostre Consecrationis Anno tertio.

Dicto sexto die Octobris scriptum fuit universis et singulis Rectoribus, Vicariis, Capellanis, et curatis etc. per provinciam Cant. ubilibet constitutis ad inducendum prefatum magistrum Iohannem Maye seu eius procuratorem etc. in realem possessionem dicte ecclesie parochialis de North Creake etc.

Bedingborne vicarie Institutio

Tertio die Novembris 1562 apud Lambehith Reverendissimus admisit Willelmum Marsh clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Bedingborne Cant. dioc. per liberam ac spontaneam resignationem ultimi incumbentis ibidem iam vacantem. Ad quam per serenissimam in Christo principem dominam Elizabetham etc. ipsius vicarie veram (ut dicitur) patronam domino presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eundem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam etc. ei in domino commisit etc. iuribus suis etc. semper salvis. Et recepto ab eodem Willelmo iuramento de canonica obedientia etc. ac de renunciando et recusando omnem et omnimodam auctoritatem et superioritatem forinsecas etc. iuxta vim et effectum statuti huius regni etc. et de continue ac personaliter residendo etc. Scriptum fuit Archidiacono Cant. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Littleborne vicarie Collatio

Nono die Novembris predicti apud Lambehith, Reverendissimus contulit Francisco Redman clerico vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Littleborne sive Cant. dioc. per mortem naturalem ultimi vicarii ibidem vacantem et ad collationem Reverendissimi pleno iure spectantem, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit, et canonice investivit in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam etc. ei in domino commisit, iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. dignitate et honore in omnibus semper salvis. Et recepto ab eodem Francisco iuramento canonice obedientie etc. et de renunciando omnimodam forinsecam potestatem etc. ac de continue et personaliter residendo etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuarie seu eius Officiali ad inducendum etc.

Wittersham ecclesie Collatio

Vicesimo octavo die eiusdem mensis Novembris Reverendissimus contulit Roberto Whitting clerico ecclesiam parochialem de Wittersham Cant. dioc. per mortem naturalem Edwardi Buckley clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem, ac ad collationem Reverendissimi pleno iure spectantem, ipsumque Rectorem eundem instituit ac canonice investivit in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam etc. ei in domino commisit, iuribus suis

Archiepalibus et ecclie Metropolitice xpi Cantuar dignitate et honore in omnibus
semper salvis / Ac recepto ab eodem Roberto Whiting (in persona Willmi Whyting
clerici procuratoris sui &c. Iuramento de Canonica obia &c. ac de renunciando omnimode
extraneo ptati iuxta Dim, et observand Statut huius regni &c. ac acceptata cura &c.
Scriptum fuit Archino Cant seu suo Officiali ad Inducendum &c.

Brensett Vicarie Institutio

Duodecimo die mensis Decembris Anno dni 1562 apud Lambehith Reverendissimus
admisit Johem Pady clicum ad Vicariam perpetuam ecclie parochialis de Brensett —
Cant dioc per mortem naturalem Thome Chapman clici vltimi Vicarij et Incumbentis
ibm vacan, Ad quam per Venerabilem virum (Willmum Damsell militem ipius Vicarie —
verum ac indubitatum (vt dicitur) patronum domino presentatus extitit, eundemque Vicarium —
perpetuum eundem instituit &c. cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis / Curam &c. ei in
Domino commisit, Iuribus suis Archiepalibus &c. semper salvis / Ac recepto ab eodem —
Johe Iuram de Canonica obia &c. ac de renunciando et recusando omni extraneo ptati iuxta —
formam Statuti &c. ac de continuo et personaliter residendo &c. Scriptum fuit Archino
Cant seu suo Officiali ad inducendum &c.

Herne Vicarie Collatio

Vicesimo primo die eiusdem Decembris Reverendissimus contulit Johanni —
Bridge clico Vicariam perpetuam ecclie parochialis de Herne Cant dioc, de Iure —
vacan, ac ad collationem Reverendissimi pleno Iure spectan, eundemque Vicarium perpetuum
eundem instituit &c. cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis / Curam &c. ei in Domino
commisit, Iuribus suis Archiepalibus &c. semper salvis / Ac recepto ab eodem Johanne —
Iuram de Canonica obia &c. ac de renunciando omni extraneo ptati iuxta formam Statuti &c.
ac de continuo et personaliter residendo &c. ac acceptata cura &c. Scriptum fuit Archino
Cant seu suo Officiali ad Inducendum &c.

Preston iuxta Feversham Vicarie Collatio

Eodem die apud Lambehith Reverendissimus contulit Willmo Russell clico —
Vicariam perpetuam ecclie parochialis de Preston iuxta Feversham Cant dioc per
deprivacionem vltimi et immediati Vicarij ibm vacan, ac ad Collationem domini —
pleno Iure spectan / eundemque Vicarium perpetuum eundem instituit &c. cum suis Iuribus
et pertinentiis vniversis / Curam &c. ei in Domino commisit Iuribus suis Archiepalibus
semper salvis / Et recepto ab eodem Willmo Russell Iuramento Canonice obie &c. ac
de renunciando omnimode ptati extranee &c. ac de continuo et personaliter residendo &c.
Scriptum fuit Archino Cant sive suo Officiali ad inducendum &c.

Marden Vicarie Institutio

Octavo die mensis Januarij Anno dni iuxta computacionem ecclie Anglicane
1562 Dominus admisit Henricum Barnes clicum ad Vicariam perpetuam ecclie —
parochialis de Marden sue Cant dioc per liberam et spontaneam resignacionem
vltimi Incumbentis eiusdem vacan, Ad quam per Dominam nram Elizabetham —
Reginam ipius ecclie verum (vt dicitur) patronam domino presentatus extitit, eundemque —
Vicarium perpetuum eundem instituit &c. cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis, Curam
et regimen &c. ei in Domino commisit & Iuribus suis Archiepalibus &c. semper salvis
Et recepto ab eodem Henrico Iuramento Canonice obie &c. ac de renunciando omnimode
ptati extranee iuxta formam Statuti &c. et de continuo ac personaliter residendo &c.
Scriptum fuit Archino Cant seu suo Officiali ad inducendum &c.

Estlangdon ecclie Institutio

Nono die mensis Januarij predicti, Dominus admisit Johem Cowper clicum ad
Ecclesiam parochialem de Estlangdon Cant dioc per deprivacionem Thome Alyn clici —
vltimi Rectoris eiusdem vacan / Ad quam per Elizabetham Master viduam ac ex-
ecutricem testamentariam Iacobi Master infantis ac filij naturalis et lgtimi eiusdem —
Elizabethe et Thome Master nuper sui mariti def, ipius ecclie racione [illegible]
verum (vt dicitur) hac vice patronam domino presentatus extitit, eundemque Rectorem eundem
instituit &c. cum suis Iuribus et pertinentiis vniversis / Curam &c. ei in Domino commisit, —
Iuribus suis Archiepalibus &c. semper salvis / Ac recepto ab eodem Johe Cowper
Iuramento Canonice obie &c. ac de renunciando extraneam ptatem &c. et acceptata cura &c.
Scriptum fuit Archino Cant seu suo Officiali ad inducendum &c.

Demechurch ecclie Institutio

Vicesimo septimo die Januarij antedicto, Dominus admisit Johem Ffrepett —
clicum ad Ecclesiam parochialem de Demechurch Cant dioc per mortem naturalem vltimi
Rectoris ibm vacan / Ad quam per dominam nram Elizabetham Reginam &c. ipius ecclie
verum (vt dicitur) patronam domino presentatus extitit, eundemque Rectorem eundem instituit &c. cum
suis Iuribus et pertinentiis vniversis &c. Curam &c. ei in Domino commisit, Iuribus suis

Archiepalibus et ecclie xpi Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem tunc prestito iuramento de renunciando omni forinsece potestati etc. ac de recognoscendo supremam authoritatem regiam iuxta formam Statuti etc. et declarata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuarien seu eius Officiali ad inducendum etc.

Nominatio sive presentatio ad Officium Custodie Collegii de Mertona in Oxonia.

Reverendo in xpo patri et domino, domino Mattheo permissione divina Cantuar. Archiepo, totius Angliae primati et Metropolitano, nostro vero et indubitato patrono, eiusve in Spiritualibus Vicario generali / Vestri humiles et devoti Gulielmus Martialis Vicecustos domus sive Collegii Mertonensis in Oxonia, et eiusdem domus Socii et Scholares, obedientiam et reverentiam omnimodam tanto patri debitas cum honore, Vacante nuper Officio custodie domus predicte, per resignationem magistri Jacobi Gervys legum Civilium doctoris ultimi custodis ibm, Nos prefati Vicecustos et reliqui omnes Socii, in dicta domo Capitulariter, collegialiterque vicesimo octavo die Januarii hora nona ante meridiem congregati et Capitulum in ea parte celebrantes, vocatis primitus et etiam premonitis omnibus et singulis vocem, Jus, seu interesse in electione, nominatione futuri custodis eiusdem domus habentibus, visis, perlectisque Statutis et Consuetudinibus domus predicte, preterea perpensis consideratisque omnibus et singulis in hac parte perpendendis et considerandis, die et anno infrascriptis. Septem de provectioribus et discretioribus dicte domus nre Sociis assignavimus ad inquirendum a singulis eiusdem domus Sociis et Scholaribus, siquos in Spiritualibus et temporalibus sive de dicta domo sive aliunde discretos et expertos noverint, et cum eos omnes audierint, tunc dictis septem, pensatis industria, probitate et honestate singulorum, tres quos magis idoneos et domui nre utiliores intellexerint de hiis qui per dictos Scholares nominati fuerint: aut aliis (si liquido magis expedierit) plenam in domino dedimus nominandi potestatem./ Qui quidem Septem, forma statutorum fundatoris nri omni ex parte observata, in hosce tres viros admodum providos et discretos, Robertum Huicke rei medice professorem, et Serenissime regine nre Elizabethe medicum, Robertum Hodson artium magistrum, reique medice peritum, et Philippum Huckell artium magistrum, experientiaque haud contemnende virum quondam dicte domus consocios, viros utique in Spiritualibus et temporalibus valde circumspectos, atque ex illis, qui inter nos, et dicte domus Scholares nominati fuerint magis idoneos, et eidem domui utiliores, vota sua tunc ibm unanimiter direxerunt, ut unus ex hiis tribus per tuam celsitudinem Reverendissime pater in Custodem dicte domus preficeretur. Eosdem venerabiles viros paternitati vre, presul amplissime nominarunt, et idem nominant per presentes, quos etiam Vic. et Socii predicte domus eidem vre paternitati vir clarissime, ornatissimeque, iuxta et secundum formam nrorum Statutorum tenore presentium nominamus et presentamus / Humiliter supplicantes, Quatenus unum ex eis sic vobis nominatis in Custodem dicte domus nre preficere, sibique administrationem in Spiritualibus et temporalibus dicte domus, iuxta Statutorum predictorum exigentiam plenarie committere dignetur eadem vra reverenda paternitas, quam deus opt. max. diutius incolumem conservet, ad felicissimum sui gregis regimen. In cuius rei testimonium Sigillum nrum Commune hiis presentibus apposuimus / Dat. in domo nra Capitulari Anno dni Millimo, Quingen°, Sexagesimo, primo vicesimo octavo die Januarii, et Anno Serenissime regine nre Elizabethe quarto.

Vicesimo octavo die Januarii Ao 1561.
Hora eiusdem diei nona.

Ego Gulielmus Martialis Vic. domus sive Collegii Mertonensis in Oxonia unacum septem de discretioribus dicte domus Sociis convenimus ad domum nram Capitularem, die, hora, et loco prius constitutis, cui Sigillum nrum commune apposuimus ad nominandum tres quos domui nre magis idoneos et utiles intellexerimus, quemadmodum acta sunt, ex singulorum suffragiis, sua cuiusque manu scriptis, omnibus patere possit.

Ego Gulielmus Martialis nomino hosce tres venerabiles viros, magistrum Robertum Huicke Serenissime regine nre medicum, Robertum Hodsonum artium magistrum, et rei medice peritum, et Philippum Huckell artium magistrum.

Ego Johannes Beale hosce tres venerabiles viros nomino, magistrum [illegible] doctorem

S. Pauli, magistrum Huicke, et magistrum Masters serenissime regine nostre medicos.

Ego Gulielmus Hall nomino hos tres viros scilicet magistrum doctorem Huicke serenissime nostre regine medicum, et magistrum Philippum Huicke, et magistrum Hogsen artium magistros Vt ex hijs patronus noster pro sua grauissima censura eligat in Custodem dignissimum.

Ego Rogerus Gyfford nomino magistrum doctorem Huicke serenissime regine medicum magistrum Richardum Masters, magistrum Alexandrum Nowell.

Ego Jacobus Leche nomino hos tres preclaros viros magistrum Alexandrum Nowell decanum S. Pauli. D. doctorem Huicke, et D. doctorem Masters, medicos regios.

Ego Johannes Pott nomino hos tres, magistrum doctorem Huicke regine nostre medicum, magistrum Hodsonum, et [illegible] Huicke.

Ego Thomas Benyon, hos tres eximios viros, magistrum Robertum Huicke, magistrum Hodgson, magistrum Huicke nomino.

vide fol. 320. 321

Harbaldowne ecclie Collatio.

Vicesimo primo die mensis Marcij Anno dñi iuxta Computacionem &c. 1562 apud Lamehith Reverendissimus contulit Roberto Pownall clerico ecclesiam parrochialem de Harbaldowne Cantuar. dioc. per mortem naturalem Roberti Morbery, clerici vltimi et immediati Rectoris ibm vacantem, et ad collacionem Reverendissimi pleno iure spectantem, ipsumque Rectorem eiusdem in persona Allen generalis procuratoris sui &c. instituit &c. cum suis iuribus et pertinenciis vniuersis. Curam &c. ei in domino commisit, iuribus suis Archiepiscopalibus &c. semper saluis. Et recepto ab eodem Allen nomine procuratorio &c. iuramento de Canonica obedientia &c. ac de renunciando omnimode forane superioritati &c. et de agnoscendo supremam auctoritatem regiam &c. iuxta formam Statuti &c. et acceptata cura &c. Scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc. Cantuar. seu eius deputato ad inducendum &c.

Estpekham vicarie Institutio.

Vicesimo tertio die Marcij predicti, dominus admisit Willelmum Stace clericum ad vicariam perpetuam ecclie parochialis de Estpekham decanatus de Shorham ecclie xpi Cant. Iurisdiccionis immediate per mortem naturalem Willelmi Archer clerici vltimi vicarij ibm, Ad quam per Decanum et Capitulum ecclie cathedralis xpi Cant. predicte, dicte vicarie perpetue veros (vt dicitur) patronos domino presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit &c. cum suis iuribus et pertinenciis vniuersis. Curam &c. ei in domino commisit, iuribus &c. Ac recepto ab eodem Willelmo Stace iuramento Canonice obedientie &c. ac de renunciando omnimode forane potestati &c. iuxta formam Statuti &c. et de continue et personaliter residendo &c. Scriptum fuit decano decanatus de Shorham seu eius deputato, necnon vniuersis et singulis &c. ad inducendum &c.

ffordwich ecclie Collatio.

Vltimo die eiusdem mensis Marcij Ao 1563 Reverendissimus contulit Andree Peerson clerico et Capellano suo ecclesiam parochialem de ffordwich Cant. dioc. per mortem naturalem Iohis Armerar clerici vltimi Incumbentis in eadem vacantem, et ad collacionem Reverendissimi pleno iure spectantem, ipsumque Rectorem eiusdem instituit &c. cum suis iuribus et pertinenciis vniuersis. Curam &c. ei in domino commisit, iuribus suis Archiepiscopalibus &c. semper saluis. Et recepto ab eodem Andrea iuramento Canonice obedientie &c. ac de renunciando omnem potestatem foraneam iuxta formam Statuti &c. et acceptata cura &c. Scriptum fuit Commissario generali Civitatis et dioc. Cant. seu eius deputato ad inducendum &c.

Borton Aluph vicar. Institutio.

Decimo sexto die mensis Aprilis anno 1563 dominus admisit Thomam Pett clericum ad vicariam perpetuam ecclie parochialis de Borton Aluph Cantuarien. dioc. per liberam et spontaneam resignacionem dni Dauidis Cotton clerici vltimi vicarij ibm in manus dni factam et per eum admissam vacantem, Ad quam per dnm Willelmum Damsell militem, eiusdem vicarie perpetue verum (vt dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit &c. cum suis iuribus et pertinenciis vniuersis. Curam &c. ei in domino commisit, iuribus suis Archiepiscopalibus &c. Ac recepto ab eodem Thoma Pett iuramento de Canonica obedientia &c. et de renunciando omnimode forane potestati &c. et de continue ac personaliter residendo &c. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar. seu eius Officiali ad inducendum &c.

Burmershe ecclie Institutio.

Vicesimo secundo die eiusdem Aprilis dominus admisit Thomam Bradshawe clericum ad ecclesiam parochialem de Burmershe als Burroughmershe Cant. dioc. per liberam et spontaneam resignacionem Radulphi Whitlym clerici vltimi Rectoris ibm vacantem, Ad quam per Serenissimam in xpo principem et dominam nostram, dnam Elizabetham dei gratia Anglie ffrancie et hibernie reginam, fidei defensorem &c. eiusdem ecclie veram patronam domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem instituit &c. cum suis iuribus et pertinenciis vniuersis. Curam &c. ei in domino commisit, iuribus suis &c. semper saluis. Ac recepto ab eodem Thoma iuramento de Canonica obedientia &c. et de renunciando omnimode forane potestati &c. Scriptum fuit Archidiacono Cant. seu eius Officiali ad inducendum &c.

Wrotham vicar. Collatio.

Vicesimo septimo die mensis Aprilis antedicti, dominus contulit Thome Marrant clerico vicariam perpetuam ecclie parochialis de Wrotham cum capella eidem annexa decanatus de Shorham ecclie sue xpi Cant. Iurisdiccionis immediate de iure vacantem, et ad collacionem Reverendissimi pleno iure spectantem, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit &c. cum suis iuribus et pertinenciis vniuersis. Curam &c. ei in domino commisit, iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclie sue xpi Cant. dignitate et honore in omnibus semper saluis. Et recepto ab eodem Thoma iuramento Canonice obedientie &c. et iuxta formam Statuti &c. et de personaliter residendo &c. et acceptata cura &c. Scriptum fuit decano de Shorham seu eius deputato ad inducendum &c.

Ste Mildrede Ecclie Civite Cant. Institutio.

Vicesimo Nono die Aprilis predicto dominus admisit Richardum Hedleye clericum ad Ecclesiam parochialem Sancte Mildrede Civitatis et dioc. Cant. ultimo vacantem Ad quam per Serenissimam in Christo principem et dominam nostram, dominam Elizabetham dei gratia, Anglie, Francie, et Hibernie Reginam, fidei defensorem etc. eiusdem ecclesie veram et indubitatam (ut dicitur) patronam domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Juribus suis Archiepiscopalibus etc. Et recepto ab eodem Richardo Hedleye Juramento Canonice obedientie etc. et de renunciando omnimode fraude pravitati ac de agnoscendo supremam auctoritatem regiam iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar. seu suo Officiali ad inducendum etc.

Penshurst ecclie Institutio / c /

Eodem die dominus admisit Willelmum Dartnoll clericum ad Ecclesiam parochialem de Penshurst decanatus de Shorham ecclesie Christi Cant. Jurisdictionis immediate, per mortem naturalem Johannis Armerer clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem / Ad quam per Strenuum virum dominum Henricum Sydney militem, eiusdem ecclesie verum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Juribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. dignitate et honore in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Willelmo Juramento Canonice obedientie etc. et iuxta formam Statuti etc. Scriptum fuit decano decanatus de Shorham seu suo deputato, necnon universis et singulis ad inducendum etc. / / / /

Sti Leonardi in Estchepe Rectorie Institutio /

Quinto die mensis Maij Anno 1563 predicto dominus admisit Johannem Hayton clericum ad Ecclesiam parochialem Sancti Leonardi in Estchepe decanatus de Archubus London. ecclesie Christi Cantuarien. Jurisdictionis immediate, per mortem naturalem Richardi Thompson clerici ultimi et immediati Rectoris ibidem vacantem Ad quam per decanum et Capitulum ecclesie [illegible] Christi Cantuar. eiusdem ecclesie veros et indubitatos (ut dicitur) patronos domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit Juribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie sue predicte Cant. dignitate et honore in omnibus semper salvis / Ac recepto ab eodem Johanne Hayton Juramento de Canonica obedientia etc. et iuxta de renunciando fraude pravitati etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit decano de Archubus seu suo ~~Officiali~~ deputato ad inducendum etc.

Beate Marie Bothawe ecclie Institutio /

Sexto die eiusdem mensis Maij dominus admisit Henricum Wright clericum ad Ecclesiam parochialem beate Marie Bothawe decanatus de Archubus London. ecclesie Metropolitice Christi Cant. Jurisdictionis immediate, per liberam et spontaneam resignationem Thome Chamber clerici ultimi Rectoris ibidem in manus dicti domini factam et per eum admissam vacantem, Ad quam per decanum et Capitulum ecclesie Christi Cant. predicte eiusdem ecclesie veros (ut dicitur) patronos domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis Curam etc. ei in domino commisit / Juribus suis Archiepiscopalibus etc. et ecclesie Christi Cantuar. predicte dignitate et honore in omnibus semper salvis / Et recepto ab eodem Henrico Juramento de Canonica obedientia etc. et iuxta formam Statuti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit decano de Archubus London. seu suo deputato necnon universis etc. ad inducendum

Chedingstone ecclie Collatio / c /

Septimo die eiusdem mensis Maij dominus contulit Johanni Hill clerico Cappellano suo ecclesiam parochialem de Chedingstone decanatus de Shorham ecclesie Christi Cant. Jurisdictionis immediate de iure vacantem, ac ad Collationem Reverendissimi pleno iure spectantem, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Juribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis / Ac recepto ab eodem Johanne Hill Juramento Canonice obedientie etc. et de renunciando omni fraude pravitati etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit decano de Shorham seu suo deputato necnon universis etc. ad inducendum etc.

Beate Marie in Marisco ecclie collatio

Eodem die Reverendissimus contulit Richardo Welles clerico ecclesiam parochialem beate Marie in le Marisco Cant. dioc. per mortem naturalem Christoferi Jones clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem, ac ad Collationem Reverendissimi pleno iure spectantem, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei in domino commisit, Juribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis etc. Ac recepto Juramento Canonice obedientie etc. et iuxta formam Statuti etc. Scriptum fuit Archidiacono Cant. seu suo Officiali ad inducendum etc. / /

Decimo die Maij ao supradicto, dominus admisit Willelmum Georgij clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis Sancti Clementis in oppido Sandwici Cant. dioc. per mortem naturalem Thome Grindevour ultimi vicarij ibidem vacantem / Ad quam per Reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Edmundum permissione diuina Roffen episcopum, Commendatarium Archidiaconatus Cantuar. dicte vicarie patronum verum et indubitatum (ratione Archidiaconatus predicti) prefato domino presentatus extitit, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis vniuersis / Curam etc. ei in domino commisit / Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. dignitate et honore in omnibus semper saluis / Ac recepto ab eodem Willelmo Georgij iuramento solito etc. et de renunciando omni forensi potestati etc. ac de continue et personaliter residendo etc. Scriptum fuit Archidiacono Cant. seu eius Officiali ad inducendum etc. /

Sancti Clementis vicarie institutio in villa Sandwici

Undecimo die maij antedicti dominus admisit magistrum Richardum Chaundler sacre theologie? artium magistrum ad ecclesiam parochialem Sancti Edmundi Regis in Lumbardstrete decanatus de Archubus London ecclesie Christi Cant. iurisdictionis immediate per mortem naturalem Petri Alexander clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem / Ad quam per decanum et Capitulum ecclesie Christi Cant. predicte eiusdem ecclesie veros (ut dicitur) patronos domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem in persona magistri Thome Turnor notarij publici procuratoris sui etc. instituit cum suis iuribus et pertinentiis vniuersis / Curam etc. ei (in dicti procuratoris sui persona) in domino commisit / Iuribus suis Archiepiscopalibus et ecclesie Christi Cant. predicte dignitate et honore semper saluis etc. Ac recepto ab eodem magistro Thoma Turnor nomine procuratorio etc. iuramento solito etc. ac de renunciando omni forensi potestati etc. et subscriptione [illegible] etc. Scriptum fuit decano decanatus de Archubus London seu eius deputato, necnon vniuersis et singulis etc. ad inducendum etc.

Sancti Edmundi in Lumbardstrete Rectoris institutio /

Primo die mensis Iunij Ao domini 1563 dominus contulit Johanni Bunge Artium magistro vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Grauncester Elien dioc. de iure vacantem et ad collationem dicti domini ad eum iure devoluto ratione Lapsus temporis hac vice spectantem, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis vniuersis / Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus etc. et ecclesie cathedralis Elien necnon ecclesie Metropolitice Christi Cant. dignitatibus et honoribus in omnibus semper saluis / Et recepto ab eodem Johanne Bunge iuramento solito etc. et de renunciando omni forensi potestati etc. ac de continue residendo etc. Scriptum fuit Archidiacono Elien seu eius Officiali necnon vniuersis et singulis etc. ad inducendum etc. /

Grauncester vicarie Elien dioc. Collatio iure devoluto

Quarto die mensis Iunij dominus admisit Henricum Westphaling clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Hyrnne sive Cant. dioc. per mortem naturalem Johannis Kete clerici ultimi vicarij ibidem vacantem, Ad quam per Reverendum in Christo patrem et dominum Edmundum permissione diuina Roffen episcopum Commendatarium Archidiaconatus ac de ecclesie dicte vicarie patronum verum (ut dicitur) prefato domino presentatus extitit, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis vniuersis / Curam etc. ei in domino commisit / Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. semper saluis / Ac recepto ab eodem Henrico iuramento solito etc. et de renunciando omni forensi potestati etc. et de continue et personaliter residendo etc. Scriptum fuit vniuersis et singulis etc. ad inducendum etc. /

Hyrnne vicarie institutio

Matthaeus permissione divina Cantuar. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus / Dilecto nobis in Christo Christofero Metcalfe clerico Salutem, graciam et Ben. / Cum nos de certis causis veris iustis, rationabilibus et legitimis nos in hac parte specialiter moventibus, Omnes et singulos fructus, redditus decimas, obventiones, Commoditates, et emolumenta quecumque ad ecclesiam parochialem de Halton decanatus de Risbergh, ecclesie nostre Christi Cantuar. Iurisdictionis immediate et Rectorem eiusdem ecclesie pro tempore existentem spectan. et pertinen. ex officio nostro duxerimus sequestrand. fore, et huiusmodi Sequestri nostri Custodiam tibi committend., Iusticia ita exigen. Ad publicand. igitur huiusmodi Sequestrum nostrum sic per nos interpositum omnibus et singulis quorum interest in hac parte, Necnon ad colligend. levand. et percipiend. omnes et singulos fructus, decimas, obventiones, Commoditates et emolumenta ecclesiastica quecumque ad dictam ecclesiam parochialem de Halton quoquo modo spectan. et pertinen., Eaque et ea sic collect. levat. et percept. sub salvo et tuto Sequestro custodiend. et conservand. / Ac que temporis mora de verisimili futura sunt deteriora, iusto precio alienand. et venditioni exponend. Atque de Collectis levatis, et perceptis huiusmodi cure dicte ecclesie in divinis et aliis requisitis debite deserviri, ac omnia onera eidem ecclesie incumbentia debite supportari faciend. et procurand. / Ac de eisdem sic collect. levat. et percept. fidelem nobis Compotum sive Rationem cum ad hoc congrue fueris requisitus iuste reddend. et faciend. / Ceteraque omnia et singula alia faciend., exercend., et expediend. que in hac parte de iure necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi vices et auctoritatem nostras committimus per presentes, Tantisper duratur. quoad eas duxerimus revocand. / Dat. sub Sigillo nostro xxijᵒ die mensis Octobris Anno domini Millesimo, Quingen. Sexagesimo, Quarto, et nostre Cons. Anno Quinto.

Sequestratio fructuum ecclie sci Vedasti London.

Eadem xxijᵒ die Octobris, dominus (de certis causis iustis et legitimis eum in hac parte specialiter moventibus) Sequestravit omnes et singulos fructus, redditus, proventus, decimas, oblaciones, ac cetera Iura et emolumenta ecclesiastica quecumque ad ecclesiam parochialem Sancti Vedasti decanatus de Arcubus London ecclesie Christi Cantuar. Iurisdictionis immediate et eius Rectorem pro tempore existentem quomodolibet pertinen., Et commisit Custodiam et collectionem eorundem Willelmo Morfette clerico, etc. salva potestate revocand. eundem Willelmum ad computum etc.

Multon Vicarie Institutio

Eodem die dominus admisit Richardum Chapper clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Multon decanatus de Bocking ecclesie sue Christi Cantuar. Iurisdictionis immediate per mortem naturalem Rogeri Malton clerici ultimi Vicarii ibidem vacan., Ad quam per honorandum virum Edwardum North militem, dominum de Cartelage, ipsius Vicarie perpetue verum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem in persona Edwardi Bygges notarii publici procuratoris sui etc. instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curam etc. ei (in dicti sui procuratoris persona) in domino committimus / Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis / Et prestito per eundem Edwardum Bygges Iuramento Canonice obed. etc. et de renunciando omni fraude prestiti etc. et de continue residendo etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit decano decanatus de Bocking predict. seu eius deputato necnon universis et singulis etc. ad inducendum etc.

Quarto die mensis Novembris Anno domini Millesimo, Quingentesimo,

Bettishanger ecclesie Institutio

Sexagesimo, Quarto predicto, dominus admisit Thomam Lilford clericum ad ecclesiam parochialem de Bettishanger sue Cant. dioc. per liberam et spontaneam resignacionem Willelmi Deacon clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem. Ad quam per probum virum Willelmum Boys de Tilmanston in com. Kanc. generosum, ipsius ecclesie verum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam etc. sibi in domino commisit, iuribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis. Et recepto ab eodem Thoma iuramento canonice obedientie etc. et de renunciando fraude pravitati etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar. seu eius Offic. ad inducendum.

Halton ecclesie Collatio

Vicesimo tertio die Novembris predicti apud Lambehith, dominus contulit Thome Bullocke clerico, Ecclesiam parochialem de Halton decanatus de Risborgh, ecclesie sue Christi Cant. iurisdictionis immediate per mortem naturalem ultimi Rectoris ibidem vacantem et ad Collacionem domini [illegible] spectantem, ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam etc. sibi in domino commisit, iuribus suis etc. semper salvis. Et recepto ab eodem Thoma iuramento canonice obedientie etc. et de renunciando omni fraude pravitati etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit decano decanatus de Risborgh seu eius deputato, necnon universis et singulis etc. ad inducendum etc.

Crondall ecclesie collatio iure devoluto.

Vicesimo quinto die mensis Novembris predicti dominus contulit Thome Turpin clerico Ecclesiam parochialem de Crondall sue Cantur. dioc. vacantem et ad collacionem domini iure ad eum rite devoluto racione lapsus temporis hac vice spectantem, ipsumque Rectorem eiusdem (in persona magistri Johannis Hill clerici procuratoris sui etc.) instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam etc. (sibi in dicti sui procuratoris persona) in domino commisit, iuribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis. Et recepto ab eodem magistro Hill nomine procuratorio etc. iuramento canonice obedientie etc. et de renunciando omni fraude pravitati etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar. seu eius Officiali ad inducendum.

Beate Marie Sandwich vicarie Institutio.

Eodem die dominus admisit Thomam Pateson clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis beate Marie ville Sandwici Cant. dioc. per liberam et spontaneam resignacionem Johannis Steward clerici ultimi vicarij ibidem in manus suas factam et per eum admissam vacantem. Ad quam per Reverendum in Christo patrem, dominum Edmundum Roffen. permissione divina Roffen. episcopum Commendatarium Archidiaconatus Cant. ac eiusdem Archidiaconatus Cantuar. verum et indubitatum (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam etc. sibi in domino commisit iuribus suis etc. semper salvis. Et prestito per eum iuramento canonice obedientie etc. et de renunciando omni fraude pravitati etc. ac de continue et personaliter residendo etc. et acceptata Cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Elmestede vicarie Collatio

Primo die mensis Decembris Anno domini 1564 predicto, dominus contulit Eustachio ffrencham clerico vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Elmestede sue Cantuarien. dioc. per liberam et spontaneam resignacionem ultimi vicarij ibidem vacantem, et ad suam Collacionem pleno iure spectantem, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam et regimen etc. sibi in domino commisit, iuribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis. Et recepto ab eodem Eustachio, iuramento Canonice obedientie etc. et de renunciando omni fraude pravitati etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar. seu eius Officiali ad inducendum eum etc.

Barfreston alias Barston ecclesie Institutio

Duodecimo die Mensis Januarij Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane 1564 predict., dominus admisit Thomam Taylor clericum ad ecclesiam parochialem de Barfreston alias Barston sue Cantuarien. dioc. per mortem naturalem domini Rogeri Jackeson ultimi et immediati Rectoris ibidem vacantem. Ad quam per Christopherum Hey generosum, ipsius ecclesie (racione cuiusdam advocationis sive iurispatronatus eiusdem per quendam Thomam Colles Armigerum inde facte et concesse) hac vice (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam etc. sibi in domino commisit, iuribus Archiepiscopalibus etc. semper salvis. Et recepto ab eodem Thoma Taylor iuramento Canonice obedientie etc. ac de renunciando omni fraudi pravitati iuxta formam Statuti Parliamenti etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar. seu eius Officiali ad inducendum etc.

Chartham ecclesie Collatio

Decimo sexto die Mensis Januarii predicti apud Lambehith Reverendissimus contulit Johanni Bungey Clerico Artium magistro Ecclesiam parochialem de Chartham sue Cantuariensis diocesis per mortem naturalem magistri Johannis Milles Clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem, et ad collationem suam pleno iure spectantem, ipsumque Rectorem eiusdem instituit et canonice investivit in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum etc. sibi in domino commisit, Juribus suis et Archiepiscopalibus etc. semper salvis etc. Recepto ab eodem Johanne Bungey Juramento de canonica obedientia etc. et de renunciando omni foranee auctoritati iuxta formam statuti Parliamenti etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum etc.

7. Prebenda in ecclesia Christi Cantuariensis

Decimo nono die Mensis Januarii predicti dominus admisit Willelmum Kynge Clericum Artium magistrum. Ad Canonicatum sive Prebendam in Ecclesia sua Metropolitica Christi Cantuariensis quos magister Johannes Myllys nuper habuit et possidebat per mortem naturalem eiusdem magistri Johannis Myllys vacantem. Ad quos per probum virum magistrum Johannem Tamworthe generosum eorundem Canonicatus et Prebende (ratione cuiusdam concessionis Advocationis Jurispatronatus eorundem, per Serenissimam in Christo Principem et dominam nostram dominam Elizabeth dei gratia Anglie Francie et Hibernie Reginam fidei defensorem etc. eidem Johanni Tamworthe in hac parte facte et concesse) verum et indubitatum (ut dicitur) hac vice patronum domino presentatus extitit. Ipsumque in Canonicatum et Prebendarium eorundem in persona magistri Johannis Hill clerici procuratoris sui etc. instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis etc. Et Recepto ab eodem Johanne Hill nomine procuratorio prefati magistri Kynge etc. Juramento de canonica obedientia etc. ac de Renunciando omnimode foranee potestati iuxta formam statuti etc. Et de observando Statuta et consuetudines ecclesie Christi Cantuariensis etc. Scriptum fuit Decano et Capitulo eiusdem ecclesie ad inducendum et installandum etc.

Brenzett ecclesie Institutio

Tricesimo die Mensis Januarii predicti dominus admisit Ricardum Webbe Clericum Ad Ecclesiam parochialem de Brenzett sue Cantuariensis diocesis modo de iure et facto vacantem Ad quam per Illustrissimam dominam nostram Reginam Elizabeth etc. huius ecclesie (ut dicitur) patronam domino presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum etc. sibi in domino commisit, Juribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis etc. Et Recepto ab eodem Ricardo Webbe Juramento de canonica obedientia etc. et de Renunciando omni foranee potestati etc. et acceptata Cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum

Crundale ecclesie Institutio

Secundo die Mensis Februarii Anno domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane 1564 predicto dominus admisit Robertum Hilles Clericum ad Ecclesiam parochialem de Crundale sue Cantuariensis diocesis per liberam et spontaneam Resignationem domini Adriani Saterdale ultimi Rectoris ibidem in manus domini factam et per eum admissam vacantem Ad quam per Gervasium Cartwright generosum huius ecclesie (Ratione cuiusdam Advocationis Jurispatronatus eiusdem per quendam Thomam Kempe Militem eidem Gervasio Cartwright in hac parte concesse) hac vice (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque etc. sibi in domino commisit Juribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis etc. Et Recepto ab eodem Roberto Hilles Juramento de canonica obedientia etc. et de Renunciando omni foranee potestati etc. et acceptata Cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum eum etc.

Collatio ecclesie de Blackmanston

Quinto die Mensis Februarii predicti Reverendissimus contulit Hemyngo Larke clerico Ecclesiam parochialem de Blackmanston sue Cantuariensis diocesis de iure vacantem, et ad collationem suam pleno iure spectantem, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis. Et Recepto ab eodem Hemyngo Larke Juramento consueto (ut dicebatur) etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum etc.

368

Sexto die Mensis Februarii predictus dominus admisit Thomam Gregorye clericum ad rectoriam parochialem de Knolton Cantuariensis diocesis per liberam resignationem Johannis Armtridinge Clerici ultimi incumbentis ibidem vacantem. Ad quam per discretum virum Thomam Peyton armigerum eiusdem ecclesie hac vice (ut dicitur) patronum dicto reverendissimo presentatus extitit, ipsumque rectorem eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curamque et regimen animarum ei in domino commisit iuribus suis archiepiscopalibus etc. semper salvis etc. Et recepit ab eodem Thoma Gregorye iuramentum de ultimo obitu etc. et de renunciando omni forinsece potestati etc. Et scriptum fuit Archidiacono Cantuariensis seu eius Officiali ad inducendum etc. /. /. /. /. /. /. /. /. /.

Knolton ecclesie Institutio /

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in Christo Bartholomeo Buffelde clerico salutem graciam et benedictionem. Cum nos ex certis causis iustis rationabilibus et legitimis nos in ea parte specialiter moventibus omnes et singulos fructus redditus decimas obventiones commoditates et emolumenta quecunque ad ecclesiam parochialem beate Marie Bothawe decanatus de Archubus London nostre diocesis et nostre Cantuariensis iurisdictionis immediate et rectorem eiusdem ecclesie pro tempore existentem spectantes et pertinentes ex officio nostro duxerimus sequestrandum fore et eorundem sequestri nostri custodiam tibi committendam iustitia id ita exigente. Ad publicandum igitur eiusdem sequestrationem nostram sic per nos interpositam omnibus et singulis quibus interest in hac parte. Necnon ad colligendum levandum et percipiendum omnes et singulos fructus decimas obventiones commoditates et emolumenta ecclesiastica quecunque ad dictam ecclesiam parochialem quoquomodo spectantes et pertinentes easque et ea sic collecta levata et percepta sub salvo et tuto sequestro custodiendum et conservandum ac que temporis mora deteriora verisimiliter fuerint deteriora iusto precio alienandum ac venditioni exponendum atque de collectis levatis et perceptis eorundem curam dicte parochie interim et aliis requisitis debite deserviri ac omnia onera eidem ecclesie incumbentia debite supportari faciendum et causandum ac de residuo sic collecto levato et percepto fidelem nobis compotum sive rationem cum ad hoc congrue fueritis requisitus iuste reddendum et faciendum. Ceteraque omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in hac parte de iure necessaria fuerint seu quomodolibet requisita. Tibi vices et auctoritatem nostras committimus per presentes tantisper duraturas quoad eas duxerimus revocandas. Datum sub sigillo nostro die mensis Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo sexagesimo quarto Et nostre consecrationis Anno Quinto /. /. /. /. /. /.

Sequestratio fructuum ecclesie beate Marie Bothawe decanatus de Archubus London /

Vicesimo die Mensis Martii Anno domini 1564 predictus Reverendissimus contulit Johanni Ryatt clerico vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Thenworke iuxta Erayes alias dicte Thenworke Sancti Clementis London diocesis Cantuariensisque provincie per mortem naturalem ultimi et immediati vicarii et incumbentis in eadem vacantem et ad Collationem dicti Reverendissimi patris iure ad eum iam devoluto ratione lapsus temporis hac vice spectantem, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam et regimen animarum etc. ei in domino committendo iuribus archiepiscopalibus etc. semper salvis. Ac recepit ab eodem Johanne Ryatt iuramentum expressatum in Statuto Parliamenti etc. ac de canonica obedientia etc. Necnon de continue et personaliter residendo etc. Et scriptum fuit universis et singulis Rectoribus etc. pro eius inductione /. /. /. /. /. /.

Collatio Vicarie de Thenworke iuxta Erayes alias Thenworke Sancti Clementis iure devoluto

Vicesimo quarto die Mensis Martii Anno domini 1565 Reverendissimus sequestravit fructus ecclesie parochialis de Harietsham Cantuariensis diocesis modo per mortem naturalem magistri Johannis Warner in medicinis doctoris vacantis et

Sequestratio fructuum ecclesie de Harietsham /

Rectoris solatio destitute. Et commisit Custodiam fructuum sequestri Johanni Sutton parochie de Harriettsham predicte ad beneplacitum tantum duraturam &c. S. S. S. S.

Chilham vicarie Institutio

Vicesimo Sexto die mensis Martii predicti dominus admisit magistrum Willelmum Darrell clericum in artibus magistrum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Chilham Cantuariensis diocesis per mortem naturalem ultimi et immediati vicarii ibidem vacantem. Ad quam per Thomam Kempe Militem dicte vicarie perpetue (ratione cuiusdam advocationis sive presentationis eiusdem per dominum Henricum Cheyney militem dicto Thome Kempe et cuidam Edwardo Darrell Armigero conjunctim et divisim facte et concesse) hac vice (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem in persona magistri Johannis Incent notarii publici procuratoris sui &c. instituit &c. cum suis iuribus et pertinentiis universis, Curamque et Regimen animarum &c. sibi in domino commisit, iuribus suis Archiepiscopalibus &c. semper salvis. Et recepto ab eodem magistro Incent nomine procuratorio &c. iuramento tam de obedientia &c. quam de renunciando omni forinsece potestati &c. iuxta formam Statuti Parliamenti &c. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum &c. S. S. S. S. S. S.

Betrysden vicarie Collatio

Decimo quarto die Mensis Aprilis Anno domini 1564 Reverendissimus contulit Roberto Cutbert clerico vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Betrysden Cantuariensis diocesis de iure vacantem et ad collationem Reverendissimi pleno iure spectantem, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem primitus de continue et personaliter residendo &c. ac de tam obedientia &c. Necnon de renunciando omnimode forinsece potestati &c. iuxta formam Statuti &c. iuratum instituit canonice et investivit cum suis iuribus &c. et acceptata Cura &c. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum &c. S. S. S.

Hayes Ecclesie Institutio

Decimo quinto die Mensis Aprilis Anno domini 1565 predicti dominus admisit Willelmum Fonde clericum ad ecclesiam parochialem de Hayes Decanatus de Croydon sue peculiaris et immediate Jurisdictionis per mortem naturalem magistri Johannis Warner in medicinis doctoris ultimi Rectoris ibidem vacantem. Ad quam per honorandum virum Willelmum Comitem Pembrochie, preenobilis ordinis Garterii Militem, ipsius ecclesie hac vice (ut dicitur) patronum domino presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem instituit &c. cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curamque et Regimen animarum &c. parochianorum ibidem existentium sibi in domino commisit iuribus suis Archiepiscopalibus &c. semper salvis. Et recepto ab eodem Willelmo Fonde iuramento tam de obedientia &c. iuxta formam statuti Parliamenti &c. Scriptum fuit Decano de Croydon seu eius deputato Necnon universis et singulis Rectoribus &c. ad inducendum &c. S. S. S. S. S. S.

Presentatio processus Electionis Custodis Collegii animarum omnium fidelium defunctorum in Oxonia facta Reverendissimo domino Archiepiscopo Cantuariensi &c.

Vicesimo sexto die Mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto in quodam alto Conclavi infra Manerium Reverendissimi patris domini Matthei Archiepiscopi Cantuariensis &c. Apud Lambehith coram eodem Reverendissimo patre in presentia mei Johannis Incent notarii publici Registrarii principalis dicti Reverendissimi patris comparuit personaliter discretus vir magister Andreas Kingesmille in legibus Baccalaureus Socius (ut asseruit) Collegii animarum omnium fidelium defunctorum in Oxonia, ac presentavit eidem Reverendissimo patri processum super nominatione et electione duorum virorum videlicet magistrorum Thome Bastarde sacre Theologie Baccalaurei et Richardi Barbar Iuris civilis Baccalaurei ad officium Custodis dicti Collegii per mortem naturalem magistri Johannis Warner nuper Custodis eiusdem vacantem. Cui quidem Reverendissimus pater prehabita matura consideratione de et super idoneitate ac literarum scientia gravitate prudentia et morum honestate dictorum duorum virorum sic nominatorum tandem prefatum magistrum Richardum Barbar ad officium Custodis Collegii memorati elegit ac ipsum in Custodem dicti Collegii prefecit prestito primitus iuramento per ipsum magistrum Richardum Barbar ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta de Canonica obedientia eidem Reverendissimo patri et successoribus suis prestanda et exhibenda ac de observando Statuta ordinationes et fundationem dicti Collegii Necnon de renunciando omnimode forinsece potestati &c. Ac de Regimine

Regiam supremam potestatem in causis Ecclesiasticis et iuxta formam Statuti Parliamenti de Tenores vero processus Electionis predicte ac admissionis prefati magistri Richardi Barbar ad officium Custodis Collegii predicti de verbo in verbum sequuntur et sunt tales. **Reverendissimo in Christo** patri et domino domino Mattheo miseratione divina Cantuarien Archiepiscopo, Metropolitano ac totius Anglie primati. Vestri humiles et devoti filii et oratores ffranciscus Myllos Vicecustos Collegii vestri animarum omnium fidelium defunctorum de Oxon, et Socii perpetui eiusdem Collegii obedientiam, et Reverentiam omnimodam tanto Reverendissimo patri debitam cum honore. Cum nuper de morte nature doctissimi viri Johannis Warner medicine doctoris Custodis nuper dicti Collegii animarum omnium fidelium defunctorum predicti certissime constaret, Vicecustode nobis in domo nostra capitulari congregatis et considentibus Vicesimo quinto die Mensis Martii Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto, palam publice et distincte dictum Johannem Warnerum tunc vita defunctum fuisse et esse per ore complurium fidedignorum virorum, relatione et constante fama antecedente et indicante intimante, significante, et publicante, ita vt de huius vestri Collegii (Reverendissime Archiepiscope) Custodis officii vacatione minime dubitaremus, Nos vero et singuli Socii antedicti in vniversitate Oxon presentes ex forma statuti expectatis absentibus per quindecim dies a tempore destitutionis huiusmodi in dicto Collegio publicate continue numeratos, infra quatuor dies post dictos quindecim dies similiter continue numeratos, videlicet nono et decimo Mensis Aprilis Anno domini predicto, in Capella dicti Collegii, que ad hoc pro domo Capitulari deputatur, Collegialiter mane circa horam septimam per dictum Vicecustodem ob causam electionis futuri Custodis convocati convenimus, vbi exposita per Vicecustodem huiusmodi causa convocationis sue, scilicet pro electione futuri Custodis facienda, antequam ad electionem huiusmodi custodis vlterius processimus, pro Spiritus sancti gratia devotius invocanda publice et communes preces primo cantate et solenniter celebrate ac habite sunt. Quibus precibus finitis Vicecustos supradictus statim in communi Statutum de electione Custodis formam huiusmodi electionis continens publice in presentia omnium Sociorum predictorum legit. Et consequenter ab omnibus et singulis Sociis predictis tactis per eos et eorum quemlibet sacrosanctis dei Evangeliis iuramentum secundum formam statuti de electione Custodis exegit videlicet quod postpositis et cessantibus omnino amore favore timore et aliis prout in dicto statuto continentur duos videlicet vnum Artistam et alium Iuristam iuxta statuti formam eligerent in Custodem, vt ex tenore dicti statuti latius inferius patebit. Iuraverunt insuper modo quo supra presentibus omnibus et singulis Sociis predictis Johannes Lloyde legum doctor, et Johannes Sanders Artium magister, ceteris Sociis in dicto Collegio suis facultatibus seniores ad quos iuxta statuta dicti Collegii in huiusmodi electionis negotio scrutinium votorum Sociorum singulorum presentium pertinebat, dicto Vicecustode eos onerante, quod nullum perverterent seu perverti facerent votum, scripto et prout in Statuto super hoc edito latius apparet. Quorum scrutatorum vnus senior coram altero conscrutatore suo assumente sibi alium dicti Collegii socium post eos seniorem votum suum secrete emisit et in scriptis redegit, et sic modo consimili cum dicto Socio proximo seniore erat votum alterius conscrutatoris emissum, et in scriptis redactum. **Deinde** vero iidem duo scrutatores communiter atque simul dicti proximi senioris votum ac vota omnium et singulorum aliorum Sociorum presentium tunc incipiendo a senioribus secrete et sigillatim perscrutari, et ea in scriptis ipsis scrutatis videntibus redigi fecerunt, et in presentia nominantis seu scrutati legerunt nominationes huiusmodi, Super quo quidem scrutinio diligenter tercia vice completo et finito, quia in duos egregios viros, videlicet magistrum Thomam Bastard sacre theologie Baccalaureum et magistrum Richardum Barbar iuris Civilis Baccalaureorum cecidit concordatum. **Ac** constabat dictis scrutatoribus eosdem in dicto scrutinio per maiorem partem Sociorum predictorum vtriusque facultatis tam Artistarum quam Iuristarum in dicta electione presentium nominari et eligi, idem Johannes Lloyde legum doctor senior scrutator predictus secundum statuti exigentiam in presentia omnium Sociorum predictorum huiusmodi scrutinium mox publicavit in communi, votaque omnium et singulorum publice ex scrutinio legit et pronunciavit. **Quibus** omnibus et singulis sic peractis per Andream Kingsmyll in legibus Baccalaureum Collegii vestri supradicti Socium, per maiorem partem Iuristarum necnon Artistarum presentium secundum formam statuti super hoc editi nominatum, ad dictos egregios viros sic (vt premittitur) in scrutinio predicto per nos nominatos et electos vna cum literis electionis nostre predicte formam ac statuti de electione Custodis, iuramentique a presentando per dominationem vestram in Custodem prestandi tenores plene continentibus Sigillo Communi Collegii vestri antedicti sigillatis vestre Reverendissime amplitudini presentandos transmittimus. Quorum quidem statuti et iuramenti tenores in hec verba sequuntur. **Statuimus** siquidem cum dicta vniversitas Oxon alumnos suos quos tanquam scientie mater parturierat ab vberibus [illegible]

sapientie lacte nutrivit ut eum in philosophia artibusque imbuat, perducat etiam in theologie, que omnium
scientiarum merito magistra est, ac iurium canonici et civilis facultatibus, que pro regimine poli-
tico, perinde utiles et necessarie sunt, ab olim consueverat erudire. Hoc dictum Collegium quod quasi
in eiusdem alme matris gremio subsistere dinoscitur, ad exemplum eius tamquam devota filia
se componentes etiam suos, quos per dei graciam fertilis parturivit, conabitur in variis scien-
tiarum et facultatum dogmatibus erudire et informare. **Statuimus** ordinamus et
volumus quod in dicto Collegio sint iuxta formam Statutorum infra scriptorum quadra-
ginta socii et scolares dictis scientiis et facultatibus insimul insistentes, Ex quorum viginti
quatuor artes et philosophiam sive theologiam quos Artistas, et sexdecim ius canonicum vel
civile, quos Iuristas appellari volumus, audiant et diligenter addiscant iuxta modum et for-
mam plenius per nos inferius describendos, Supra quorum numerum volumus quod unus semper
sit qui omnibus et singulis eiusdem Collegii Sociis et Scolaribus necnon sacerdotibus ac ministris
aliisque quibuscumque in eodem Collegio degentibus preemineat atque presit eosdem secundum
Regulas et statuta inferius edita et imposterum per nos et Successores nostros Cantua-
rienses Archiepiscopos edenda, statutis et ordinationibus nostris minime contraria seu aliquo
modo repugnantia regat corrigat et gubernet, qui perpetuus sit et Custos eiusdem
Collegii vulgariter Wardein perpetuo nuncupetur. Vir bone conversationis et conscientie
ac in scientia bonisque moribus et conditionibus approbatus et in temporalibus atque spirituali-
bus discretus providus ac etiam circumspectus. Cuius nominationem electionem atque
prefectionem perpetuis futuris temporibus Statuimus ordinamus et volumus debere fieri
sub hac forma **Videlicet** quod cedente, decedente, privato vel amoto dicti Collegii Custo-
de quocumque qui tunc est vel infuturum erit, aut eodem Collegio alias quocumque modo
Custode destituto, omnes et singuli socii perpetui prefati Collegii qui de numero dictorum qua-
draginta fuerint tunc in universitate presentes, non citatis absentibus. sed solum expecta-
tis per quindecim dies a tempore destitutionis eius in dicto Collegio publicate et no-
tis per quindecim dies a tempore destitutionis eius in dicto Collegio publicate et note
continue numerandos per viceCustodem eiusdem si presens fuerit, aut eo absente vel im-
pedito sive quod pro tunc agendis in hac parte non valeat interesse negotiis, per Socium dicti
Collegii, ceteris presentibus seniorem, in dicto Collegio in unum convocati infra quatuor
dies post quindecim dies predictos similiter continue numerandos in Capella dicti Collegii
quam ad hoc pro domo capitulari deputamus collegialiter mane circa horam septimam
conveniant. Ubi exposita per viceCustodem aut Socium seniorem huiusmodi eos convocantem
causa convocationis sue, scilicet pro electione futuri Custodis facienda, antequam ad electionem
eiusdem procedant, pro Spiritus Sancti gratia devotius invocanda, missam de eodem Spiritu
sancto faciant inter se coiter et solemniter celebrari. Qua decantata statim in communi legatur
hoc presens nostrum statutum, ac deinde absque alia maiori solemnitate in electionibus aliis
observari et fieri consueta, et patronorum seu fundatorum eiusdem Collegii non obtenta seu pe-
tita licentia per eos ad electionem futuri Custodis in forma subscripta ulterius procedatur.
Videlicet quod omnes et singuli Socii supradicti in huiusmodi electionis negotio presentes tactis
per ipsos et ipsorum quemlibet sacrosanctis dei Evangeliis coram omnibus tunc presentibus
viceCustode aut dicto Socio hoc exigente corporale prestent iuramentum, quod postpositis
et cessantibus omnimodis amore, favore, odio timore invidia partialitate affectione consangui-
nitatis et affinitatis necnon acceptione personarum et patrie ac occasione quacumque precio aut
precii absque more dispendio, duos unum Artistam vel magistrum in sacra theologia vel ma-
gistrum in artibus qui necessariam Regentiam in artium facultate compleverit, et unum
alium Iuristam videlicet Doctorem iuris canonici vel civilis, aut Bacalaureum in altero
iurium predictorum qui libellum institutionum si Civilista fuerit aut unum librum decreta-
lium si Canonista sit ex forma sua legerit de ipsis tunc ipsius Collegii Sociis, aut
aliis qui quondam fuerunt Socii in eodem, quos in ipsorum conscientiis magis idoneos
sufficientes discretiores, utiliores et aptiores crediderint ad subeundum gerendum
faciendum et exercendum inibi Custodis officium, nominabunt. Necnon quod illos quos nominant
sperant et firmiter credunt, quoad bonum et salubre Regimen et diligentem curam
ipsius Collegii personarum rerum ac bonorum terrarum possessionumque ac redditum spiritualium
et temporalium et maxime eiusdem plus posse proficere et debere. Iurabuntque insuper
modo quo supra, unus videlicet Iurista, et alter Artista Collegii predicti in facultatibus
suis ceteris Seniores tunc presentibus in dicto Collegio, per quos vota omnium ac singulorum

sic quod electionem praedictam incipiendo a Senioribus scrutari volumus ante ipsum scrutinium Vicecustode aut eo absente, vel (ut praefertur) impedito alio Socio post praedictos duos seniores eos onerantes quod nullum procurabunt seu procurari facient, verbo, scripto, nutu, vel signo, per se vel per alium ad aliquem vel se ipsos aut alium nominandum, quam prout ipsius Socii sic scrutati dictaverit propria conscientia. Et quod votum cuiuslibet Sociorum huiusmodi in ipsa nominatione diligenter et fideliter examinabunt, ac votum et dictum cuiuslibet nominatis ipso scrutato vidente, scribent, vel unus eorum scribet et in praesentia ipsius scrutati statim illud legent, vel unus eorum legat. Quamquidem deinde scrutatorum unus Senior, cum altero scrutatore suo assumente sibi alium dicti Collegii Socium post eos seniorem tunc praesentem, voto suo in hac parte primo prout simpliciter ac secrete emisso, et in scriptis distincte redacto, votum alterius scrutatoris sui cum dicto primo Seniore Socio modo consimili scrutari et in scriptis redigere diligenter et fideliter teneatur. Deinde vero iidem duo scrutatores communiter atque simul vota omnium ac singulorum aliorum Sociorum, tunc praesentium praedictorum diligenter secrete ac sigillatim perscrutentur, et ea integre in scriptis redigi faciant fideliter (ut praefertur). In quo quidem scrutinio si contingat duas personas huiusmodi per maiorem partem Juristarum necnon Artistarum Sociorum tunc praesentium nominari et eligi, tunc senior ipsorum scrutatorum ipsum scrutinium mox publicet in communi. Si vero in dicto Scrutinio in tales duas personas sic consensum non fuerit (ut praefertur) tunc absque publicatione alicuius voti, et sine tumultu contradictione, querela, appellatione, supplicatione seu quocumque impedimento moris vel facti iterum ac toties consimile fiat scrutinium donec in duas personas huiusmodi per maiorem partem Sociorum praedictorum fuerit concordatum. Si autem aliquem vel aliquos Socium vel Socios ipsius Collegii a principio absentem vel absentes pendente dictae electionis seu nominationis negotio ante publicationem eiusdem in ipsum Collegium redire contigerit, in statu quo processum ipsius electionis invenerint, admittantur et vota sua (ut praefertur) emittant. Proviso semper quod dicta nominatio sive electio semper infra duos dies completos a tempore inceptionis scrutinii praedicti compleatur et fiat omnimodo. Quibus sic peractis nullo alio moris ordine, processu seu solemnitate in hac parte observatis seu etiam requisitis, illae personae sic in scrutinio finaliter nominatae per unum seniorem et discretiorem Socium ipsius Collegii post ipsos sic electos et nominatos per maiorem partem Juristarum necnon Artistarum Sociorum ad tunc ibidem praesentium nominandum, una cum verbis electionis praedictae forma ac praesentis nostri statuti et iuramenti a praeficiendo in Custodem praestandi tenores plenarie continentibus sigillo Communi dicti Collegii in praesentia omnium Sociorum tunc praesentium sine difficultate qualibet sigillandis, nobis dum vixerimus et post decessum nostrum Archiepiscopo Cantuar' qui pro tempore fuerit, si [illegible] eum huiusmodi in provincia Cantuar' aut Ebor' esse contigerit, alioquin Vicario in spiritualibus generali, aut ipso deficiente Officiali Curiae Cantuar' sede plena. Sede vero vacante Priori Ecclesiae Christi Cant' infra spatium triginta dierum a tempore publicationis electionis sive nominationis huiusmodi (ut praedicitur) in communi faciendae continue numerandos, praesententur. Quibus vero super electione seu nominatione huiusmodi modoque et forma praedictis absque probatione alia plenam fidem volumus adhiberi. Cui quidem Socius cum dictis personis in Custodem nominatis mittendus coram nobis aut domino Archiepiscopo, seu illo cui dictam praesentationem fieri contigerit, Collationem in Latino sermone facere teneatur, dictum Collegium personasque in Custodem nominatas ac eas alias personas dicti Collegii eidem specialiter decenter et honorifice commendando. Post vero dominus Archiepiscopus aut ille de praedictis personis cui huiusmodi praesentatio iuxta casus praedictos fuerit facienda, unam de personis sic sibi nominatis quam secundum Deum et sanam conscientiam magis idoneam ad hoc crediderit, gratificabit et absque morae dispendio aut processu iudiciario et absque impugnatione electionis sive nominationis huiusmodi ipsam praeficiat in Custodem Collegii praedicti. Qui sic praefectus si non fuerit sacerdos in Sacerdotem se faciat ordinari infra Annum quam cito poterit sub ipsius debito iuramenti. Si vero Socii praedicti quod absit dictae electionis modum et formam infra praedicta tempora non servaverint aut infra Triginta dies a tempore publicationis electionis sive nominationis (ut praemittitur) in Collegio faciendae, Electionem sive nominationem praedictas sic non presentaverint, ex tunc potestatem nominandi sive eligendi illa vice ipsos statuimus fore privatos ipso facto presentis nostri statuti vigore. Et potestatem providendi prefato Collegio de Custode idoneo illa vice domino Archiepiscopo, aut sede vacante, Priori Cantuar' qui pro tempore fuerit specialiter reservantes. Ita tamen quod unum Sociorum eorundem ipsius Collegii vel alium qui prius fuerat de ipso Collegio, et ex causis recesserit licentiatus ab eodem, Magistrum in theologia seu doctorem iuris canonici vel civilis, aut magistrum in artibus qui necessariam regentiam compleverit in ipsa artium facultate, seu Baccalaureum in altero iurium predictorum, qui lecturam libelli Institutionum aut unius libri decretalium ut supra dictum est compleverit de forma, quem secundum deum et conscientiam suam bonam ad officium Custodis eiusdem magis habilem et idoneum esse crediderit, in casibus predictis preficiat in Custodem. Custodem vero quemcunque eiusdem qualitercunque prefectus fuerit statim post prefectionem suam primo coram illo qui ipsum prefecerit in Custodem, et subsequenter in presentia omnium Sociorum ipsius Collegii presentium antequam ad ministrationem aliquam admittatur, tactis et inspectis ab ipso sacrosanctis evangeliis subscriptum volumus prestare iuramentum.

Ego N. in Custodem Collegii animarum omnium fidelium defunctorum in Oxon' prefectus, meis tactis et inspectis per me istis sacrosanctis evangeliis, quod dictum Collegium omnia beneficia, terras, tenementa, possessiones, redditus spirituales et temporales, iura, libertates, privilegia et bona quecunque eiusdem necnon omnes et singulos Socios eiusdem, et ipsius Collegii scolares, iuxta statuta et ordinationes ipsius Collegii absque personarum scientiarum vel facultatum, gentis aut patrie, acceptione qualicunque regam, custodiam, dirigam et gubernabo, et sic per alios regi, custodiri, dirigi et gubernari faciam iuxta posse. Ita quod nec Sociis vel Scolaribus eiusdem Collegii in aliqua scientiarum seu facultatum studentibus occasione scientie seu facultatis eiusdem plus quam Sociis aliis vel Scolaribus eiusdem Collegii in scientiis aliis seu facultatibus studentibus favores aut partialis ero, nec in partem pro aliquo aliqualiter faciam, nec contra iustitiam charitatis et fraternitatis amorem, gravamina, vel molestias alicui ipsorum scolarium vel sociorum inferam, vel inferri faciam quovismodo. Eundemque quantum in me fuerit correctiones punitiones et reformationes debitas rationabiles atque iustas de quibuscunque criminibus delictis et excessibus scolarium et sociorum dicti Collegii quorumcunque quotiens ubi et quando ac prout opus fuerit iuxta negotii qualitatem omnimodam formam et effectum ordinationum et statutorum dicti Collegii absque partialitate quacunque postpositis et cessantibus omnimodis prece precio, amore, timore, odio, invidia et favore, nec non affectionibus consanguinitatis et affinitatis facultatis seu scientie ac prerogativis specialibus ex quibuscunque causis contentis vel conceptis diligenter et indifferenter faciam et exercebo super alios fieri et exerceri faciam et etiam reformabo et ea que in ea parte fuerint facienda fideliter in omnibus corrigam et corrigi faciam iuxta posse. Et si quas punitiones et reformationes (vel presertim) debite facere non potero, propter metum et potentiam seu multitudinem delinquentium ipsorum nomina et cognomina cum qualitate et quantitate delictorum et excessuum eorundem quam cicius potero infra mensem domino Archiepiscopo Cantuar' qui pro tempore fuerit, seu ipso in remotis agente eius Vicario in spiritualibus generali aut ipso deficiente Officiali Curie Cantuar' sede plena, vel sede Cantuar' vacante Priori Ecclesie Christi Cantuar' denunciabo et revelabo. Et per eos quas correctiones, punitiones, et reformationes iuxta statuta et ordinationes predicta in omnibus solerter et efficaciter quatenus in me fuerit fieri procurabo. Item quod gubernationem et regimen omnium terrarum possessionum redditum spiritualium et temporalium necnon administrationem bonorum et rerum ad ipsum Collegium qualitercunque pertinentium cum omni diligentia et prudentia mihi a deo concessis fideliter et diligenter intendam. Ac alios eiusdem Collegii et officiarios et ministros in diversis officiis et ministeriis deputatos intendere faciam iuxta posse.

Item quod omnia et singula bona et catalla dicti Collegii in commodum et utilitatem Collegii scolarium et Sociorum predictorum prout necessitas exegerit, et statuta et ordinationes predicti Collegii in hac parte dictaverint, administrabo et faciam utiliter et fideliter dispensari et in omnibus administrari, et ea que reservanda fuerint * exegerint conservabo, vel faciam ad incrementum dicti Collegii et commodum fideliter conservari. Item quod causas lites et placita quecunque ipsius Collegii defendam necnon omnia et singula negotia ipsius Collegium qualitercunque concernentia prosequar

Diligenter possessiones libertates privilegia et iura quecumque ipsius Collegii manutenebo ac
pro viribus et defendam, hoc tamen salvo quod causas placita vel alias querelas in quibus verti
poterit ipsius Collegii exheredatio vel grave preiudicium absque maturo et deliberato consilio et
assensu maioris partis Artistarum ac etiam Juristarum seniorum Sociorum dicti Collegii tunc
presencium, cuius duo octo maiores Seniores existant, non incipiam nec movebo aut inchoari
vel moveri faciam quovismodo. Item quod ultra sexaginta dies continuos vel diebus interpo-
latis discontinuos in Anno aliquo a dicto Collegio me non absentabo, nisi pro negociis Collegii ipsius
vel ex magna et ardua causa per maiorem partem omnium Sociorum dicti Collegii tam Artista-
rum quam Juristarum tunc presencium approbanda. Item quociens aliqua electio vel assumptio de scolaribus
in dictum Collegium fuerit facienda, ut solum tales assumantur et eligantur quos secundum
condiciones et qualitates in ordinacionibus et statutis dicti Collegii expressatas habiles et ido-
neos reputaverim et quos in scientiis seu facultatibus quibus insistent ad honorem commodum et uti-
litatem eorum et ipsius Collegii plus posse proficere et debere firmiter crediderim, sine personarum
vel patrie acceptione amore, odio, invidia et favore, timore prece precio postpositis quibuscumque
quantum ad me pertinet, partes meas interponam fideliter, et id fieri fideliter procurabo. Item in casu
quo ab officio meo ob culpam meam, vel etiam propter causam aliquam me amoveri contingat
vel forsan cedam eidem, si aliqua bona dicti Collegii ante vel post amocionem vel cessionem
huiusmodi recepero, bona eadem per me recepta mihi aut usui meo non applicabo preter illa
que mihi pro eodem officio exercendo in dicti Collegii statutis et ordinacionibus disponuntur.
Sed ipsa omnia et singula successori meo Custodi dicti Collegii et eidem Collegio infra triginta
dies a tempore amocionis seu cessionis eiusdem integre restituam et refundam absque diminuci-
one seu contradictione quacumque. Item si per me, aut occasione mei aliqua dissensionis
materia inter vel discordia in dicto Collegio quod absit suscitata fuerit, si super ipsa materia
per Vicecustodem, Decanos, Bursarios et quinque alios dicti Collegii Seniores quorum duo
sint maiores infra triginta dies continuos finis racionabilis seu placabilis factus non fuerit,
tunc ordinacioni disposicioni dicto et arbitrio domini Archiepiscopi Cant' qui pro tempore fuerit
seu ipso in remotis agente, vel sicut predictum est, eius Vicarii in spiritualibus generalis aut ipso
deficiente Officiali Curie Cantuar' de Arcubus sede plena, ipsa vero vacante, Prioris
ecclesie Christi Cantuar' stabo, et quod eorum aliquis statuerit, ordinaverit et diffinierit in ea parte
fideliter observabo, et eidem eo effectu parebo sine contradictione quacumque, cessantibus appella-
cionibus provocacionibus querelis exceptionibus et aliis iuris et facti remediis quibuscumque.
Quibus omnibus et singulis in hac parte renuncio in hiis scriptis. Item quod secreta dicti
Collegii in dampnum et preiudicium eiusdem non revelabo ad extra quovismodo. Item quod dicti
Collegii melioracionem augmentacionem Bonorum terrarum possessionum redditum et eorum
conservacionem et defensionem promocionem et expedicionem negociorum dicti Collegii quorumcumque
ad quemcumque statum gradum dignitatem vel officium imposterum devenero in suis con-
siliis beneficiis favoribus et auxiliis quantum in me fuerit et ad me pertinuerit diligen-
ter adiuvabo, et pro eisdem effectualiter quamdiu vixero in hoc mundo laborabo. Item quod non
transactionem
procurabo diminucionem, mutacionem seu annullacionem alicuius numeri in aliqua
scientia seu facultate nec etiam numeri presbiterorum clericorum aut ceterorum ministrorum
Capelle dicti Collegii in statutis et ordinacionibus eiusdem limitati seu limitandi contra formam
statutorum et ordinacionum eorundem vel alias fieri permittam seu tolerabo secundum meum
posse, aut eisdem consentiam quovismodo. Item quod nullas conventiculas conspiraciones, confe-
deraciones aut pacciones aliquas ubicumque infra Regnum Anglie vel extra contra ordi-
naciones vel statuta dictum Collegium concernencia, vel contra ipsius Collegii statum
utilitatem commodum vel honorem faciam nec ipsas procurabo seu permittam ab aliis fieri

quantum in me fuerit quovismodo velut in futurum, seu faciendis ipsa vel eorum alicui praestabo, seu dabo consilium, auxilium vel favorem aut assensum scienter ullatenus praestabo, nec ipsis consentiam quoquomodo. Item quod Consanguineos dicti fundatoris nostri in locis suis eiusdem Collegij iuxta formam et ordinationes statutorum in hoc casu editorum electos seu eligendos sine difficultate quacumque admittam et procurabo ac admitti faciam iuxta posse. Item de veris et propriis sociis in dictum Collegium eligendis et admittendis fidele consilium ac favorem post posita tuitione et rancore, vel de bonis gestis, castis, modestis, honestis, humilibus, aptis et ad studendum et proficiendum in artibus scholasticis, habilibus et idoneis iuxta formam statutorum praedictorum eidem Ecclesiae contra dominum Archiepiscopum Cantuariensem qui pro tempore fuerit aut Ecclesiam suam Cant. priorem vel aut Capitulum eiusdem Ecclesiae in aliqua causa ipsam Ecclesiam concernente scienter non ero consilio auxilio vel favore causa mea propria et dicti Collegij causa dumtaxat exceptis. Item quod non impetrabo aliquam dispensationem contra iuramenta mea praedicta vel aliquod eorundem, nec contra ordinationes et statuta huius Collegij, nec dispensationem huiusmodi si taliter quomodocumque impetrari vel gratis offerri aut concedi contigerit cuiuscumque fuerit auctoritatis sub quacumque forma verborum concessam, utar aut eidem consentiam quovismodo, sicut me deus adiuvet et haec sancta dei Evangelia. **Et si contingat** in posterum me propter mea demerita seu causas in praefatis ordinationibus et statutis contentas iuxta formam ordinationum et statutorum dictorum ab officio meo expelli seu alias amoveri, ex certa mea scientia sponte pure simpliciter et absolute omni actioni occasione expulsionis seu amotionis huiusmodi contra ipsius Collegij socios vel socium quemcumque instituendae, appellationique et querelae in ea parte faciendis ac quarumcumque literarum impetrationi patrocinijs praeminentium, praelatorum procerum et magnatum ac aliorum quorumcumque necnon quibuscumque curiis ecclesiasticis vel secularibus, ac omnibus aliis remedijs iuris vel facti per quas aut quae possem me reconciliari aut in integrum restitui circa praemissa quantumlibet probabilis et iuste meritis michi suffragantibus in hac parte renuncio in his scriptis. **Item** quod omnia et singula statuta et ordinationes dicti Collegij quatenus ipsa me concernunt secundum planum literalem et grammaticalem sensum et intellectum eorundem inviolabiliter tenebo et exequar et etiam observabo et quantum in me fuerit faciam teneri et exequi, et ab aliis observari. **Volumus insuper** quod de iuramento praedicto fiat statim sumptibus Collegij instrumentum publicum signo et subscriptione alicuius notarij publici munitum ipsius iuramenti totum tenorem dictionem et formam ac nomen et cognomen Custodis praedicti, necnon cuius diocesis existit continens quod inter munimenta dicti Collegij perpetuo remaneat sub custodia diligenti. **In quorum** omnium praemissorum testimonium Sigillum nostrum Commune Collegij nostri antedicti praesentibus apposuimus. Dat. Oxon. in magna Aula Collegij nostri antedicti Anno domini supradicto et die mensis Aprilis decimo sexto.

Admissio magistri Ricardi Barbor ad officium Custodis Collegij animarum omnium fidelium defunctorum in Oxonia

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus **dilecto** nobis in Christo magistro Richardo Barbor Juris Civilis Baccalaureo salutem gratiam et benedictionem. **Ad** officium Custodis Collegij animarum omnium fidelium defunctorum de Oxon. nuper fundatoris et [illegible] immediate per mortem naturalem magistri Johannis Warner in medicinis doctoris ultimi et immediati Custodis eiusdem iam vacantem, Ad quod [illegible] custodem

et Socios dicti Collegii iuxta fundationem et Statuta eiusdem communiter ordinatis personis nobis a
presentatis electum et nominatum recepimus et admittimus. Teque Custodem Collegii memorati pri-
mitus de observando Statuta et ordinationes dicti Collegii iuxta fundationem eiusdem
Necnon de Renunciando refutando et recusando omnem et omnimodam potestatem auctoritatem Iurisdicti-
onem et superioritatem forinsecas ac de Recognoscendo Regiam supremam potestatem
tam in causis ecclesiasticis quam temporalibus iuxta formam Statuti parliamenti tempore
inclite Regine Anglie in ea parte editi et provisi ad sancta dei Evangelia rite iuratum
prefecimus et instituimus Canonice et investimus cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis
Curam Regimen et Administrationem tam spiritualium quam temporalium eiusdem Collegii
tibi in domino committendo et committimus. Mandantes insuper ac firmiter iniungentes Vice-
custodi dicti Collegii, ac omnibus et singulis eiusdem Collegii Sociis Scholaribus et mi-
nistris, Quod te in Custodem predicti Collegii benigne admittent ac tibi pareant et
obediant vt Custodi in omnibus et per omnia iuxta fundationem et Statuta eiusdem
Collegii Iuribus nostris Archiepiscopalibus et dicte nostre metropolitice ecclesie Cantuar
dignitate et honore in omnibus semper saluis. In cuius rei testimonium Sigillum
nostrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith xxvj° die
Mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto, Et nostre
Cons Anno Sexto

Matthaeus permissione Divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie
Primas et Metropolitanus **Dilectis** nobis in Christo Vicecustodi Sociis Scolaribus
et ministris Collegii animarum omnium fidelium defunctorum in Oxonia nuncupati fundatio-
nis et Iurisdictionis mediate Salutem gratiam et benedictionem **Cum** nos alias Dilectum
nobis in Christo magistrum Ricardum Barber Iuris Ciuilis Bachalaurum ad officium Custodis
Collegii predicti per mortem naturalem magistri Johannis Warner in medicinis doctoris
vltimi Custodis eiusdem dudum vacantem communiter ordinatis personis quem vos nobis presen-
tatis nominatum et electum admiserimus. Ipsumque Custodem Collegii memorati primitus
de observando Statuta et ordinationes dicti Collegii iuxta fundationem eiusdem Necnon
de Renunciando refutando et recusando omnem et omnimodam potestatem auctoritatem Iurisdictionem
et superioritatem forinsecas, ac de Recognoscendo Regiam supremam potestatem tam
in causis ecclesiasticis quam temporalibus iuxta formam Statuti parliamenti tempore inclite Regine
Anglie in ea parte editi et provisi ad sancta dei Evangelia rite iuratum prefecerimus
ac instituerimus Canonice et investiuerimus cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis
Curamque Regimen et Administrationem tam spiritualium quam temporalium eiusdem
Collegii sibi in domino commiserimus. Vobis igitur committimus et firmiter iniun-
gendo mandamus quatenus eundem magistrum Ricardum Barber in Custodem
predicti Collegii benigne admittatis, sibique vt Custodi eiusdem in omnibus et per omnia
pareatis et obediatis iuxta fundationem et Statuta eiusdem Collegii sub pena
Contemptus, Iuribus nostris Archiepiscopalibus et dicte Metropolitice ecclesie
Cantuarien dignitate et honore in omnibus semper saluis. **In cuius** rei
Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio
nostro de Lambehith xxvj° die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo
Sexagesimo Quinto. Et nostre Cons Anno Sexto

Graveney Vicarie Institutio

Vicesimo Quinto die Mensis Maij Anno domini 1565 predictus dominus admisit
Dauidem Edwardes clericum ad vicariam perpetuam de Graveney Cant dioc per
Mortem naturalem vltimi Incumbentis vel alio modo vacantem. Ad quam per

Serenissima in xpo principem et dominam nostram dominam Elizabetham dei gratia Anglie Fran-
cie, et Hibernie Regina fidei defensoris &c dicte Vicarie perpetue vacantem (sic dicte) patrona dicto
presentatus extitit, ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem instituit &c cum suis Iuribus et pertinen-
ciis Curam &c si in dicto consistit, Iuribus suis Archiepiscopalibus &c semper salvis Ac
recepto ab eodem David Edwardes Iuramento obedientie &c Et de abrenunciando omnimode
forinsece potestati &c Et de continue ac personaliter residendo &c Et acceptata Cura &c
Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum &c

Ryngeswolde Vicarie Institucio

Duodecimo die Mensis Junij Anno domini 1565 prefatus dominus admisit magistrum
Theodorum Newton artium magistrum, ad vicariam perpetualem de Ryngeswolde sive Can-
tuariensis dioc per mortem naturalem magistri Johannis Myllys ultimi Vicarii
et incumbentis ibidem vacantem Ad quam per Johannem Baron generosum ipsius vicarie
racione cuiusdam Advocationis Iurispatronatus eiusdem per Thomam Wotton
Armigerum eidem Johanni Baron in ea parte concesse verum (ut dicitur) eiusdem
patronum dicto presentatus extitit, ipsumque Vicarium eiusdem instituit &c cum suis
Iuribus et pertinentiis universis Curam &c si in dicto consistit Iuribus suis Archiepiscopalibus
&c semper salvis Et recepto ab eodem magistro Theodoro Newton Iuramento
canonice obedientie &c Et iuxta formam Statuti Parliamenti &c Scriptum fuit
Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum &c

Her institucio non erat expedita sed vacat

Nono die Mensis Julij Anno domini 1565 prefatus dominus admisit Willelmum
Master clericum Ad vicariam perpetualem de Byrcholte sive Cantuariensis dioc per liberam
et spontaneam Resignationem Roberti Conyer clerici ultimi Vicarii ibidem tam de
iure quam de facto vacantem Ad quam per Ricardum Hawle de [illegible] in
Com Kanc Armigerum vere (ut dicitur) patronum dicto presentatus extitit, ipsumque
Vicarium eiusdem instituit &c cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curam &c
si in dicto consistit Iuribus suis Archiepiscopalibus &c semper salvis &c Et recepto
ab eodem Willelmo Master Iuramento canonice obedientie &c Et iuxta formam Statuti &c
Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum &c

Sellinge Institucio

Memorandum quod apud Cantuariensis Johannes Warbrart clericus admissus fuit ad vicariam
perpetuam ecclesie parochialis de Sellinge Cantuariensis dioc vacantem per Resignationem Johannis Abyn
clerici sic dict ultimi ibidem vacantem ad presentationem Warhami Sentleger Armigeri prout
apparet per litteras presentatorias dicti Warhami Sentleger gerentes dat xxj° die Marcij Anno
domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane 1563 quas quidem litteras presentationis ego
Johannes [illegible] Registrarius recepi a magistro Petro Lylly xxvj° die mensis Junij Anno
domini 1565 cum per litteras suas missivas me certiorem fecit se scripsisse Institutio-
nem dicti Johannis Warbrart sed nullam Actum aut aliquam notam fecit de die
Mense aut Anno dicte Institutionis

Apud Cantuariensis

Bonyfelde vicarie Collatio

Vicesimo [illegible] die mensis Junij Anno domini 1565 Reverendissimus contulit Willelmo
Watts clerico vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Bonyfelde sive Cantuariensis dioc vacantem
et ad collationem dicti Reverendissimi spectantem ipsumque vicarium perpetuum eiusdem perimi-
tus de continue et personaliter residendo &c ac de canonica obedientia &c Necnon de renunciando
omnimode forinsece potestati &c iuxta formam Statuti Parliamenti &c in eadem
instituit canonice et investivit cum suis Iuribus &c Et acceptata Cura &c Scriptum
fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius officiali ad inducendum &c

Godmersham vicarie Collatio

Vicesimo quarto die Mensis Junij Anno domini 1565 prefatus apud Cantuariensis

Reverendissimus contulit Johanni Sheppard clerico vicariam perpetuam eccl[es]ie p[ar]och[ialis] de Hadlesham sue Cantuar dioc et Capelle de [illegible] eidem annexe per deprivacoem Thome [illegible] ultimi vicarii et incumbentis in eadem vacant et ad collacoem dicti Reverendissimi pleno iure spectan. Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curam et regimen animarum etc ei in Domino committendo. Iuribus suis Archiepiscopalibus etc semper salvis. Ac recepit ab eodem Joh[ann]e Sheppard iuramentum expressum in Statuto parliamenti etc Ac de canonica obedientia etc Necnon de continue et personaliter residendo etc scriptum fuit Commissario Cantuar seu eius deputato ad inducendum.

Tertio die Mensis Julii Anno d[omi]ni 1565 p[re]d[i]c[t]o apud Cantuar Reverendissimus pr[e]d[ictus] contulit Rogero Yaxle clerico ecclesiam parochialem de Horsley peculiaris Jurisdictionis dicti Reverendissimi per d[omi]num deprivacoem [illegible] ultimi Rectoris ibidem vacantem et ad collacoem suam pleno iure spectan. Ipsumque Rectorem eiusdem instituit et canonice investivit in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curamque et regimen animarum etc ei in Domino commisit. Iuribus suis Archiepiscopalibus etc semper salvis. Ac recepit ab eodem Rogero Yaxle iuramentum obedientie etc ac de renunciando omni foraneo auctoritati etc iuxta formam Statuti parliamenti etc Et scriptum fuit Decano Decanatus de Croydon necnon omnibus et singulis Rectoribus etc per Decanatum predict ad inducendum.

Horsley eccl[es]ie Collacio

Quarto die Mensis Julii Anno d[omi]ni 1565 d[omi]n[u]s admisit Johannem Walker clericum ad vicariam perpetuam eccl[es]ie p[ar]och[ialis] de Multon in Com Suss Decanatus de Bockyn sue peculiaris Jurisdictionis [illegible] Cantuar modo de iure vacantem Ad quam per illustrissimam dominam nostram Reginam Elizabetham etc dicte vicarie perpetue (ut dicit) hac vice patronam d[omi]no presentatus extitit. Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et regimen animarum etc ei in Domino commisit. Iuribus suis Archiepiscopalibus etc semper salvis. Recepit primitus ab eodem Johanne Walker iuramentum obedientie etc Ac de renunciando omni foraneo potestati etc Necnon de continue et personaliter residendo etc Deinde d[omi]n[u]s decrevit Ricardum Chipper clericum qui se sibi competere in dicta vicaria pretendit citand fore ad comparend coram eo in loco Consistorii London die iovis viz [illegible] die [illegible] mensis Julii ad proponendum ius et interesse sua in dicta vicaria si que sibi competit et ad dicendum causam quare dictus Johannes Walker non debeat induci in possessionem dicte vicarie etc

Molton vicar Institutio

Vij° die Mensis Julii Anno d[omi]ni 1565 predict Reverendissimus contulit Willelmo Morphett clerico ecclesiam parochialem de Rymyngton cum capellis de Stamforde et Padlesworth eidem annexis sue Cantuar dioc per liberam et spontaneam resignationem Willelmi Langler clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem et ad collacoem suam pleno iure spectan. Ipsumque Rectorem eiusdem instituit et canonice investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curamque et regimen animarum etc ei in Domino commisit. Iuribus suis Archiepiscopalibus etc semper salvis. Ac recepit ab eodem Willelmo Morphett iuramentum obedientie etc ac de renunciando omni foraneo potestati etc iuxta formam Statuti Parliamenti etc scriptum fuit Commissario Cantuar etc ad inducendum etc

Rymyngt eccl[es]ie Collacio

Uno etiam vij° die Mensis Julii predict apud Cantuar Reverendissimus contulit eidem Willelmo Morphett ecclesiam S[anc]ti Andree Civit et dioc Cantuar per liberam et spontaneam resignationem Christoferi Yaxley clerici ultimi Rectoris ibidem vacantem et ad collacoem suam pleno iure spectan. Ipsumque Rectorem eiusdem instituit et canonice investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis. Curamque et regimen animarum etc ei in Domino commisit. Iuribus suis Archiepiscopalibus etc semper salvis. Ac recepit ab eodem W[illelm]o Morphett iuramentum obedientie etc ac de renunciando omni foraneo potestati etc iuxta formam Statuti etc scriptum fuit Archidiacono Cantuar ad inducendum.

S[anc]ti Andree civit Cantuar Collacio

A

Tonge vicar' Institutio

Vicesimo quarto die Mensis Julii Anno domini 1565 predict' Apud Cantuar' Reverendissimus admisit Willelmum Morphett clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Tonge Cantuar' dioc' per mortem naturalem Christofori Badcok clerici ultimi incumbentis ibidem vacantem Ad quam per Salmon Wylken generosum dicte vicarie perpetue patronum (ut dicit) Reverendissimo presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis Curam etc. ei in domino commisit, Iuribus suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis Ac recept' ab eodem Willelmo Morphett Iuramento de legitima obedientia etc. Et de renunciando omnibus foraneis potestatibus etc. iuxta formam Statuti etc. Et de continuo ac personali residendo etc. et acceptata cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar' seu eius Officiali ad inducendum

Hospitalis de Eastbrige Civitatis Cantuar' Collatio

Decimo die Mensis Augusti Anno domini 1565 predict' Apud Cantuarien' Reverendissimus contulit Willelmo Morphett clerico Regimen et custodiam hospitalis de Eastbrige Civitatis Cantuar' per Resignationem Willelmi Sworder ultimi magistri eiusdem vacantem et ad collationem dicti Reverendissimi pleno iure spectantem ipsumque Willelmum Morphett magistrum in eodem instituit et investivit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen dicti hospitalis tam in spiritualibus quam temporalibus eidem Willelmo Morphett commisit prestitoque per eundem Willelmum Iuramento de legitima obedientia etc. et recognoscendum supremam auctoritatem Regiam et renunciando foraneam Iurisdictionem etc. Promissoque se fideliter omnia Statuta et ordinationes eiusdem hospitalis observaturum donec aliter habuerit in dispensatione Unde scriptum fuit Commissario generali Cantuar' ad inducendum

Unio Rectorie Sancti Andree in Civitate Cantuar' cum hospitali de Eastbrydge eiusdem Civitatis

Matthaeus permissione divina Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Dilecto** nobis in Christo Willelmo Morphett clerico Rectori ecclesie parochialis Sancti Andree in Civitate nostra Cantuarien' Necnon magistro domus hospitalis pauperum de Eastbrydge in eadem Civitate Cantuar' Salutem gratiam et benedictionem. **Quoniam** ecclesie parochialis Sancti Andree predict' fructus redditus et proventus adeo tenues et exiles existunt ut ad congruam sustentationem Rectoris ibidem et supportationem aliorum onerum eidem ecclesie incumbentium vix sufficiant, nullaque in eadem ecclesia domus aut edificium existat in qua Rector eiusdem pro tempore existens commorari ac hospitalitatem tenere possit. Cumque insuper hospitale predictum de Eastbrydge eidem ecclesie Sancti Andree vicinum existat ac Mansum et domum principalem habeat decenter constructa ut tu commodiusque tam prefate ecclesie Sancti Andree quam hospitalis predict' cure et Regimini melius prospicere valeas et possis propter predict' aliasque rationabiles causas coram nobis expositas et per nos summario examine debito approbat' prefatam Rectoriam Sancti Andree cum suis iuribus et pertinentiis universis prefat' domui hospitalis pauperum de Eastbridge durante tua incumbentia in hospitali predict' et quamdiu tu eiusdem magister fueris et non aliter unimus annectimus et incorporamus Ita ut bene cedat et licebit tibi prefatam hospitalem una cum ecclesia Sancti Andree predicta unius tantummodo beneficii vice quamdiu fueris magister ibidem retinere fructusque redditus et proventus tam prefati hospitalis quam prefate ecclesie Sancti Andree (debitis ac congruis earundem supportatis oneribus) in tuos usus utilitatem convertere et applicare Tenore presentium premissis auctoritate nostra ordinaria qua fungimur in hac parte dispensamus contrariis ordinationibus in aliquo non obstantibus. Proviso quod dicta ecclesia Sancti Andree predicta debitis obsequiis non fraudetur et animarum cura in eadem nullatenus negligatur sed tam eiusdem ecclesie quam prefati hospitalis de Eastbridge congrue supportentur onera debita et consueta. **Dat'** in Palatio nostro Cantuarien' undecimo die Mensis Augusti Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto Et nostre Consecrationis Anno Sexto

Unio Rectorie de Blakemanston facta vicarie de Bekesborne

Matthaeus providentia divina Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus **Dilecto** nobis in Christo Hermanno Lake Clerico Vicario perpetuo ecclesie de Bekesborne nostre Cantuar' dioc' Salutem **Expositum** nobis nuper extitit quod fructus et proventus admodum tenues et exiles sunt nec ad congruam sustentationem Vicarii eiusdem aliorumque dicte ecclesie incumbentium onerum supportandorum non sufficiant. Cumque insuper ecclesia parochialis de Blakmanston [illegible] quam nuper ex collatione nostra obtinuisti que ab antiquo ecclesia parochialis et curata fuerat tamen propter temporis vetustatem aliasque propter alios casus contingentes diruta iam et omnino deformata existit, nec ulla ecclesia ad divinorum celebrationem nec aliquod edificium infra parochiam eiusdem ecclesie iam superest propter hec aliasque ob causas coram nobis propositas et per inquisitionem examinatas [illegible] appareat prefatam rectoriam de Blakmanston cum suis Iuribus et pertinentiis universis prefate Vicarie de Bekesborne durante tua incumbentia et quamdiu fueris vicarius eiusdem et non aliter auctoritate nostra ordinaria uniendam annectendam et incorporandam per presentes Ita quod tu prefatus vicarius de Bekesborne vicarie dicte Rectorie de Blakmanston unione durante fructus eiusdem rectorie [illegible] redditus et proventus universos dicte ecclesie debite et congrue eiusdem supportatis oneribus in tuos usus et utilitatem convertere et applicare libere et licite valeas et possis auctoritate nostra qua fungimur in hac parte dispensamus per presentes **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus **Dat'** in Palatio nostro Cantuar' ultimo die Mensis Julii Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto Et nostre Consecrationis Anno Sexto.

Bapchilde vicar' Institutio

Vto die Mensis Augusti Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto apud Cantuar' Reverendissimus admisit Willelmum Barons Clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Bapchilde Cantuar' dioc' per mortem naturalem ultimi et immediati vicarii et incumbentis eiusdem vacantem ad quam per venerabiles viros magistrum Hugonem Turnbull sacre Theologie professorem ac Decanum ecclesie cathedralis Cicestren' et eiusdem ecclesie Capitulum dicte vicarie patronos veros et indubitatos (ut dicitur) patronos sibi presentatus existit. Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. in suis Iuribus et pertinentiis universis Curam et regimen etc. ei in domino commisit Iuribus suis archiepiscopalibus etc. semper salvis Et recepit ab eodem Willelmo Barons Iuramentum debitum etc. ac de renunciando omni forinsece potestati etc. iuxta formam statuti parliamenti etc. Et de continuo ac personali residendo etc. et acceptat curam. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar' seu eius Officiali ad inducendum etc.

Preston iuxta Wyngham Vicar' Institutio

Vicesimo die Mensis Augusti predicti Reverendissimus apud Cantuar' admisit Edwardum [illegible] Clericum ad Vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Preston iuxta Wyngham Cantuar' dioc' per liberam et spontaneam resignationem [illegible] ultimi Vicarii eiusdem vacantem ad quam per Decanum et Capitulum ecclesie cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar' dicte Vicarie patronos veros (ut dicitur) patronos sibi presentatus existit. Ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curam et regimen etc. ei in domino commisit Iuribus suis archiepiscopalibus etc. semper salvis Et recepit ab eodem Edwardo [illegible] Iuramentum debitum etc. ac de renunciando omni forinsece potestati etc. iuxta formam statuti parliamenti etc. Et de continuo ac personali residendo etc. et acceptat curam. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar' seu eius Officiali ad inducendum etc.

Bockynge decanat' Collatio

Quarto die Mensis Augusti Anno domini 1565 apud Cantuar' predict' Reverendissimus contulit Jacobo Calfhill sacre Theologie Bacchalaureo Ecclesiam parochialem de Bockynge Decanatus de Bockynge ecclesie sue Metropolitice Christi Cantuar' pertinentem immediate, per mortem naturalem ultimi Rectoris et incumbentis in eadem vacantem, et ad suam Collationem pleno iure spectantem. Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc.

cum suis Juribus et pertinentiis universis, Curam et regimen etc. ei in domino commisit Juribus suis Arch-
iepalibus etc. semper salvis. Et recepto ab eodem Jacobo Calfhill Juramento Canonice
obed etc. et de renunciando omni forinsece potestati juxta formam Statuti Parliamenti
etc. et acceptata eius etc. Scriptum fuit Decano Decanatus de Bockinge presenti seu
eius deputato etc. necnon omnibus et singulis etc. ad inducendum etc.

Elmeley ecclie Institucio

Ultimo die Mensis Augusti Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto
dominus admisit Franciscum Milles in artibus magistrum ad ecclesiam parochialem sive capellam
de Elmeley sue Cantuariensis dioc per mortem naturalem magistri Johannis Warner in
medicinis doctoris ultimi Rectoris et incumbentis ibidem vacantem. Ad quam per Custodem
et Socios Collegii omnium animarum fidelium defunctorum de Oxon ipsius ecclesie veros
et indubitatos (ut dicitur) patronos domino presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem
instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis universis Curamque et regimen animarum etc. ei
in domino commisit. Juribus suis Archiepalibus etc. semper salvis. Et recepto ab eodem
Francisco Milles Juramento Canonice obed etc. et de renunciando omni forinsece potestati
etc. juxta formam Statuti Parliamenti etc. et acceptat eius etc. Scriptum fuit
Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad inducendum etc.

Presentacio ad ecclesiam parochialem omnium Sanctorum Berkynge

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie
Primas et Metropolitanus venerabili confratri nostro domino Edmundo eadem per-
missione divina London Episcopo vestroque Vicario in Spiritualibus generali aut alii cuicunque
hanc vestram potestatem admittendi presentatos habenti Salutem et fraternam in domino cari-
tatem. **Ad** ecclesiam parochialem omnium Sanctorum Berkinge vestre London dioc per
mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris et incumbentis ibidem iam vacantem
et ad nostram presentationem pleno Jure spectantem **dilectum** nobis in Christo
Ricardum Tirrell Clericum vestre confraternitati harum serie presentamus Rogan-
tes quatenus eundem Ricardum Tirrell ad eandem ecclesiam admittere Ipsumque
Rectorem eiusdem instituere et ipsum inducere in eadem cum suis Juribus et pertinen-
tiis universis ceteraque peragere et perimplere que vestro in hac parte incumbunt officio
pastorali velitis cum favore. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus
apponi fecimus **Dat** in Manerio nostro de Lambehith xxx^mo die mensis
Augusti Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto et nostre
Consecrationis Anno Sexto

Harietesham ecclie Institucio

Decimo quarto die Mensis Septembris Anno domini 1565 predictus dominus
admisit magistrum Johannem Lloyd legum doctorem ad ecclesiam parochialem de Harietesham sue
Cantuariensis dioc per mortem naturalem ultimi et immediati Rectoris et incumbentis
ibidem vacantem Ad quam per Johannem Raynolds de medio templo London generosum
ipsius ecclesie ratione cuiusdam Advocationis Jurispatronatus eiusdem per Custodem
et Socios Collegii omnium animarum fidelium defunctorum de Oxon in hac parte facte
et concesse verum et indubitatum (ut dicitur) hac vice patronum domino presentatus extitit
Ipsumque Rectorem eiusdem in persona Thome Crispfild clerici procuratoris sui etc.
instituit cum suis Juribus et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum etc.
ei in domino commisit. Juribus suis Archiepalibus etc. semper salvis. Et recepto ab
eodem Thoma Crispfild nomine procuratorio Juramento Canonice obed etc. Et de renunciando
omni forinsece potestati etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali
ad inducendum etc.

Collacio ecclie Sancti Dunstani in oriente

Vicesimo sexto die Mensis Septembris Anno domini 1565 predictus Reve-
rendissimus contulit magistro Johanni Mey Sacre Theologie professori ecclesiam
parochialem Sancti Dunstani in oriente Decanatus de Arcubus London ecclie
Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate per mortem naturalem magistri Ri-
Bernarde ultimi incumbentis in eadem vacantem et ad Collationem domini Reverendiss-
imi pleno Jure spectantem Ipsumque Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus
et pertinentiis universis Curamque et regimen animarum etc. ei in domino commisit. Juri-
bus Archiepalibus etc. semper salvis. Et recepto ab eodem magistro Mey Juramento Canonice obe-
dientie etc. et de recognoscenda Regia suprema potestate etc. juxta formam Statuti etc. Scriptum fuit
Decano de Arcubus London etc. necnon omnibus et singulis Rectoribus etc. ad inducendum etc.

Collatio vicarie perp de Wester Rominge

Vicesimo sexto die Mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto predictus Reverendissimus pater contulit Thome Walley clerico in Artibus Baccalaureo vicariam perpetualem de Wester Romnyng Cantuar dioc per mortem naturalem Johannis Stewarde ultimi Incumbentis in eadem vacantem et ad Collationem dicti Reverendissimi patris pleno jure spectantem Ipsumque vicarium eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis Curamque et Regimen animarum etc. ei in domino commisit Juribus Archiepiscopalibus etc. semper salvis. Et recepit ab eodem Thoma Walley Juramentum canonicum obedientie etc. Et de renunciando omnimode forinsece potestati etc. et de recognoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus juxta formam statuti Parliamenti etc. Et scriptum fuit Archidiacono Cantuar seu eius officiali ad inducendum.

Sequestratio vicarie de Hyes in Com Midd

ob non sol. xarum Reg.

Matheus permissione divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Henrico Cole generoso Salutem gratiam et Ben. Cum per quendam Actum sive Statutum in Parliamento Anglie tento apud Westm Anno Regni felicissime memorie domini Henrici viij Regis Anglie octavi vicesimo sexto conditum fuerat eidem nuper Regi ac heredibus et successoribus suis Regibus Anglie quedam pensio sive Annualis Redditus attingens ad decimam partem clari annui valoris omnium et singulorum Beneficiorum promotionum et dignitatum spiritualium sive ecclesiasticorum infra quascunque dioc Regni sui Anglie aut Wallie existentium solvend dicto nuper Regi heredibus et successoribus suis ad festum natalis domini annuatim in perpetuum ut inter alia plenius continetur et exprimitur in eodem statuto. **Cumque** predicta Summa quadraginta solidorum per Annum de porcione dicte vicarie de Hyes in Com Middlesex nunc percurrat et immediate ... dicte pensionis sive Annualis Redditus a retro existit et non solut pro quatuor Annis finit in festo Natalis domini Anno quarto Regni domine nostre Elizabeth nunc Regine Anglie attingens in toto ad Summam octo librarum legalis monete Anglie. **Nos** igitur virtute et auctoritate Statuti sive Actus Parliamenti predicti omnes et singulos fructus redditus proventus decimas oblationes ac cetera Jura et emolumenta quecunque dicte vicarie de Hyes propter non Solutionem pensionis sive Annualis Redditus predict duximus sequestrand et Custodiam Sequestri nostri huiusmodi tibi committend cen tuam harum serie Sequestramus et tibi committimus. **Ad** publicand igitur huiusmodi Sequestrum nostrum sic interpositum omnibus et singulis quorum interest aut interesse poterit in hac parte. Necnon ad colligend percipiend levand et exigend omnes et singulos fructus decimas obventiones commoditates et emolumenta ecclesiastica quecunque ad dictam vicariam perpetualem de Hyes quomodocunque spectant et pertinent easque et ea sic collect levat et percept sub salvo et tuto Sequestro custodiend et conservand ac que temporis mora de verisimili futura sunt deteriora iusto precio distrahend et vendend exponend atque de collectis levatis et perceptis huiusmodi Curam dicte parochie interim et aliis Ministris debite deserviri ac omnia onera eidem vicarie incumbentia debite supportari faciend et causand ac de Residuo sic collect levat et percept fidelem nobis compotum sive Ratiocinium quum ad hoc congrue fueritis requisitus iuste reddend et faciend Ceteraque omnia et singula alia faciend gerend et expediend que in hac parte de Jure necessaria fuerint seu quomodolibet requisita. Tibi vices et auctoritatem nostras committimus per presentes tantisper duratur donec et quousque dicta Summa octo librarum supradicta (vel per eum etc.) a retro existens tota cum expensis occasione non Solutionis eiusdem predicte factis et in hac parte faciendis plenarie fuerit solut et satisfact. **In cuius** rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. **Dat** in Manerio nostro de Lambehith primo die Mensis Augusti Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto Et nostre Consecr Anno Sexto.

Bexley vicar Institutio

Vicesimo primo die Mensis Novembris Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto predictus dominus admisit Johannem Bruton clericum ad vicariam perpetuam dicte ecclesie de Bexley decanatus de Shorham ecclesie Metropolitice Xpi Cantuar' immediate per mortem naturalem Johannis Shalcrosse ultimi et immediati vicarii et Incumbentis eiusdem vacan[tem] Ad quam per Edmundum Cooke de Lesnynge in Com[itatu] Kanc' generosum dicte vicarie perpetue verum et indubitatum (ut dicitur) patronum dno presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curamque et Regimen animarum etc. ei in dno commisit, Iuribus suis Archiepalibus etc. semper salvis Et recept ab eodem Johanne Swynton Iuramento tam Canonice obedientie etc. et de Renunciando omnimode foranee potestati etc. iuxta formam statuti etc. et de continuo ac personaliter residendo etc. et acceptata Cura etc. Scriptum fuit Decano decanatus de Shorham etc. necnon omnibus et singulis Rectoribus decanatus predicti ad inducendum etc.

Nova Romney vicar' Institutio

Duodecimo die Mensis Decembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto dnus admisit Johannem fforsett clericum ad vicariam perpetuam ecclesie poch[ialis] de nova Romney sue Cantuarien' dioc' per liberam et spontaneam Resignationem Richardi Webbe ultimi et immediati vicarii et Incumbentis eiusdem vacan[tem] Ad quam per Custodem et Socios Collegii omnium fidelium defunctorum de Oxon' dicte vicarie perpetue veros et indubitatos (ut dicitur) patronos dno presentatus extitit, ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis / Curamque et Regimen animarum etc. ei in dno commisit, Iuribus suis Archiepalibus etc. semper salvis Et recept ab eodem Johanne fforsett Iuramento tam Canonice obedientie etc. et de Renunciando omnimode foranee potestati etc. iuxta formam Statuti Parliamenti etc. et de continuo ac personaliter residendo etc. et acceptata Cura etc. Scriptum fuit Commissario Civit[atis] et dioc' Cantuar' seu eius deputat[o] ad inducendum

Northelmham vicar' Collatio Iure devoluto

Sexto die Mensis Decembris Anno predicto Reverendissimus pater contulit Philippo Harrison clerico vicariam perpetuam de Northelmham Norwicen' dioc' iam vacan[tem] et ad suam Collationem Iure ad eum ante devoluto ratione lapsus temporis hac vice spectan[tem] ipsumque vicarium eiusdem instituit etc. Curamque et Regimen animarum etc. ei commisit, Iuribus suis Archiepalibus etc. semper salvis Et recept ab eodem Philippo Harrison Iuramento de continue residendo etc. ac de canonica obedientia etc. et de Renunciando omnimode foranee potestati etc. Ac de Recognoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus iuxta formam Statuti etc. Scriptum fuit omnibus et singulis ad inducendum

Veter Romney Eccle Rcte Collatio

Vicesimo secundo die Mensis Decembris anno dicto Reverendissimus pater contulit Willelmo Cotte clerico ecclesiam poch[ialem] de Veteri Romney sue Cantuar' dioc' per mortem naturalem Thome Hall' clerici in Artibus Bacchalarii ultimi Rectoris et Incumbentis in eadem vacan[tem] et ad collationem dicti Reverendissimi patris pleno Iure spectan[tem] ipsumque Rectorem eiusdem in persona Thome Blackemore literati procuratoris sui etc. instituit etc. cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen animarum etc. ei in persona dicti procuratoris commisit, Iuribus suis Archiepalibus etc. semper salvis etc. Ac recept ab eodem Willelmo Cott in persona dicti procuratoris Iuramento Canonice obedientie etc. et de Renunciando foranee potestati etc. ac de Recognoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus iuxta formam Statuti etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuar' seu eius Officiali ad inducendum etc.

Barsted vicar' Institutio

Undecimo die mensis Januarii Anno dni iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto dnus admisit Christoferum Sprott clericum ad vicariam perpetuam ecclesie poch[ialis] de Barsted sue Cantuar' dioc' per liberam et spontaneam Resignationem Johannis Braynforde clerici ultimi vicarii et Incumbentis eiusdem vacan[tem] Ad quam per venerabiles viros magistrum Walterum Philippes Decanum ecclesie Cathedralis Roffen' et eiusdem ecclesie Capitulum dicte vicar[ie] perpetuos veros et indubitatos (ut dicitur) patronos dicto prelato exhibitum Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis Curamque et regimen animarum etc. ei in domino commisit, iuribus suis archiepiscopalibus etc. semper salvis Et recepit ab eodem proposito iuramentum canonice obedientie etc. et de renunciando omni forinsece potestati etc. iuxta formam statuti etc. et de continuo et personali residendo etc. et antedicta Cura etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali etc. ad inducendum etc.

Vicesimo sexto die Mensis Januarii Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo secundo Reverendissimus pater contulit Edwardo Watmough clerico vicariam perpetuam de Marisfelde Cicestrensis diocesis de iure et facto vacantem et ad Collationem dicti Reverendissimi iure devoluto ratione lapsus temporis hac vice spectantem Ipsumque vicarium eiusdem instituit etc. cum suis iuribus et pertinentiis universis prestito primitus per eundem Edwardum iuramento de canonica obedientia etc. ac de renunciando omnimode forinsece potestati etc. Necnon de recognoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus iuxta formam statuti Et emanavit citatio contra Thomam Mandesley ius et interesse in dicta vicaria sibi competere (ut dicitur) pretendentem ad comparendum in loco consistoriali divi Pauli London sexto die post etc. ad proponendum ius et interesse sua etc. et ad dicendum causam quare dictus Edwardus Watmough sic institutus non debeat induci in possessionem dicte vicarie perpetue etc.

Collatio vicarie perpetue de Marisfelde Cicestrensis diocesis iure devoluto

Matthaeus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis clericis et literatis quibuscumque per Provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem gratiam et benedictionem. Cum nos alias vicariam perpetuam de Marisfelde Cicestrensis diocesis nostre provincie Cantuariensis dudum de iure et facto vacantem, et ad nostram Collationem iure ad nos iam devoluto ratione lapsus temporis hac vice spectantem Dilecto nobis in Christo Edwardo Watmough clerico intuitu caritatis contulerimus Ipsumque vicarium eiusdem ac in et de eadem instituerimus canonice et legitime investiverimus cum suis iuribus et pertinentiis universis. Cumque postea ex relatu accepimus quendam Thomam Mandesley clericum ius et interesse sibi in dicta vicaria perpetua competere pretendit Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus Quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie prefatum Thomam Mandesley personaliter si apprehendi valeat et ad eum si citandi tutus vobis pateat accessus alioquin per citationis edictum per affixionem publicam in valvis ecclesie dicte vicarie perpetue de Marisfelde per vos affigendum et ibidem aliquamdiu dimittendum vera tamen copia ibidem relicta aliisque viis et modis quibus melius et efficacius de iure poteritis ita quod huiusmodi Citatio ad eius notitiam verisimiliter pervenire poterit Quatenus compareat coram nobis aut Vicario nostro in Spiritualibus generali seu Officiali principali quocumque in ecclesia cathedrali divi Pauli London loco consistoriali ibidem sexto die post Citationem huiusmodi sibi in hac parte factam si iuridicus fuerit alioquin proximo die iuridico tunc sequente hora causarum ibidem consueta) Ius et interesse sua in dicta vicaria perpetua si que sibi competunt in debita iuris forma propositurus ac causam rationabilem et legitimam si quam pro se habeat aut dicere sciat quare prefatus Edwardus Watmough sic per nos institutus et investitus in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem vicarie perpetue induci et admitti non debeat ad promotionem dicti Edwardi Watmough dicturus et allegaturus Ulteriusque facturus et recepturus quod iustitia in hac parte suadebit Intimantes eidem Thome Mandesley sic citato quod sive ipse dictis die hora et loco comparuerit sive non nos nihilominus iuxta iuris exigentiam in hac parte procedemus seu sic procedet Vicarius noster in Spiritualibus generalis seu Officialis noster principalis huiusmodi ac iustitiam ministrabit ipsius Thome Mandesley absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem seu Officialem principalem huiusmodi dictis die hora et loco debite certificatis.

Citatio contra Thomam Mandesley ad proponendum interesse suum in dicto Beneficio etc.

debite certificetis seu certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus Dat sub Sigillo quo in similibus ad presens utimur xxvi^o die mensis Januarij Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto Et nostre Consecracionis Anno Septimo

Certificatorium super executione dicte Citationis

Reverendissimo in Christo patri Cantuariensis domino vestro Vicario in Spiritualibus generali sive Officiali principali cuicumque Vester humilis et devotus Thomas Barton clericus vester ad infrascripta mandatarius sufficienter et legitime deputatus omnem reverenciam et humilitatem tanto Reverendissimo patri debitam cum honore Mandatum vestrum Reverendum retroscriptum nuper cum ea qua decuit obediencia humiliter recepi cuius vigore pretextu et authoritate retronominatum Thomam Mandesley clericum xxvi^o et xxx^o diebus Mensis Januarij ultimo elapsis infra parochiam de Marisfeld retroscripti in qua parochia conversari et frequentari solebat et consuevit sive solet in presenti ad effectum personaliter apprehendendum cum personali mandato vestro Reverendissimo et citandum eundem Thomam iuxta vim formam et effectum huiusmodi vestri Reverendi mandati diligenter quesivi, dictus tamen Thomas Mandesley ita latitavit et in presenti latitat ac se absentavit et absentat ut personaliter eum invenire non valui Quocirca eum per affixionem presentium dicto xxx^o die aliquamdiu in valvis exterioribus dicte ecclesie parochialis de Marisfeld predicte, ac postea vera copia eiusdem ibidem dimissa et relicta peremptorie citavi et intimavi ad comparendum coram vobis die et loco retroscriptis atque ad effectum in presenti vestro Reverendissimo mandato contento secundum huiusmodi vestrum Reverendum mandatum prout in me est debite sum executus In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri domini Richardi Curteys publicis apponi procuravi Et nos Richardus antedictus ad specialem Rogatum dicti certificantis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus Dat quarto die mensis ffebruarij Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane 1565

Mandatum ad inducendum Edwardum Watmough in possessionem ecclesie de Marisfeld

Mattheus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis in Christo filiis Universis et singulis Rectoribus vicarijs Capellanis Curatis et non Curatis clericis et literatis quibuscumque per Provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem graciam et benedictionem Cum Dilectus nobis in Christo magister Thomas Yale legum doctor Vicarius noster in spiritualibus generalis et Officialis principalis sufficienter constitutus In quadam causa sive negotio Beneficiali quod coram eo in dicta Curia inter Edwardum Watmough clericum ad ecclesiam parochialem de Marisfeld Cicestrensis diocesis nostreque Cantuariensis provincie dudum vacantem et ad nostram Collationem Jure ad nos devoluto racione lapsus temporis hac vice spectantem dudum per nos et nostra auctoritate admissum et in eadem institutum et investitum partem huiusmodi negotium promoventem ex una et Thomam Mandesley clericum Jus et interesse in dicta ecclesia de Marisfeld sibi competere pretendentem partem contra quam huiusmodi negotium promovetur partibus ex altera nuper vertebatur et pendebat indecisum rite et legitime procedens prenominatum Edwardum Watmough ad eandem ecclesiam parochialem de Marisfeld sic (ut premittitur) admissum et institutum in realem actualem et Corporalem possessionem eiusdem ecclesie Juriumque et pertinentium suorum universorum inducendum et imponendum fore ad peticionem partis dicti Edwardi Watmough decrevit Justicia mediante Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus Quatenus eundem Edwardum Watmough seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem ecclesie Juriumque et pertinentium suorum universorum inducatis inducive faciatis et defendatis inductum Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum in Spiritualibus generalem quemcumque, cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite et autentice certificetis seu certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus Juribus feodis et emolumentis Archidiaconi loci illius omniumque officiariorum et ministrorum quorumcumque semper salvis et reservatis **In cuius** rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus **Dat** xxij^o die Mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto Et nostre Consecracionis Anno Septimo

Cetera Acta huiusmodi Negotij Beneficialis de Marisfeld eciam descripta sunt in libro Actorum Cantuariensis

Decimo octavo die Mensis Januarii Anno domini iuxta Computacionem ecclesie Anglicane
Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto, dominus admisit Thomam Wolt clericum ad vicariam perpetuam Sancti
Petri ville Sandwici sive Cantuariensis diocesis modo legitime vacantem Ad quam per Maiorem Juratos
et Comitatem de Sandwico predict' ipsius ecclesie perpetue veros huiusmodi hac vice (ut dicitur)
patronos domino presentatus extitit. Ipsumque vicarium eiusdem instituit etc. cum suis Juribus
et pertinentiis vniuersis. Curamque et Regimen animarum etc. sibi in domino commisit Juribus
suis Archiepiscopalibus etc. semper salvis etc. Ac recepto ab eodem Thoma Wolt
Juramento legitime obedientie etc. Ac de Renunciando omni forinsece potestati iuxta formam
Statuti Parliamenti etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu eius Officiali ad
inducendum etc.

Sancti Petri Sandwici
Institucio

Vicesimo die Mensis Martii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane 1565 Re-
verendissimus pater contulit Johanni Bongart clerico Artium magistro vicariam perpetualem de Lachingdon
cum Capella de Lallynge eidem annexa Decanatus de Bockinge ecclesie Christi Cantuariensis immedi-
ate per mortem naturalem Johannis Wysart clerici Artium magistri vltimi Rectoris et Incum-
bentis in eadem vacantem et ad Collacionem dicti Reverendissimi patris pleno Jure spectantem Ipsumque
Rectorem eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis vniuersis Curamque et Regimen
animarum etc. sibi commisit. Ac Recepto ab eodem Johanne Juramento canonice obedientie etc. et de Renunci-
ando forinsece potestati etc. Ac de Recognoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis
et temporalibus iuxta formam Statuti Parliamenti etc. Scriptum fuit Decano Deca-
natus de Bockinge predict' seu eius Deputato necnon vniuersis et singulis etc.

Collacio vicarie perpetue de
Lachingdon cum capella
de Lallynge eidem annexa

Vicesimo die Mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto
dominus admisit Robertum Martyn clericum ad vicariam perpetuam de Dymchurche sive Cantuariensis diocesis
per liberam et spontaneam Johannis Sforcott clerici vltimi vicarii et Incumbentis ibidem vacantem Ad
quam per Illustrissimam dominam nostram Reginam Elizabeth etc. ipsius ecclesie (ut dicitur) patronam
domino presentatus extitit. Ipsumque vicarium eiusdem instituit etc. cum suis Juribus et pertinentiis vni-
uersis Curamque et Regimen animarum etc. sibi in domino commisit Juribus suis Archiepiscopalibus etc.
semper salvis etc. Ac recepto ab eodem Roberto Martyn Juramento legitime obedientie etc. et de Renunciando
omni forinsece potestati iuxta formam Statuti etc. Scriptum fuit Archidiacono Cantuariensi seu
eius Officiali ad inducendum etc.

et subscriptione Johannis Incent viri Reverendissime paternitatis vestre Registrarii principalis munito ac roborato
Cuius quidem publici Instrumenti principium fuit huiusmodi **In dei nomine Amen** per presens publicum
instrumentum appareat evidenter et sit notum Quod Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo
primo mensis vero octobris die vicesimo quinto in quodam deambulatorio &c **Quo** sic instrumento
diligenter perlecto nobis aperte planeque constabat quod Egregius vir magister Richardus Barber legum doctor
nuper Custos huius Collegii animarum omnium fidelium defunctorum predictum officium suum custodis eiusdem in
reverendissimas manus vestras resignavit ac dimisit totumque ius suum ac titulum in eodem a se penitus
abdicavit perpetuo **Qua** resignatione per vestram celsitudinem acceptata ac deinde ad nos per predictas
Literas vestras ac publicum instrumentum missa vicecustos ut prefatus nobis in domo nostra Capitulari
constitutis et congregatis vicesimo septimo die mensis Octobris Anno predicto literas reverendas ac publicum
Instrumentum predictum ac omnia alia in eisdem comprehensa palam publice distincte et integre intimavit
significavit et publicavit expresse **Orbato** itaque dignissimo Archipresul Collegio hoc vestro suo
custode Nos omnes et singuli Socii antedicti in Universitate Oxon presentes ex forma Statuti expectatis
absentibus per quindecim dies a tempore destitutionis huiusmodi in dicto Collegio publicate continue
numeratos infra quatuor dies post dictos quindecim dies scilicet continue numeratos Duodecimo viz die
Mensis Novembris Anno domini predicto In Capella dicti Collegii que ad hoc pro domo Capitulari

capitulari Collegiali mane circa horam septimam per prefatum vicecustodem ob causam electionis futuri custodis convocati convenerunt ubi exposita per vicecustodem huiusmodi causa convocationis sue scilicet pro electione futuri custodis facienda antequam ad electionem huiusmodi Custodis ulterius procederent pro Spiritus sancti gratia devotius invocanda publice ac communiter Missa prius decenter et solempniter celebrata ac habitis sicut quibus precibus finitis vicecustos supradictus statum in eo Statuto de electione Custodis formam huiusmodi electionis continens publice in presentia omnium sociorum predictorum legit et consequenter ab omnibus et singulis sociis predictis tactis per ipsos et ipsorum quemlibet sacrosanctis dei Evangeliis Juramentum secundum formam Statuti de electione Custodis exegit videlicet quod postposito et cessantibus omnibus Amore favore timore et prout in dicto Statuto continetur duos videlicet unum Artistam et alium Juristam iuxta Statuti formam eligerent in Custodem ut ex tenore dicti Statuti latius inferius patebit Juraverunt insuper modo quo supra presentibus omnibus et singulis sociis predictis Thomas Swnnasterne Artium Magister et Stephanus Bulle in lege Bacalarius ceteris sociis in dicto Collegio in suis facultatibus seniores ad quos iuxta Statuta dicti Collegii in huiusmodi electionis negotio scrutinium votorum sociorum singulorum presentium pertinebat dicto vicecustodi dedendo quod nullum procuraverunt seu procurari fecerunt verbo scripto vel prout in Statuto super hoc edito latius apparet **Quorum** scrutatorum unus senior coram altero scrutatore suo assumendo sibi alium dicti Collegii socium post eos seniorem votum suum secreto emisit et in scriptis redegit et sic modo consimili tunc dicto proximo seniore erat votum alterius Conscrutatoris emissum et in scriptis redactum **Deinde** vero iidem duo scrutatores coniter atque simul dicti proximi senioris votum ac vota omnium et singulorum aliorum sociorum tunc presentium incipiendo a Senioribus secrete et sigillatim perscrutari et omnia in scriptis ipsis scrutatoribus videntibus redigi fecerunt et in presentia votantis seu scrutati legerunt nominationes huiusmodi In quo quidem scrutinio diligenter primo et unica vice completo et finito nominatio prima in duos egregios viros videlicet magistrum David Lewis legum Doctorem et Magistrum Robertum Hovenden Artium magistrum extitit concordata atque constabat dictis scrutatoribus eosdem in dicto Scrutinio per maiorem partem sociorum predictorum utriusque facultatis tam Artistarum quam Juristarum in dicta electione primum Nominari et eligi Idem Magister Thomas Swnnasterne senior scrutator per secundum Statuti exigentiam in presentia omnium et singulorum sociorum predictorum Idem scrutinium mox publicavit in eo votaque omnium et singulorum publice ex scrutinio legit et promulgavit **Quibus** omnibus et singulis sic peractis Griffinus Lloyd legum studiosus Collegii vero supradicti socius per maiorem partem sociorum predictorum ad tunc ibidem presentium nominatum ad dictos egregios viros sic ut premittitur in scrutinio predicto per nos nominatos et electos unanimiter electionis iuxta formam ac Statuti de electione Custodis Juramentique a Presidente per dictorum unum in custodem prefatum tenorem plene continentibus Sigillo eo Collegii communi autoritate sigillatis vestre Reverendissime Amplitudini presentandos transmittimus **Quorum** quidem Statuti et Juramenti tenores huiusmodi verba sequuntur

In primis siquidem cum dicta universitas Oxon alumnos suos quos tanquam fecunda mater parturiens ab uberibus iugiter sapientie lacte nutrit nedum in Philosophia artibusque imbuat verumetiam in Theologie que omnium scientiarum merito Magistra est ac Jurium Canonici ac civilis facultatibus que pro Regimine politico rei publice quam utiles et necessarie sunt absolute consideravit erudire Ut dictum Collegium quod quasi in eiusdem alme Matris gremio subsistere dignoscitur ad exemplum eius tanquam devota filia se conformet etiam suos quos per dei gratiam fertiles parturire conabitur in variis scientiarum et facultatum dogmatibus erudiat et informet **Statuimus ordinamus** et volumus quod in dicto Collegio sint iuxta formam Statutorum infrascriptorum quadraginta Socii et Scholares dictis scientiis et facultatibus iugiter insistentes quorum viginti quatuor artes et philosophiam sive Theologiam quos Artistas et sedecim Jus Canonicum vel civile quos Juristas appellari volumus Audiant et diligenter addiscant iuxta modum et formam plenius per nos inferius describendas Ultra quos unum volumus quod semper unus sit qui omnibus et singulis eiusdem collegii sociis et Scholaribus necnon Sacerdotibus ac ministris aliisque quibuscumque in eodem Collegio degentibus preemineat atque presit eosdem secundum regulas et statuta inferius edita et imposterum per nos et Successores nostros **Cantuarienses Archiepiscopos** edenda statutis et ordinationibus nostris nullatenus contraria seu aliquo modo repugnantia regat Corrigat et gubernet qui perpetuus sit et custos eiusdem Collegii vulgariter **Wardeyn** perpetuo nuncupetur vir bone conversationis et honeste ac in scientia bonisque moribus et conditionibus approbatus et in temporalibus atque spiritualibus discretus providus ac etiam circumspectus Cuius nominationem electionem atque prefectionem perpetuis futuris temporibus statuimus ordinamus et volumus debere fieri sub hac forma **Videlicet** quod cedente decedente privato vel amoto dicti Collegii Custode quocumque qui nunc est vel in futuro erit aut eodem Collegio alias quovismodo custode destituto omnes et singuli Socii perpetui prefati Collegii qui de numero dictorum quadraginta fuerint tunc in universitate presentes non citatis absentibus sed solum expectatis per quindecim dies a tempore destitutionis huiusmodi in dicto Collegio publicate et note continue numerandos per vicecustodem eiusdem si presens fuerit aut eo absente vel impedito sic quod per eum agendis in hac parte Negotiis non valeat interesse per Socium dicti Collegii ceteris presentibus seniorem in dicto Collegio simul unum convocati infra quatuor dies post quindecim dies predictos continue numerandos in Capella dicti Collegii quam ad hoc pro domo Capitulari deputavimus collegiali mane circa horam septimam conveniant Ubi exposita per vicecustodem aut socium seniorem huiusmodi eos convocantem causa convocationis sue scilicet pro electione futuri Custodis facienda antequam ad electionem eiusdem procedant pro spiritus sancti gratia devotius invocanda missam de eodem spiritu sancto faciant inter se decenter et solempniter celebrari **Qua** decantata statim in eo legatur hoc presens nostrum Statutum Ac deinde absque alia curiosa solemnitate in electionibus aliis observari et fieri consueta et Patronorum seu fundatorum eiusdem Collegii non obstante seu petita licentia per eos Ad electionem futuri Custodis in forma subscripta ulterius procedatur **videlicet** quod omnes et singuli socii supradicti in huius electionis negotiis presentes tactis per ipsos et ipsorum quemlibet sacrosanctis dei Evangeliis coram omnibus tunc presentibus vicecustodi aut dicto Socio hoc exigente corporale prestent iuramentum quod postposito et cessante omni Amore favore odio timore invidia partialitate affectione consanguinitatis et affinitatis necnon acceptione personarum

et patrie ac occasione quacumqz precis aut precij absqz more dispendio duos unum Artistam videlicet Magistrum
in sacra Theologia vel Magistrum in artibus qui necessariam Regentiam in eadem facultate compleverit et
unum alium Juristam videlicet Doctorem juris Canonici vel civilis aut Baccalarium in altero Jurium
predictorum qui Libellum Institucionum si Civilista fuerit aut unum librum decretalium si Canonista fuerit pro
forma sua legerit de ipsis tunc eiusdem Collegij socijs aut alijs qui quondam fuerant socij in eodem quos
in eorum consciencijs magis idoneos sufficienciores discreciores utiliores et apciores crediderint ad
subeundum gerendum faciendum et exercendum inibi Custodis officium nominabunt Necnon quod illos quos
nominaverint sperant et firmiter credunt quoad bonum et salubre Regimen et diligentem Curam ipius
Collegij personarum rerum ac bonorum terrarum possessionum ac Redditum spiritualium et temporalium et commodum
eiusdem plus posse proficere ac debere Jurabuntqz insuper modo quo supra unus videlicet Jurista et
alter Artista Collegij predicti in facultatibus suis ceteris seniores tunc presentibus in dicto Collegio per
quos vota omnium et singulorum in huiusmodi eleccione presencium incipiendo a senioribus scrutari volumus ante ipsorum
scrutinium huiusmodi et eo absente vel ut prefertur impedito alio socio post predictos duos seniore se
onerante quod nullum procurabunt seu procurari facient verbo scripto nutu vel signo prece vel
precio ad aliquem de socijs aut alium nominandum quam prout ipius socij sic scrutati dictaverit propria
consciencia Et quod votum cuiuslibet seniorum huiusmodi in ipa nominacione diligenter et fideliter exarabunt
ac votum et dictum cuiuslibet socij nominantis ipso scrutato vidente scribent vel unus eorum scribet et in
presencia ipius scrutati statim illud legent vel unus eorum leget Quorum deinde scrutatorum unus senior
coram altero scrutatore suo assumente sibi alium dicti Collegij socium post eos seniorem tunc presentem
voto suo in hac parte primo puro simpliciter ac secreto emisso et in scriptis distincte redacto votum
alterius scrutatoris sui cum dicto proximo seniore socio modo consimili scrutari et in scriptis redigere
diligenter et fideliter teneatur Deinde vero iidem duo scrutatores ceteri atqz simul vota omnium et
singulorum aliorum sociorum tunc presencium diligenter secreto ac singillatim perscrutentur et ea integre in
scriptis redigi faciant fideliter ut prefertur In quo quidem scrutinio si contingat duas personas huiusmodi
per maiorem partem Juristarum necnon Artistarum sociorum tunc presencium nominari et eligi tunc
senior ipsorum scrutatorum ipsum scrutinium mox publicet in communi Si vero in dicto scrutinio in tales duas personas
sic consensum non fuerit ut prefertur tunc absqz publicacione alicuius voti et sine tumultu contra
diccione querela Appellacione supplicacione seu quocumqz impedimento juris vel facti iterum ac totiens
consimile fiat scrutinium donec in duas personas huiusmodi per maiorem partem sociorum predictorum fuerit
concordatum Si autem aliquem vel aliquos socium vel socios ipius Collegij a principio absentem
vel absentes pendente dicto nominacionis seu eleccionis negocio ante publicacionem eiusdem in ipsum
Collegium redire contigerit in statu quo processum ipius eleccionis invenerint admittantur et vota
sua ut prefertur emittant Proviso semper quod dicta nominacio sive eleccio semper infra duos
dies completos a tempore incepcionis scrutinij predicti compleatur et fiat omnimodo Quibus sic
factis nullo alio juris ordine processu seu solemnitate in hac parte observatis seu etiam requisitis ille
persone sic in scrutinio finaliter nominate per unum seniorem et discreciorem socium ipius Collegij post ipsos
sic electos et nominatos per maiorem partem Juristarum necnon Artistarum sociorum adtunc ibidem presencium
nominandum una cum litteris eleccionis predicte formam ac presentis nostri Statuti et Juramenti a preficiendo in
Custodem prestandi tenorem plenarie continentibus sigillo communi dicti Collegij in presencia omnium sociorum
tunc presencium sine difficultate qualibet sigillandis nobis dum vixerimus Et post decessum nostrum
Archiepiscopo Cantuariensi qui pro tempore fuerit Si successorem nostrum huiusmodi in provincia Cantuariensi
aut Eboracensi esse contigerit Alioquin vicario eius in spiritualibus generali aut ipso deficiente
officiali Curie Cantuariensis sede plena Sede vero vacante Priori ecclesie Christi Cantuariensis infra spacium
viginti dierum a tempore publicacionis eleccionis sive nominacionis huiusmodi ut predicitur in communi faciende
continue numerandorum presententur Quibus litteris super eleccione sive nominacione huiusmodi modoqz et forma
predictis absqz probacione alia plenam fidem volumus adhiberi Qui quidem socius cum dictis personis
in Custodem nominatis mittendus coram Nobis aut domino Archiepiscopo seu alio cui dictam presentacionem
fieri contingeret Collacionem in latino sermone facere teneatur dictum Collegium personasqz
in Custodem nominatas et omnes alias personas dicti Collegij eidem specialiter devote et honorifice
recommendando Ipse vero dominus Archiepiscopus aut ille cui de predictis personis huiusmodi presentacio iuxta
tenorem predictum fuerat facienda unam de personis sic sibi nominatis quam secundum Deum et sanam Conscienciam
magis idoneam ad hoc crediderit gratis prestabit et absqz more dispendio et processu iudiciario
et absqz impugnacione eleccionis sive nominacionis huiusmodi unam preficiat in Custodem Collegij
supradicti Qui sic prefectus si sacerdos non fuerit in sacerdotem se faciat ordinari infra dum
quam cicius poterit sub ipsius debito Juramento Si vero socij predicti quod absit dicti eleccionis
modum et formam infra predicta tempora non servaverint aut infra viginti dies a tempore
publicacionis eleccionis sive nominacionis ut premittitur in Collegio faciende eleccionem sive nominacionem
predictas sic non presentaverint extunc potestatem nominandi sive eligendi illa vice ipsos statuimus fore
privatos ipso facto presentis nostri Statuti vigore potestatem providendi prefato Collegio de custode idoneo
illa vice domino Archiepiscopo aut Sede vacante Priori Cantuariensi qui pro tempore fuerit
specialiter reservantes Ita tamen quod unum socium vel unum ipsius Collegij vel alium qui prius fuerat
de ipso Collegio et ex causis honestis recesserit ab eodem Magistrum in Theologia seu doctorem Juris
Canonici vel civilis aut Magistrum in Artibus qui necessariam Regentiam compleverit in ipsa Arcium

facultate seu baccalarium in altero iurium predictorum qui lecturam libelli institucionum aut unius libri decretalium ut supradictum est compleverit pro forma Quem secundum deum et conscienciam suam bona ad officium custodis huiusmodi magis habilem et idoneum esse crediderit in casibus predictis preficiat in custodem Custodem vero huiusmodi quemcumque qualitercumque prefectus fuerit statim post prefectionem suam primo coram illo qui ipsum prefecerit in custodem et subsequenter in presencia omnium sociorum ipsius Collegii presencium antequam ad administracionem aliquam admittatur tactis et inspectis per ipsum sacrosanctis Evangeliis subscriptum prestare volumus iuramentum **Ego N.** in custodem collegii animarum omnium fidelium defunctorum de Oxon' prefectus iuro tactis et inspectis per me istis sacrosanctis Evangeliis quod dictum Collegium omnia beneficia terras tenementa possessiones redditus spiritualia et temporalia iura libertates privilegia et bona quecumque eiusdem Necnon omnes et singulos socios et scholares ipsius Collegii iuxta statuta et ordinaciones ipsius Collegii absque personarum scienciarum vel facultatum generis aut patrie accepcione qualicumque regam custodiam dirigam et gubernabo et sic per alios regi custodiri dirigi et gubernari faciam iuxta posse Ita quod nec sociis vel scholaribus eiusdem Collegii in aliqua scienciarum seu facultatum studentibus occasione sciencie seu facultatis eiusdem plus quam sociis aliis vel scholaribus eiusdem Collegii in scienciis aliis seu facultatibus studentibus favorem aut parcialitatem exhibebo nec me partem pro aliquo aliqualiter faciam nec contra iusticiam caritatis et fraternitatis amore gravamina vel molestias alicui eorum scholarium vel sociorum inferam vel inferri faciam quovismodo **Quodque** quantum in me fuerit correcciones puniciones et reformaciones debitas racionabiles atque iustas de quibuscumque criminibus delictis et excessibus scholarium et sociorum dicti Collegii quorumcumque quociens ubi et quando ac prout opus fuerit iuxta negocii qualitatem omnemque formam et effectum ordinacionum et statutorum dicti Collegii absque parcialitate qualicumque postpositis et cessantibus omnino prece precio amore timore odio invidia et favore Necnon affeccionibus consanguinitatis et affinitatis facultatis seu sciencie ac prerogativis specialibus ex quibuscumque causis preteritis vel conceptis diligenter et indifferenter faciam et exercebo seu per alios fieri et exerceri faciam et eciam procurabo et ea que in ea parte fuerint facienda fideliter in omnibus exequar et exequi faciam iuxta posse **Et si** huiusmodi puniciones et reformaciones ut prefertur debite facere non potero propter metum et potenciam seu multitudinem delinquencium eorum Nota et cognita tum qualitate et quantitate delictorum et excessuum huiusmodi exprimere quam cicius potero infra mensem domino Archiepiscopo Cantuariensi qui pro tempore fuerit seu ipso in remotis agente eius vicario in spiritualibus generali aut ipso deficiente officiali eiusdem Cant' sede plena vel sede Cant' vacante Priori ecclesie Christi Cant' denunciabo et revelabo et per eos huiusmodi correcciones puniciones et reformaciones iuxta statuta et ordinaciones predicta in omnibus solerter et celeriter quatenus in me fuerit fieri procurabo Item quod gubernacionem et regimen omnium terrarum possessionum redditum spiritualium et temporalium Necnon administracionem bonorum et rerum ad ipsum Collegium qualitercumque pertinencium cum omni diligencia et providencia mihi a deo concessis fideliter et diligenter intendam ac alios eiusdem Collegii officiarios et ministros in diversis officiis et ministeriis deputatos intendere faciam iuxta posse Item quod omnia et singula bona et catalla dicti Collegii in commodum et utilitatem Collegii scholarium et sociorum predictorum prout necessitas exegerit et statuta et ordinaciones predicti Collegii in hac parte dictaverint administrabo et faciam utiliter et fideliter dispensari et in omnibus administrari et ea que residua fuerint et excrescent conservabo vel faciam ad incrementum dicti Collegii et commodum fideliter consignari **Item** quod causas lites et placita quecumque ipsius Collegii defendam Necnon omnia et singula negocia ipsius Collegium qualitercumque concernencia prosequar diligenter possessiones libertates privilegia et iura quecumque ipsius Collegii manutenebo pro viribus et defendam **Hoc tamen** salvo quod causas placita vel lites graves in quibus verti poterit ipsius Collegii exheredacio vel grave preiudicium absque maturo et deliberato consilio et assensu maioris partis artistarum ac eciam iuristarum seniorum sociorum dicti Collegii tunc ibidem presencium cuius omnino octo iuriste seniores existant non incipiam nec movebo aut inchoari vel moveri faciam quovismodo **Item** quod ultra sexaginta dies continuos vel vicibus interpolatis discontinuos in anno aliquo a dicto Collegio me non absentabo nisi pro negociis Collegii ipsius vel ex magna et ardua causa per maiorem partem omnium sociorum dicti Collegii tam artistarum quam iuristarum tunc presencium approbanda **Item** quandocumque aliqua eleccio vel assumpcio de scholaribus in dictum Collegium fuerit facienda ut soli tales assumantur et eligantur quos secundum condiciones et qualitates in ordinacionibus et statutis dicti Collegii expressatas habiles et idoneos reputaverim et quos in scienciis seu facultatibus quibus insistent ad honorem commodum et utilitatem eorum et ipsius Collegii plus posse proficere et debere firmiter crediderim sine personarum vel patrie accepcione amore odio invidia et favore timore prece ac precio postpositis quibuscumque quantum ad me pertinet partes meas interponam fideliter et id fieri fideliter procurabo **Item** in casu quo ab officio meo ob culpam meam vel eciam propter causam aliquam me amoveri contingat vel forsan cedam eidem si aliqua bona dicti Collegii ante vel post amocionem vel cessionem huiusmodi recepero bona huiusmodi per me recepta mihi aut usui meo non applicabo preter illa que mihi pro huiusmodi officio exequendo in dicti Collegii statutis et ordinacionibus disponuntur Sed ipsa omnia et singula

404

Successori meo Custodi dicti Collegii et eidem Collegio infra triginta dies a tempore dimissionis seu
cessionis huiusmodi integre restituam et refundam absque diminucione seu contradictione quacumque
Item si per me aut occasione mei aliqua dissentionis materia lis vel discordia in dicto
Collegio (quod absit) suscitata fuerit super ipsa materia inter dictum Custodem Decanos Bursarios
et quinque alios dicti Collegii seniores vel per duos sint iuncti infra triginta dies continuos
finis rationabilis seu placabilis factus non fuerit tunc ordinationi dispositioni decreto laudo et
arbitrio domini Archiepiscopi Cantuariensis qui pro tempore fuerit seu ipso in remotis agente vel
supradicta sede eius vicarii in spiritualibus generalis aut ipso desinente officialis Curie Cantuariensis
de Arcubus sede plena ipsa vero vacante priori Ecclesie Christi Cantuariensis stabo et quod super aliquibus
statuerit ordinaverit et definierit in ea parte fideliter observabo et eidem ordinacioni parebo
sine contradictione quacumque cessantibus appellacionibus provocacionibus querelis exceptionibus
et aliis iuris et facti remediis quibuscumque quibus omnibus et singulis in hac parte renuncio
in hiis scriptis Item quod secreta dicti Collegii in dampnum et preiudicium eiusdem non revelabo
ad extra quovismodo Item quod dicti Collegii meliorationem augmentationem bonorum terrarum
possessionum reddituum et iurium conservacionem et defensionem promotionem et expeditionem negociorum
dicti Collegii quorumcumque ad quemcumque statum gradum dignitatem vel officium imposterum devenero
in sanis consiliis beneficiis favoribus et auxiliis quantum in me fuerit et ad me pertinuerit
diligenter adiuvabo et pro eisdem effectualiter dum vixero in hoc mundo laborabo Item quod non
procurabo diminucionem mutacionem translacionem seu annullacionem alicuius numeri in
aliqua scientia seu facultate nec etiam numeri presbiterorum clericorum aut ceterorum ministrorum
Capelle dicto Collegio in Statutis et ordinacionibus eiusdem limitati seu limitandi contra
formam Statutorum et ordinacionum eorundem vel alias fieri permittam seu tollerabo sed in meo
posse aut eisdem consenciam quovismodo Item quod nullas conventiculas conspiraciones
confederaciones aut pactiones aliquas ubicumque infra regnum Anglie vel extra contra
ordinaciones vel Statuta dictum Collegium concernencia vel contra ipsius Collegii statum
utilitatem comodum vel honorem faciam nec ipsos procurabo seu permittam ab aliis fieri
quantum in me fuerit quomodolibet in futurum seu facientibus ipsa vel eorum alicui prestabo seu
dabo consilium auxilium vel favorem aut eisdem scienter interesse presumam nec ipsis
consenciam quovismodo Item quod consanguineos dicti fundatoris meo in veros socios eiusdem
Collegii iuxta formam et ordinaciones Statutorum in hoc casu editorum electos seu eligendos
sine difficultate quacumque admittam et procurabo ac admitti faciam iuxta posse Item
de veris et perpetuis Sociis in dictum Collegium eligendis et admittendis fidele consilium omni
favore postposito tribuam et impendam ut de bonis personis castis modestis honestis humilibus
aptis et ad studendum et proficiendum in artibus Ecclesiasticis habilibus et idoneis iuxta formam
Statutorum provideatur eidem Item quod contra dominum Archiepiscopum Cantuariensem qui pro tempore
fuerit aut Ecclesiam Christi Cantuariensis Priorem eius aut Capitulum eiusdem Ecclesie in aliqua causa ipsam
Ecclesiam concernente scienter non ero consilio auxilio vel favore causa mea propria et dicti
Collegii causa duntaxat exceptis Item quod non impetrabo aliquam dispensacionem contra
iuramenta mea predicta vel aliquod eorundem nec contra ordinaciones et Statuta huiusmodi
Collegii nec dispensacione huiusmodi si eam per quemcumque impetrari vel gratis offerri aut
concedi contigerit cuiuscumque fuerit auctoritatis sub quacumque forma verborum concessa utar aut
eidem consenciam quovismodo Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei Evangelia Et si
contingat imposterum me propter mea demerita seu causas in Statutis ordinacionibus
et Statutis contentis iuxta formam ordinacionum et Statutorum dictorum ab officio meo expelli seu
alias amoveri ex certa mea sciencia sponte pure simpliciter et absolute omni actioni et
occasione expulsionis seu amocionis huiusmodi contra prefatum Collegii socios vel socium quemcumque
instituende appellacionibusque et querelis in ea parte faciendis ac quarumcumque literarum impetracionem
vel in integrum restitucionem circa premissa et magnatum ac aliorum quorumcumque necnon iudicum
cuiuscumque ecclesiasticorum vel secularium ac omnibus aliis remediis iuris vel facti per quas aut que
potero possem me reconciliari vel in integrum restitui circa premissa quantumcumque alias
probitatis et vite merita mihi suffragentur in hac parte renuncio in hiis scriptis Item
quod omnia et singula statuta et ordinaciones dicti Collegii quatenus me concernunt secundum planum
literalem et grammaticalem sensum et intellectum eorundem inviolabiliter tenebo et exequar ac alia
observabo et quantum in me fuerit faciam teneri et exequi et ab aliis observari Volumus etc.
quod de iuramento predicto fiat statim sumptibus Collegii instrumentum publicum signo et
subscripcione alicuius Notarii publici munitum ipsius iuramenti totum tenorem dicionemque
formam ac nomen et cognomen Custodis predicti necnon cuius diocesis existat continens sic iuratis
quod inter munimenta dicti Collegii perpetuo remaneat sub custodia diligenti In quorum
omnium et singulorum premissorum testimonium Sigillum nostrum commune Collegii nostri antedicti presentibus
apposuimus Dat Oxon in Magna Aula Collegii nostri antedicti Anno domini supradicto et die
mensis Novembris decimo tercio

Admissio Roberti Hovenden
ad officium Custodis Collegii
Animarum omnium fidelium defunctorum
in Oxon

Mattheus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus dilecto nobis in Christo Roberto Hovenden

artium Magistro Salutem gratiam et benedictionem Ad officium Custodis Collegii Animarum omnium fidelium defunctorum de
Oxonia nostrae fundationis et iurisdictionis immediatae per liberam et spontaneam Resignationem Magistri
Ricardi Barbor, legum doctoris, ultimi et immediati Custodis eiusdem iam vacantem Ad quod per
vicecustodem et Socios dicti Collegii iuxta fundationem et Statuta eiusdem unum ex duabus
personis nobis presentatis electus et Nominatus existis te Admittimus teque Custodem Collegii pre-
memorati, primitus de observando Statuta et ordinationes dicti Collegii iuxta fundationem eiusdem
Necnon de Renunciando refutando et recusando omnem et omnimodam potestatem Iurisdictionem et Superio-
ritatem forinsecas Acde Recognoscendo regiam supremam potestatem tam in causis Ecclesiasticis quam
temporalibus iuxta formam Statuti Parliamenti huius inclyti regni Angliae in ea parte editi
et provisi ad Sancta dei Evangelia rite iuratum prefecimus et instituimus Canonice et investimus
cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curam Regimen et Administrationem tam spiritualium quam
temporalium eiusdem Collegii tibi in domino Committentes et committimus Mandantes insuper et firmiter
Iniungentes vicecustodi dicti Collegii ac omnibus et singulis eiusdem Collegii benigne admittant
ac tibi pareant et obediant ut Custodi in omnibus et per omnia iuxta fundationem et Statuta eiusdem
Collegii Iuribus nostris Archiepiscopalibus et Ecclesiae nostrae Metropoliticae Christi Cantuariensis dignitate et
honore in omnibus semper salvis **In cuius rei &c Dat** xvi^to die mensis Novembris
Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo et nostrae Consecrationis Anno duodecimo

Mattheus &c Dilectis nobis in Christo vicecustodi Sociis Scolaribus et Ministris Collegii Animarum
omnium fidelium defunctorum de Oxonia nostrae fundationis et Jurisdictionis immediatae Salutem gratiam et
benedictionem **Cum** Nos alias dilectum nobis in Christo Magistrum Robertum Hovenden artium magistrum Ad
officium Custodis Collegii predicti per liberam et spontaneam Resignationem Magistri Ricardi Barbor
iuris civilis Baccalaurei ultimi Custodis eiusdem dudum vacantem unum ex duabus personis per
vos nobis presentatis nominatum et electum Admiserimus ipsumque Custodem Collegii memorati
primitus de observando Statuta et ordinationes dicti Collegii iuxta fundationem eiusdem
Necnon de renunciando refutando et recusando omnem et omnimodam potestatem auctoritatem Jurisdictionem
et Superioritatem forinsecas Acde Recognoscendo Regiam supremam potestatem tam in causis ecclesiasticis
quam temporalibus iuxta formam Statuti Parliamenti huius inclyti regni Angliae in ea parte
editi et provisi ad Sancta dei Evangelia rite iuratum prefecerimus ac instituerimus canonice
et investiverimus cum suis Iuribus et pertinentiis universis Curamque et Regimen et Administrationem
tam spiritualium quam temporalium eiusdem Collegii sibi in domino Commiserimus **Vobis** igitur committimus
et firmiter iniungendo Mandamus Quatenus eundem Magistrum Robertum Hovenden in Custodem
predicti Collegii benigne admittatis eique ut Custodi eiusdem in omnibus et per omnia pareatis et
obediatis iuxta fundationem et Statuta eiusdem Collegii Sub pena contemptus Iuribus
nostris Archiepiscopalibus et Ecclesiae Metropoliticae Christi Cantuariensis dignitate et honore in omnibus
semper salvis **In cuius** rei &c Dat &c xvi^to die Mensis Novembris Anno domini Millesimo
Quingentesimo Septuagesimo primo et nostrae Consecrationis Anno duodecimo

Mandatum

Adsit et prosit Christus
In Admissione Hovenden
16 Novembris 1571

Quod in tanta rerum nostrarum cura et difficultate fores pietatis tuae pulsemus Sanctissime pater
non magis id mirum videri debeat quam ad Asylum peregrinos ad Aram miseros ad portum navigantes
saepe convenisse. Est etenim ea Collegii tui omnium Animarum in hoc tempore miseranda et prorsus deploranda
conditio in easque Angustias et scopuli fauces inopinata quadam calamitate incidit ut diu florere ne dum
consistere sine admirabili et divina tua providentia ullo modo possit. Ut enim domus sine patrefamilias
vacillat, milites sine duce praecipites in exitium feruntur, Corpus sine Capite concidit Navis sine
gubernaculo in salo fluctuans omnibus ventis exposita obruitur respublica sine Rege ruit sic etiam
cultissima illa sedes et bonarum artium palaestra Collegium nempe tuum sine Custode sine praeside sine
gubernatore vacillabit, feretur in exitium concidet obruetur et ad os faciemus sine religione sine
lege sine ordine ruet Itaque in tanta rerum anxietate et inquietudine ad tuam Amplitudinem ad solam
tuam fidem tuum Consilium imploravimus, unde humiditatem hauriamus nisi ab aqua siccitatem unde
nisi ab igne unde spiritum nisi ab aere Medicinam unde nisi a medico. En foelix religiosissime Antistes
qui nostris doloribus salutiferam hactenus semper exhibuisti medicinam sic Collegium tuum et Nos tuae
Celsitudinis studiosos alumnos splendore dignitatis tuae illumines ut Custodem habeamus hominem
integerrimum et qui Christianae religioni pro ceteris omnibus sincere faveat; nam hoc pro potente dei causa est
et nostrarum Propagationem imprimis studeat, nam hoc reipub. plurimum interest et Collegii utilitati
et emolumento Provide consulat nam ad hoc iurisiurandi religione Astringimur et nos denique sic
pabulo divino et vitae innocentia alat et instituat ut et coeleste illud numen et ineffabilem deum
continuis votis et obsequiis adoremus et Reginam nostram ac principem vero et non simulato affectu
sincere et non ficto amore unice Amemus et omni charitate ac fide amplectamur et te denique
fundatorem nostrum et vigilantissimum Patronum omni officio et observantia veneremur sicuti Metropolitanum
diligamus veluti patrem, colamus tanquam Archiepiscopum Canes quantumvis talpa ceteris heris suis applaudant
Elephanti vasti et crudeles rectores venerantur ursi et leones Custodes diligunt et tuentur Nos vero
Alumni tui Canibus ferociores Elephantis immaniores ursis et Leonibus truculentiores merito haberi
deberemus si te invictissimum orthodoxae fidei Propugnatorem et clementissimum nostrum omnium Patronum non
amemus non suspiciamus non admiremur quod si qui sit in tuam Celsitudinem animati sunt ne illi
ingratati alumni modo et immemores tuorum erga se beneficiorum reputandi sed nec Alumni nec scolares

habendi uno et bellico manibus et finibus Collegii tui extrudendi Nos vero (Reverende pater) de benignitate melius informati pro eo atque possimus et si forte non quantum debeamus tuam dignitatem studio et veneratione prosequimur Quapropter quod statuta nostra a Sanctissimo viro et Reverendissimo in Christo Patre Henrico Chicheleo fundatore nostro quem virtutis et nobilitatis gratia nomino salubriter edita a successoribus utiliter aucta a tua pietate inviolate conservata exigunt et requirunt illud iam omni sanctimonia et religione adimplevimus perfecimus absolvimus Tue itaque Sapientie significamus nos unanimi Consensu et communi suffragio duos egregios viros Magistrum Doctorem Lewys et Magistrum Robertum Hovendenum elegisse quos una et eadem mater academia instruxit unum idemque Collegium educavit unus et idem fundator tuaque munifica Celsitudo aluit et fovit / Hanc electionem litteris expressam et insinuatam sub sigillo nostro communi quod in maioribus Collegii negotiis certam et indubitatam facit fidem Tue amplitudini offerimus et commendamus At quemadmodum inter nautas peritissimus ad clavum assidere et gubernaculum obtinere et debeat et soleat sic etiam de duobus istis eximiis viris meliorem et ad regimen aptiorem preferri cupimus et submisse efflagitamus de excellente viro Ledovico nostro hoc tibi vel ad veritatem persuadeas colendissime Mecenas quod nec Lycurgus apud Lacedemonios maiori fuerit conspicatus nec Solon apud Athenienses maiore laude unquam floruit quam apud Britannos Ledovici nomen tum propter summam probitatem et apud exteros propter Reverendam Iurisprudentiam celebratum et quemadmodum Paruls contendit M. Cicero neminem posse aut robore Leonis aut velocitate Tygris superare ita profecto neminem invenimus qui doctore Ledovico vel Legum scientia vel orthodoxa religione vel fide vel iustitia vel gravitate ullo modo conferendus Ceterum dignaretur (Loquimur enim sincere et ex animo nam in eo singularis studii ac benevolentie testimonium grata voluntate acceptare sic modo insidius fieret ut nihil unquam contingere poterit vel ad Collegii dignitatem illustrius vel ad divini Numinis gloriam cumulatius / iam vero quod ad Hovendenum nostrum spectat audiat prudentia tua non quod opinamur sed quod cognovimus non quod audivimus sed quod vidimus non quod suspicamur sed quod scimus tria sunt que eminentissime in Magistro Hovenden vigeant animosque nostros ad eum optandum mira quadam alacritate alliciunt Pietas honestas et humanitas Pietate deum veneratur honestate animum excolit charitate et humanitate genus humanum sibi nostri devincit sic preterea in Christiane religionis studium inflamato animo rapitur ut omnia vite consilia ad eam illustrandam contulisse videatur non aliter ac cervus cum vehementissime agitetur ardentissime sitit aquarum fontes sic Hovendenus noster cum sub corpusculo esset aliquando acerrimis cruciatibus affectum, tunc anima totis viribus toto corde et singultu deum suum exquisivit hoc tanquam oculati testamur omnes hoc bona fide asseveramus hoc Christo et testibus conscientiis nostris denunciamus et sicuti solis radiis omnis caligo pellitur nebula ac dissipatur umbra penitus evanescit sic necesse est adventu tam spectati viri papisticam caliginem discuti false religionis umbras et imagines exterminari omnemque simulationem et inanem ostentationem prorsus rescindi / Petimus itaque a tua pietate quibus possimus votis suppliciter ut Magistrum Hovendenum in Custodem Collegii tui ascribere digneris cuius ingenio cum animi et morum integritas cum ingenio maturuit et quem nos unum e multis divinum conspicimus et academie nostre singulari ornamento futurum confidimus: Docet Marcus Tullius nemo nescius quod qui bene imperat paruerit aliquando necesse est et qui modeste paret videtur qui aliquando imperet dignus esse paruit profecto Hovendenus noster nemo liberius omnibusque exercitiis interfuit nemo frequentius: Magistratibus obtemperavit nemo submissius / Quocirca Ciceronis sententia dignus est qui iam imperet qui cum bonus discipulus esset qui tandem aliquando Magistratum et ipse gerat. Hoc unum si a tua amplitudine ardentibus votis obtinuerimus tam preclarum apud nos beneficium reponemus ut non solum nos post eum omnisque insequens etas sed etiam liberales discipline ipsa Iurisprudentia sacre littere omnesque denique virtutes si loqui possent immortales tibi gratias sint habiture Futurum nos simus nostri quantum abhorreat a Reverendis Legibus et Institutis potere et prescribere in quam personam tecum volumus Quapropter quicquid amplitudo tua id erit nobis gratissimum Attamen si hoc alterutrum ad excipiendum tue paternitati fidem nostram obligamus addimus et promittimus verissimis Hovendenum quamplurimos ex collegio tuo et tales quales boni omnes maxime et velle et optare debent ad Rempublicam administrandam ad verbum dei cultu edocendo sinceramque religionem tuendam et propagandam tanquam ex equo troiano brevi exituros /

per Griffinum Lloyde vicecustodem xxi^o die mensis Novembris Anno domini Millesimo V^c Lxxi

In dei nomine Amen per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum quod Anno incarnationis dominice Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo mensis vero Novembris die vicesimo septimo in quodam alto deambulatorio infra Manerium Reverendissimi in Christo Patris et domini domini Matthei divina providentia Cantuar. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani apud Lambehith Wint. dioc. sue pred. Cant. iurisdictionis immediate notorie situat. coram eodem Reverendissimo in Christo Patre iudicialiter et pro tribunali sedente In presentia mei Johannis Incent Notarii publici Reverendissimi Patris Registrarii Principalis constituti personaliter providus et discretus vir Magister Robertus Hovenden artium Magister in Custodem Collegii omnium animarum fidelium defunctorum in Oxonia per nominationem Reverendissimi prenominati electus et admissus et prefectus statim post prefectionem suam huiusmodi tactis et inspectis per eum sacrosanctis dei Evangeliis Iuramentum Corporale prestitit et subiunxit in hec verba Ego Robertus Hovenden Cust-

Adm
ad
Hova
ni

dioc electum magrm in Custodem Collegii Animarum omnium fidelium defunctorum in Oxonia prefectus iure factis et in forma
et super quibus premissis prefatus Magr Robertus Hovenden Custos antedictus me eundem Notarium publicum in-
fra scriptum vnum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere et testes inferius notatos testimo-
nium perhibere instanter rogavit et requisivit **Acta** fuerunt hec omnia et singula premissa prout supra-
scribuntur et recitantur sub Anno domini Mense die et Loco predictis presentibus tunc ibidem Griffino Lloyd dicti
Collegii Socio et Johanne Whitney generoso testibus ad premissa videndum audiendum et testificandum vocatis et
specialiter requisitis

Ego Johannes Incent Cant Dioc publicus auctoritate sufficiens Notarius dictique Reverendissimi in Christo patris
et domini domini Matthei divina providentia Cant Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani
Registrarius principalis **Quia** prefat Juramenti delacioni et prestacioni ceterisque premissis omnibus et
singulis dum sic ut premittitur Sub Anno domini Mense die et Loco predictis coram prefato Rmo Patre et
agebantur et fiebant vnacum testibus prenominatis presens personaliter interfui eaque omnia et singula sic fieri
vidi sciui et audiui atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum verum tenorem Juramenti
predicti in se continens (me interim aliis impedito Negociis) fideliter Scriptum exinde confeci
Subscripsi et publicavi atque in hanc publicam formam redegi Signoque nomine cognomine et
Subscriptione meis solitis et consuetis Signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum
Rogatus et specialiter requisitus

[illegible] fol. 368

[illegible] 356.

[illegible] 357.

[illegible] 381

Causae Collegiorum / Omnium Animarum in / Oxon — Libro Parker 368. 371. 407. 408. 409 (Grindall 15 [illegible]) (Grindall 59) / Parker 326. 319. 237. 239. / [illegible] 126. 125. 138. 151. 197. 199. 200. 496. [illegible]

Merton Colleg 319. 319. 237. 239. 262. 268. 269.

Decanatus de Bocking commissio f. 281.

Collationes et Institutiones registrantur fo. 340.

Risborough Institutio ad electionem Dni. Windsor Pa-
troni ratione Advocationis a Dno. Cranmer concessæ
pro certo Annorum termino. 349.

Commissiones diversæ incipiunt fo. 217.

[illegible]

248. 274.

[illegible] 277

[illegible]

[illegible] 383

[illegible]